

HALLER  
MEDICIN  
PRATICA

TOM  
I


UNIVERSIDAD

A  
47  
15





N.º 2  
20-4571



24314468

4 220-4571

Biblioteca Hospitalaria	
GRANADA	
Sala:	D
Estante:	144
Tabla:	
Numero:	40

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL	
GRANADA	
Sala:	A
Estante:	047
Numero:	015

# BIBLIOTHECA MEDICINÆ PRACTICÆ

QUA

SCRIPTA AD PARTEM MEDICINÆ PRACTICAM FACIENTIA  
A RERUM INITIIS AD A. MDCCLXXV RECENSENTUR.

AUCTORE

*ALBERTO von HALLER*

DOMINO IN GOUMOENS LE<sup>o</sup> JUX ET ECLAGNENS.

PRÆSIDE SOCIETATIS REGIÆ GOETTINGENSIS; PRÆSIDE SOCIETATIS ORCO-  
NOMICÆ BERNENSIS; SOCIALI ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIARUM PARISIENSIS;

ACADEMIÆ IMP. NAT. CUR. BORUSS. SUEV. BONON. ARCADICÆ; ACA-  
DEMIÆ REGIÆ CHIRURGORUM PARIS. SOCC. REG. BRIT.

BOT. FLOR. BAVARICÆ HELVETICÆ.

COLL. MED. EDINBURGENSIUM.

IN SUPREMO SENATU REIP. BERNENSIS DUCENTUM VIRO.

TOMUS I.

AD ANNUM MDCCCLXXXIII.



BERNÆ apud EM. HALLER, & *ASINER* apud JOH. SCHWEIGHAUSER.  
MDCCLXXXVI.

24314468

4 2220-4571

Biblioteca de medicina	
GRANADA	
Sala:	D
Estante:	44
Fecha:	
Número:	40

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala:	A
Estante:	047
Número:	015

# BIBLIOTHECA MEDICINÆ PRACTICÆ

QUA

SCRIPTA AD PARTEM MEDICINÆ PRACTICAM FACIENTIA  
A RERUM INITIIS AD A. MDCCLXXV RECENSENTUR,

AUCTORE

*ALBERTO von HALLER*

DOMINO IN GOUMOENS LE JUX ET ECLAGNENS.

PRÆSIDE SOCIETATIS REGIÆ GOETTINGENSIS; PRÆSIDE SOCIETATIS ORCO-  
NOMICÆ BERNENSIS; SODALI ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIARUM PARISIENSIS;  
ACADEMIÆ IMP. NAT. CUR. BORUSS. SUEC. BONON. ARCADICÆ; ACA-  
DEMIÆ REGIÆ CHIRURGORUM PARIS. SOCC. REG. BRIT.  
BOT. FLOR. BAVARICÆ. HELVETICÆ.  
COLL. MED. EDINBURGENSIUM.  
IN SUPREMO SENATU REIP. BERNENSIS DUCENTUM VIRO.

TOMUS I.

AD ANNUM MDXXXIII.



---

BERNÆ apud EM. HALLER, & BASILÆ apud JOH. SCHWEIGHAUSER.  
MDCCLXXVI.



# LIBRARY OF THE MEDICAL DEPARTMENT

OF THE  
ARMY AND NAVY

WASHINGTON



1840



THE  
MEDICAL DEPARTMENT

VIRO  
ILLUSTRISSIMO  
JOHANNI PRINGLE,  
EQUITI BARONETTO  
ARCHIATRO BRITANNICO  
SOC. REG. SCIENTIARUM PRÆSIDI  
JUSTÆ VENERATIONIS MONUMENTUM.

D. D. D.



PALLERUS.

KERO

THE

JOHN W. P. RAY

OF THE

STATE OF

NEW YORK

IN SENATE

1850

NEW YORK

---

# P R Æ F A T I O.

**I**mmensi operis partem magis voluminosam nunc adgredior. Pauci enim sunt, qui de anatome, de botanica, de chirurgia scripserunt, si cum iis compares, qui de arte medendi ipsa. Et merito, quæ plures medicos alat & multo quam botanica liberalius, quæ plerisque medicis utique magis sit propria quam chirurgia, cujus magistri raro ad scribendum se dant, quæ ipsa cultorem suum sustentet, Cathedræ non indiga, neque vocantis ad cathedram principis. Practicam ad medicinam nos revocamus totam medicinæ partem, quæ ad morborum historiam utcumque pertinet: infinitum enim fuisset, si propria volumina semeioticis, pathologicis & therapeuticis libris destinata separassemus. Tanta vero est ubertas libellorum, qui ad morbos artemque clinicam pertinent, ut non satis noverim, quos libellos recensere malim, quos dimittere indictos. Primum quæri poterat, in ubertate immensa disputationum, num omnes eas, quotquot mihi innotuissent, recensere aptius sit, num eæ feligendæ, quæ propria aliqua continerent. Redit eadem quæstio de copiosissimis brevibus morborum indiciis, passim per *Actorum medicorum* volumina dispersis, si vel solam *Ephemeridum* NAT. CUR. & KANOLDI collectionem expendaris: quales observationes SEGUIERIUS in sua bibliotheca universas recensuit.

In utroque genere sunt utique plurimæ disputationes, quæ meri sunt *indices reales*, in quibus aliqua repetita videas eorum, qui priores de eo morbo scripserunt, quem titulus exprimit. Sunt etiam & istæ nimis numerosæ disputationes, quæ præter scholastica aliqua & generales voces nihil continent, quod genus priori seculo frequentissimum fuit. Facile rebus ipsis orbis literatus caruerit, indicio etiam magis.

Est tamen quod respondeas. In *Bibliographia* non soli boni libri recenseri possunt, brevem in nucem certe correpturi: necesse est etiam deteriores libros & inanes indicare: Cur non minores libellos? vel eo fine, ut nota aliqua imposita lectores moneantur, ne vano immorentur legendi labore. Est etiam alia ratio quæ cogit, ut neque minus bona negligas: gradus sunt infiniti boni pravique, neque sistere datur certo in limite, in quo plena proscriptio incipiat.

Verum, quod me potissimum impulit, ne quem libellum facile omitterem, id fuit, quod iniquum esse videatur, ideó libri nomen premere, quod in meas manus ei venire non contigerit. In infinito numero scriptorum paucos ipse vidi, pauciores coram habeo. Si nullum admitterem, nisi a me probatum, facile in summum vitium inciderem. Censuræ nempe meæ careret bonis scriptoribus, quorum opera certa fide exstant, & quibus destituor.

Omnibus ergo perpenſis, *disputationes*, quascunque vel ipse possideo, vel apud alios lego exſtare, omnes indicabo. De *locis* scriptorum alio in opere sparſis, mediocritatem aliquam iudicii sequor. Bona fruge aliqua ornata fragmenta indicabo, neque hunc enormem laborem detrectabo, ubicunque ea sparſa, aut in libris non medicis non suo loco aut per diaria occurrunt. Non ita, quæ in libris exstant medicis, infinitum enim foret, tot in voluminibus, titulos dare singularum adnotationum medicarum, in tantam molem opus meum inflaturos, ut neque patientia mea scribendo sufficeret, neque legendo patientia lectoris.

Has per libros non bonos sparſas adnotationes, eo plenius recensere, quo erunt in libro alioquin inani pauciores. De bonis libris, vera fruge plenissimis, solum gustum dabo, breve nempe compendium aliquot adnotationum, eo uberius ut auctor rarior fuerit minusque notus, & res ipsæ meliores.

Facile video, cum paucos libros ipsi mihi contigerit legisse, imperfecta huc fore omnia, & thesauros utilis veri iri omisſum, qui in libris sunt, privata in bibliotheca & modica non reperiundis. Supplebunt his defectibus posterius, neque poscent ab homine, quæ  
supra

supra conditionem mortalium sint, legisse omnia, bonos libros possedisse omnes.

Sæpe de ea paupertate sum conquestus, neque querendo finem facio. Præter mediocritatem fortunarum, in patria mea, a mari longe remotus, longe a præcipuis bibliopoliis, ab opportunitate auctiorum, librorum augendæ copiæ rarissimas habeo occasiones. Sublevavit nuper paupertatem meam Cl. RASTIUS, cui publicas dicere gratias æquitas me compelleret, si amicitia fileret: rarissimorum librorum non exiguum numerum mecum communicavit, quibus ditatus, defectus aliquos bibliothecæ in gallicis potissimum libris supplevi. Passim ab Ill. TISSOTO, a GESNERO nostro, aliquos accepi, alios in bibliotheca Gottingensi curante Ill. HEYNE. Catalogis porro & diariis usus sum ad augenda indicia; etsi neque hic diariorum censum exhaurire potui.

Nunquam tamen eo me vanitas abripuit, ut ex ubertate & plenitudine Bibliothecæ aliquam laudem sperem. Si boni aliquid inest, pertinebit ad numerosa judicia librorum, quos ipse evolvi, excerpti, de quibus judicia mea in adversaria olim retuli. Horum librorum numerus aliquanto major est quam vulgo, etiam apud viros me longe doctiores, reperiri soleat. Causa prærogativæ est, quod idem consilium colligendorum judiciorum quinquaginta annis constanter secutus sum; aliquid forte etiam valebit apud lectorem æquitas, qua veras laudes cuique impertivi, quas meruerit. Ut nulla partium studia secutus, pariter laudarem, qui me depressisset, eumque qui ornasset; eum qui mecum sentiret, & contrariæ factionis auctorem.

Libros in hanc Bibliothecam recepi, qui aliquo modo ad medicos pertinent, aliunde alias ad artes pertinentes, coquinarios ad artem diæticam; forentes aliquos de juribus furioforum, abortuum, prægnantium, fetuum; metaphysicos, vel ad historiam animæ ejusque adfectiones spectantes, fatuitatem, maniam, alios. Ejusmodi libros non sustinui, ut mihi innotuerant, non indicare, paucissimos tamen recensui, qui extra meum scopum nunquam a me requisiti, & raro lecti fuerint.

Hoc

Hoc volumen morbus gravissimus coegit contrahere, qui mense Julio anni 1775. me propemodum exstinxit. Is morbus prelo quietem imposuit, eademque tristis fuerit excusatio, quod minus apto loco volumen clauseram. Reliqua volumina aliquanto pleniora erunt; & quisque liber suam habebit epocham, a qua incipiat, aequae nova in arte conversione, aut illustri certe viro ordietur, qui sectam condiderit.

Cujusque scriptoris nomen ad eum annum studui recensere, quo primum ejus opus in lucem prodisset; fateor tamen non ubique potuisse me fideliter temporis rationem sequi.

Editiones, jam monui, posteriores aliquanto minus curavi, ut omnes recenserem, ad primam, & ad legitimas editiones intentior. Quos libros ipse possideo, porro asterisco distinxi, cui signo lector plenam fidem dare poterit.

Multa potuissem moliri, quæ librum facerent minus imperfectum, itinera, sollicitam auctionum observationem, descriptiones, catalogos magnarum bibliothecarum. Verum ea omnia præsidia partim ætas vetuit mihi procurare, partim necessaria maturatio laboris. Senex, infirmus, non possum nisi insipienter spes jaculari longas, & cogor me omni cum studio contrahere, ut ne denique nihil dem, qui plura nimis dare cupivissem. Volumen interim secundum hujus Bibliothecæ perfectum est, tertium hætenus adfectum, ad omnia reliqua vis titulorum collecta, judicia decerpta, & fragmenta adnotationum. Ita vale & veterano scriptori æquus fave Bernæ d. 15. Mart. 1776.



---

# BIBLIOTHECA PRACTICA.

## LIBER PRIMUS.

### GRÆCI.

#### §. I. PRIMORDIA ARTIS MEDICÆ.

**A**rs medica, magis propriè dicta, quæ versatur in ægrotorum observatione & curatione, est inter artes antiquissimas. Et primum primævi mortales, cum indocti varias plantas in cibum reciperent, non potuerunt non experiri, alias refrigerare, calefacere alias, nonnullas alvum ducere; esse quæ venenata vi corpori humano infestæ sint. Sed hæc omnia utique ad artem medicam pertinent, ejusque sunt prima rudimenta, eorum nempe cognitio, quæ profunt vel nocent.

Ita porro morbos ab homine non evitabiles in uxore, in puero viderunt, graviditatem, partus symptomata, & puerperii; demum dentitionem.

Deinde cum in calida regione alterna noctium frigora non possent non aliquem in corpora humana eumque noxium effectum edere, cum nimii æstus ad vehementes febres ducerent, cum pluvix in male tecta corpora, suppressa perspiratione (a), vim maleficam exercerent, & catarrhos atque diarrhocas producerent, iterum alius fons medicarum adnotationum apertus est. Ægrota vero corpora cum prisca mortales plantis variis conarentur refocillare, iterum medica materies novis adnotationibus aucta est; cum in calidis febribus vis benefica refrigerantium cucurbitarum, aquæ ipsius, in diarrhocis vis aromatum innotesceret.

Eo celeriora autem hæc incrementa artis medicæ fuerunt, quod prisca mortales nullis vitæ urbanæ officiis distracti, in beata regione otiosi, præterea longævi, & ad nova quæque adtenti, multo rapidiores in artibus progressus facerent, quam quidem posterioribus ævis, a civibus mille officiis irretitis, & brevis nunc ævi hominibus, fieri possit. Quanta enim prisca fuerit in artibus

Tom. I.

A

addif.

(a) Ut ars medica per experimenta orta sit CELS. L. I. præf. & pereleganter auctor l. de veteri medicina, qui est inter HIPPOCRATICOS.



addiscendis sagacitas, vel ex Astronomia constat, quæ ars meræ innixa observationi est ex antiquissimis, ut menses duodecim, dies 360 anni, ante ipsum diluvium constituti fuerint: Præterea patriarchalis, quam vocant, vita, & nepotum cum avis convictus effecerunt, ut adnotata & inventa boni senis ad universos ejus nepotes per continuam quasi catenam de manu in manum transirent. Miraculo certe est proximum, quam præcox fuerit metallorum usus, & inter ea refractarii cupri, tot indigi laborum, quam antiqua pariter ars textoria, tot iterum indiga instrumentorum, & summi certe ingenii partus, si recte eam artem fueris meditatus.

Huc demum revoces *desideria* vehementiora certi cibi potusve, quæ nonnunquam in morbis superveniunt (*b*), & quæ sæpe feliciter cedunt. Sitis & acidorum amor in morbis acutis est inter exempla vulgatiora. Desiderium halem in diabete (*c*), ostreorum in marcere (*d*), peponum in asitia PEIRESCI (*e*), mvarum in dysenteria, in morbo acuto alia collegi.

## §. II. EVENTUS NON PRÆVISI.

In longa ætate hominum, qui ante diluvium vixerunt, poterant multa accidisse eventa, per quæ vel continuo curationis certi morbi media innotescerent, vel certe ad ea media homines quasi manu ducerentur.

Plurima hujusmodi apud veteres occurrunt, quorum aliqua non satis firma esse facile dederò, alia omnino fidem merentur. Non adoptaveris forte curationem elephantiacorum vini ope factam, in quod vipera incidisset (*f*), aut sanati homines, cui vinum vipera submersa venenatum de industria propinatum fuisset, ut tamen præter propinantis ancillæ vota salutem id vinum adtulerit. Sic neque valde credas, philosophum experimentum casu factum imitatum, felicem eventum expertum esse (*g*).

Multo minus fidem dederis efficacæ herbulæ, quæ admota sanguinem ad mortem usque duceret (*h*), cum casu innotuisset, ex projecto hepate, ab ejus herbulæ contactu, sanguinem fluxisse. Puer cum sitiens nihil nisi acetum haberet in promptu, ostendit id ad aspidis venenum valere (*i*). Rejicias etiam OPHIONEI vatis curationem, qui diu cæcus, post validum capitis dolorem visum recuperavit (*k*).

Nuperis

- (b) Gelidæ desiderium GALEN. *meth. med.* L. IX. c. 5.
- (c) *Bres. Saml.* 1724. p. 400.
- (d) TULP. L. II. obs. 8.
- (e) l. p. 21.
- (f) GALENUS *Subfigur. Empir. simpl.* L. XI.  
AETIUS l. 2. c. 170.  
ARETÆUS p. 71.
- (g) lb.
- (h) GALEN. *purg. fac.* c. 6.
- (i) CELS. L. V. c. 27.
- (k) PAUSANIAS IV. p. 223.

Nuperis tamen exemplis a certioribus hominibus relatis credas. Illapso ligno obtufo fanatam amaurofin JOB a MEKERN narrat (1).

Vomicam in duello eventu felicissimo ense ruptam (m); ægrotumque pessime habentem ab inimico ense confossum, simul & morbo esse liberatum, & vulnere (n); asthma ulcere pectoris fanatum (o); hydropicum fortuito ictu cultri morbo convaluisse (p); ita cogitationem de paracentesi nasci potuisse. In alio exemplo fanatus hydrops, umbilico sponte rupto (q). OLEARIUM, celeberrimum literatorem, sordiditate per enormem purgationem casu esse curatum (r). Ulcus capitis ab ictu ligni a tormento impacti fanatum (s) legas. Malo animo spiritu vini adhibito, casu fanatus est, invito chirurgo, cui globus tormentarius caput percussit (t).

Celeberrimum exemplum est Cinchonæ arboris, cujus ab operis everfæ truncus in stagnum ceciderat, aquam amaritie infecerat; ejus aquæ, cum Peruvix indigena a febre intermittente pressus magnam copiam bibisset, & ipse fanatus & conpertum est, id lignum ad febres fugandas valere (u).

Ut incisio urethræ ad extrahendum calculum casu nata sit ex imitatione spontanei eventus, hospes olim noster H. F. le DRAN ostendit (x).

GALENUS certe, per illas a nobis narratas spontaneas curationes, didicit viperarum pastu elephantiasin curare (y).

### §. III. ANIMALIA.

Non valde multum tribuas huic fonti medicinæ, quem nunc dico. Antiqua tamen fama est, homines plurima medicamenta & auxilia animalibus debere, ex instinctu sibi medentibus (a).

Ibis clysterem sibi injiciens perantiqua est historiola, ita ab ave homines id artificium didicisse. Ridet fabellam GALENUS (a\*).

A 2

Cum

(1) c. 27.

(m) BARTHOLIN. *hist.* 14. *Cent.* VI.

(n) SOLENANDER p. 488.

(o) HILDAN. *obs.* 39. *Cent.* III.

(p) ROUSSET *hysterotomotoc.* T. III. c. 3.

(q) SAPORTA *tumor* p. 371.

(r) DANIEL *Beiträge* III. p. 81.

(s) *Id.* p. 16.

(t) PUJAT. *obs.* p. 43, 44.

(u) GEOFROI &c.

(x) *Chir. in praf.*

(y) *Subfig. Empir.*

(a) Confer. de his animalibus CICERONEM *de natur. Deor.* L. II. tum PLINIUM, & proprium libellum a RENDORPIO editum, & a FABRICIO, alios.

(a\*) *Adv.* ERASISTR.

Cum serpente regulo configere animal, ex viverrarum genere, Quirpele, & demorsum, adroso ligno colubrino sibi mederi (b).

Oculos conturbatos capram spina sibi conpungere, sic effluere pituitam (aut sanguinem), & animal sanari (c).

Equos Calmuccorum & Hungarorum sibi ipsis sanguinem morfu educere (d).

Sic hippopotamum junco sibi venam cruris incidere (f), & canem ægrum sibi parietaria subvenisse (g) legas.

Serpentes senectam decutere admoto ad marathrum oculo (h). Pullis, qui cæci nascuntur, hirundines herbula imposita visum reddere (i).

Terrenam testudinem, quando origanum edit, serpentem non timere (k), idemque origanum palumbos & ciconias vulnere suo imponere (l). Dictamno Creticas capras jacula infixæ de vulnere excutere (m).

Magis etiam absurdas istas credas fabellas. Elephanti qui chamæleonte devorato, sibi oleastro medicabatur, cum omnino chamæleontem devorare nequeat, neque animalibus devoratis vivat (n). Urso a mandragora comesta ægros formicas lambere (o). Graculos, perdices, merulas, palumbos, lauri foliis annua fastidia purgare (p). Columbos, turtures, gallos helxine, anseres & anates fideriti, grues junco palustri sibi mederi (q). Lactucæ succo vernam nauseam draconem abstergere (r), pantheram faucibus ab aconito lycoctono clausis stercore humano sibi subvenire (s) (cum nulla unquam panthera aconitum devoraverit, allamve herbam. Cervum ægrotum caneros edere (sed nunquam edit) quando phalangium devoravit (u). Urso aron verno tempore devorare, ut intestina

(b) GARC. ab ORTA I. c. 44. RUMPF *herbar. amboin. auclav.* LOCHNER de *murgos anim.* & *rad. KÆMPFER amœnit.* III. n. 10.

(c) PLIN. L. VIII. c. 50. ÆLIAN. *anim.* VII. c. 19.

(d) PECHLIN *obs.* L. II. p. 221. STEIGERTHAL de *usu matres. in medicina.*

(f) PLIN. L. VIII. c. 26. P. ALP. *hist. Ægypt.* L. I. c. 27.

(g) BOCCONE *mus. di ff.* p. 138.

(h) ÆLIAN. *ib.* L. 9. c. 16.

(i) *ib.* III. c. 24.

(k) ÆLIAN. *ib.* L. VI. c. 11.

(l) *id.* L. V. c. 76. ARISTOTELES *hist.* IX. c. 6.

(m) *Var. hist.* I. L. 10. PLIN. L. XXV. n. 53. L. VIII. c. 27. VIRGILIUS XII.

(n) PLIN. L. VIII. c. 27.

(o) *ib.*

(p) *ib.*

(q) *ib.*

(r) ARISTOT. *anim. hist.* IX. c. 6.

(s) *ib.*

(u) ÆLIAN. *var.* L. XIII. c. 50.

testina pene connata dilatet (x). Hieracii fucce accipitres oculis mederi (y). Cervas ad partum herba fefeli se præparare (z). Omnem demum fidem excedit serpentis mortui fuscitatio, quem alius serpens adlata herba vitæ reddiderit, quæ ipsa causa sit anguis ÆSCULAPII, eadem enim herbula Glaucum a semideo fuscitatum (a) fuisse.

Si quidquam in his numerosis fabellis verum est (b), canis fuerit, qui utique gramine spica aspera alvum sibi laxat; eam curationem Ægyptios esse imitatos non est undique improbabile (c).

Aliquid forte tribuas MELAMPI historiolæ, qui cum capras vidisset usu helbori purgatas, naturam imitatus ea herba alvum duxit, & maniam filiarum regis PROETI sustulit (d). Capras certe a Caffæe usu lætas subsultare qui viderat Arabs, eam lætitiâ epoto earum fabarum decocto quæsit.

De cane satis certum videtur, eum sibi vomitum (\*) ciere, eoque scopo gramen spica aspera, nostra in regione devorare.

## §. IV. PRISCARUM GENTIUM MEDICINA.

Ut passim medicinæ aliqui comici & satyrici scriptores insultaverint, Ars Medica tamen omni ævo, & omnibus gentibus, cara fuit. Et his temporibus apud gentes feras & crudeles optima commendatio est medicinam fecisse (a). Cum enim nihil mortalibus acerbius, quam morbi, accidere possit, ad eam calamitatem nunquam non eos solamina & præsidia quæsitivisse, natura rerum suadet.

His adminiculis, & ipsa rei necessitate adacti, mortales perantiquis jam temporibus aliquam medicinæ scientiam adtulerunt. Ita ad ipsum antiquissimum regem HOANG-TI inventam medicinam & pulsum cognitionem Chineses referunt (b), quæ eadem pulsum subtilis investigatio etiam ad vicinos Tunkinenses transit (c).

HORO antiquissimo regi Assyrii & inventam medicinam tribuebant, & medicamenta quæ ad posteros descenderunt, equidem supersticiosa (d). Assyriorum vero inventum literas esse, doctissimi PLINII conjectura est (e).

A 3

Vix

(x) ÆL. *anim.* L. VI. c. 3.(y) *ib.* Lib. II. c. 53.(z) CICERO *nat. deor.* II. p. 398.

(a) HYGINUS.

(b) Falsam esse de hippopotamo famam ex testimonio Arabis medici S. ROTARIUS ostendit oper. p. III.

(c) ÆLIAN. *anim.* L. V. c. 46. CICERO *nat. deor.* II. p. 598.(\*) GALEN. *adversus ERASISTRATUM.*

(d) APOLLODORUS p. 46. a. 6.

(e) SICARD *Miss.* II. p. 204. 205. & de *Missionibus* in univ. IV. p. 73.(b) BOYM E. N. C. *Dec.* II. Ann. 7. a pp.

(c) TAVERNIER.

(d) PLIN. L. XIX. f. 51.

(e) L. VII. p. 412. ed. HARD.

Vix ulla etiam adeo fera gens fuerit, quæ medicos suos non habeat. Siamenſis medicina formularum eſt congeries (f).

Bengalenſes mitibus fere medicamentis utuntur, internis etiam plurimum. Febrem chamæmeli odore tollunt, vermes aqua calcis (g) &c.

Morbos medici Coromandelix ad claſſes revocant, pulſus & excrementa obſervant, præſagiunt eventus; in ſelectu ciborum, in medicamentis multum laborem ponunt, neque compositis medicamentis deſtituuntur, fidem demum etiam Europæorum meruerunt, & ſatis feliciter morbos ſuperant, (h) ut tamen ſinguli ſingulos morbos curent (i). Sic avi eorum Brachmanes, perinde ut Ægyptii cibus, unguentis & plaſmatibus mitibusque medicamentis medicinam faciebant (k).

Infulæ Otahaiti nuper detectæ incolæ, & plantis norunt mederi, & ſiphilidem, novum ſibi morbum, pene continuo propriis herbis ſuperare (l) didicerunt.

In Africa Beninenſes medici iidem ſunt & ſacerdotes, qui herbis & ſacrificiis medentur (m).

Nigritæ Seſtenſes non peſſimi medici clyſteres ſubdunt (n), flatumque in anum impellunt. Vires plantarum norunt; non ergo ſolis præſtigiis credulis illudunt (o).

Plantis fere ſolis Congani vulnera ſanant, & tot fere herbarii ſunt, quot cives. Venæ ſectiõne cephalalgiam curant (p).

Iſſinienſes frequenter cæci & vermibus obnoxii in febribus balneo utuntur frigidiffimo (q).

Abeſſini torpedinis tactu febrem curare ſunt adgreſſi (r).

Sed in ipſa illa a priſco orbe dudum ſeparata America, quæ nullum unquam cum gentibus moratis commercium noverat, & medicina dudum fuit, & medici fuerunt. Ex eo exemplo vincas non ex traditione ſola majorum ſed utique

(f) *Algem. reiſ.* T. X. p. 264.

(g) *Lectr. cur. & edif.* XVI. p. 405. ſqq.

(\*) GRUNDLER *med. Malabar.*  
E. N. C. vol. I. app.

(h) Paſſim in *Miſſ. Trankenb.*

(i) GRUNDLER.

(k) STRAB. XV.

(l) *Hiſt. gen. des voy.* L. XI.

(m) *Recueil de voy.* L. IX.

(n) *Ib.* L. IX.

(o) *Ib.*

HUGUES *Barbad.* p. 14.

LOPES p. 69.

(p) *Voy. de VANDENBROECK* p. 405.

(q) *Hiſt. des voy.* L. VIII.

(r) LUDOLPH *Hiſt. Aeth.*

utique propria industria aliquam in medicina peritiam eos homines sibi comparasse. Canadenses sudorem movent, balneis utuntur (s).

Excellunt in arte medendi Irokii (*les Iroquois*), in vulneribus etiam potissimum. Intestini vulnus sanarunt, & insigne vulnus sclopetarium. Vulnus exsurgunt, medicamenta admovent, propinant aquæ theriacalis speciem, sudorem excitant ignitis siliicibus in aquam injectis &c. (u).

Sic Acadienses sudorem sibi excitant (x). Ipsi miseri sinus Hudsonici accolæ medicos suos habent plantarum, minime ignaros, & balneis vaporariis utuntur (y).

Medici, qui in vicinia coloniarum Novæ Angliæ habitant, multas peculiare & egregias vires stirpium habent perspectas ut Lobeliæ ad curandam siphidem (z).

Virginiani venam secant arundinis cuspide (a): & purgant alvum fortibus pharmacis, ipsis tithymalis, ut prisci Græci, sudores in hypocaustis exprimunt, hydropem fumo decoctæ esulæ sanant (c).

Plantis plurimum utuntur iidem sacerdotes. Sic etiam Caraibis sui sunt & medici & sacerdotes. Tapuyarum sacrificuli præstigiis quidem amant plebi imponere, sed eorum reguli ipsi tamen artem medendi sibi vindicant, plantasque earumque vires egregie habent perspectas. Balneis ob cæli æstum indulgent, ut per anum aqua forbeatur, qui alioquin in lethalibus febribus amplissime hiat (e).

VESPUTII jam ævo Americani venam in coxis surisque fecabant, alvumque & vomitum ciebant (f).

Mexicanis tanta fuit plantarum cognitio, ut etiam hortos botanicos colerent, & nuperis etiam temporibus perite plantis usi sint (g).

In ipsa nostra barbara Celtica Druidæ, sacerdotes iterum & medici, herbis etiam medebantur (h).

## V. ANA-

- (s) CHARLEVOIX N. France III. p. 366.  
LAFITAU mœurs des sauv. II. p. 33.  
(u) II. p. 391.  
(x) DIERVILLE p. 184.  
(y) A voyage for the discov. of the N. W. passage p. 232. 233.  
(z) Epist. amic. III.  
(a) J. des savans 1681. n. 5.  
(b) Phil. Transf. n. 357. 126.  
(c) J. des savans ib.  
(d) PISO h. nat. Ind. L. I. p. 54.  
(e) ZUCHELLI relat. p. 97.  
(f) Relat. itin. Vesputi.  
(g) GAGE voyage.  
(h) PLIN. L. XVI. c. 44. L. XXX. c. 1.

## §. V. ANALOGIA. EXPOSITIO.

Paulatim homines in vitam socialem coalescebant. Ita factum est, quæ quisque didicisset experiendo, ea pro genere humano ne perirent. Binis autem modis inventa hominum conservabantur. Antiqui populi, cum nondum medici proprii nominis constituti essent, solebant ægrotos homines in publico foro deponere: ibi ut quisque ab ægro morbi symptomata didicerat, ita, quæ sibi nota essent auxilia, ei humaniter aperiebat (a). Ita de Babyloniis legimus (b). Lusitani, Callaici, Astures, Cantabri, Iberi (c) & ipsi Græci (d) ægrotos suos perinde publice exponebant.

Hunc antiquum morem Græci nondum deposuerant, qui TOURNEFORTIO ægros in vicis adferebant, ut iis consilia impertiret (e).

Aliud auxilium arti accessit a medicamentorum in templis deorum conservatione. Ita enim quæ usu salutaria esse compertum esset, ad publica commoda posteris servabantur. In templo primario urbis Co multa dona, & formulas sanationum, fuisse conservatas STRABO auctor est (f). Ex eo ipso templo SORANUS ille, quisquis fuit, HIPPOCRATEM exscripsisse commentus est, quæ ad victus rationem pertinerent. Monumenta templi Cnidii a DIVO SENE compilata fuisse, & templum incensum, quo furtum lateret, calumnia est ANDRÆÆ (g).

Epidauri similia monumenta pilis erant incisa; ita PAUSANIAS auctor est (h); medicamenta nempe ab ÆSCULAPIO hominibus indicata.

Venenatorum animalium moribus oppositam Theriacæ formulam ex Serpyllo, & Opopanace, Milio, Trifolio, Fœniculo, Aniso, Ammi, Apio confusis & vino optimo exceptis, æri incisam, & in templo Æsculapii Coi consecratam PLINIUS habet (i).

Aurifabri collyrium a moriente auctore in templo Ephesio dicatum AETIUS memorat (k): medicamentum tantæ efficacæ, ut ægri, qui a medicis deserti fuissent, in eo templo sanitatem adsequerentur.

Emplastrum, cui nomen Isis, ex templo Vulcani, quod Memphis erat, HERAS revelavit (l), & ex eodem templo emplastrum suum de dictamno (m).

Multa

(a) PLUTARCH *καὶ τὸ βίαιον*.

(b) STRABO. HERODOT. apud STRABONEM L. III.

(c) Ib.

(d) Conf. HUNDERTMARK *de expos. ægrot.* p. 9. II. ex MAXIMO SOZOMENO, aliis.

(e) *Voyag.* I. p. 103.

(f) L. XIV. p. 365.

(g) In vita SORANI.

(h) *Corinth.*

(i) L. XX. c. 27.

(k) II. 3. c. 112.

(l) Ap. GALEN. *comp. sec. gen.* L. V.

(m) Ib.

Multa Pergami, Alexandriae & alibi medicamenta a Diis commendata ARTEMIDORUS (n) citat, & PAUSANIAS in Myſæo.

Non formulas quidem, ſed tamen curationes, & præcipua medicamina, ex marmore templi ÆSCULAPII tiberini deſcripta, vidit H. MERCURIALIS (o) & eas formulas excuſas dedit. Cineres de ara fumtos, & cum vino miſtos, lateri dolenti juſſit DEUS imponi. JULIANO ſanguinem vomenti nuces pineas cum lacte & melle præſcripſit.

Denique etiam chirurgica inſtrumenta in templis dedicata fuerunt, ut Delphis odontogon ERASISTRATI plumbeum (p).

Anatomica etiam aliqua opera in templis depoſita fuiſſe, diſcas ex ſceletò ænea HIPPOCRATIS Delphis dedicata, ad cujus ſimilitudinem PHAYLLUS contabuit (q).

Phyſici demum experimenti in templo Æſculapii Panticapeo monumentum reperias, hydrias nempe aheneas a glacie ruptas (r).

#### §. VI. MEDICINA ÆGYPTIA.

Ægyptus, uti Geometriæ (a), ita plerarumque artium, inter eas etiam potiſſimum Medicinæ mater fuit (b).

Medici Ægyptii erant ex honorato ſacerdotum ordine, numeroſi utique, ut omnes Ægyptios medicos eſſe HÔMERUS (c) auctor ſit; neque niſi numeroſi potuerunt eſſe, cum ſingulis morbis ſui eſſent medici (d), qui mos nunc etiam ſupereſt (e). Gratuitam artem exercebant, publica annona ſuſtentati (f). Accurate hi medici legibus circumſcripti erant (g), ut etiam ex librorum ſacrorum imperio ægrotos curare tenerentur, ſuo periculo curaturi, ſi a præſcriptis recederent, & morbus infelicem haberet exitum. Ii libri HERMETI tribuebantur, ultimi inter libros ſacros XLII (h).

In plantis fere Ægyptia medicina ſubſtitit, ut tamen & venam ſecarent, & clyſteres injicerent (i), & balneis uterentur & unguentis (k). Mitibus indulgebant

(n) *Omeiocris* L. IV. c. 27.

(o) *Art. gymn.* L. I. c. 1.

(p) *CÆLIUS tard.* L. II. c. 4.

(q) *PAUSAN.* L. X.

(r) *STRABO* L. I.

(a) Ob vaſtam camporum planitiem & agrorum dividendorum neceſſitatem, *SUIDAS.*

(b) *PLIN.* L. VII.

(c) *Odyſſ.* L. IV.

(d) *HERODOTUS* L. II.

(e) *MAILLET deſcr. de l'Egypte* p. 264. 265.

(f) *DIODOR. Sicul.* L. I.

(g) *DIODOR.* ib.

(h) *CLEMENS ALEX.*

(i) *PLIN.* L. VI. c. 1.

(k) *CONRING.*



gebant medicamentis (l), & post quartum demum diem aliquid movebant (m). Morbos fere corruptioni tribuebant alimentorum (n), quare triduanam fere in morbis abstinenciam imperabant (o), alioquin temperatissimi homines (p), etiam reges (q). Vomitu etiam solebant initia mali expurgare (r). Non infeliciter artem medicam exercebant, uti quidem WOTTONUS (s) iis vitio dat, cum omnium mortalium sanissimi vixerint & longævissimi (t), in regione nostro certe ævo pestilenti.

Plurimarum stirpium vires medicatas invenerunt (u). Nepenthes (x), opium ut videtur, ab Ægyptiis primum medico scopo est adhibitum, quod curas leniret, nam in Thebaide probatissimum proveniebat.

Composita medicamenta multa invenerunt, NECHEPSI medicina, Mendesium unguentum (y), Isis sacrum emplastrum (z). Illius regis L. XIV citatur a GALENO (a). EURIPIDEM ægrum sacerdotes Ægyptii sanarunt (b). De IACHINE legitur, eum pestilentiam gravissimam & mala ab exortu caniculæ nata, rogis excitatis sanasse (c).

Superstitiosa & vana in eam medicinam irrepsisse negari nequit.

Dæmonum etiam auxilia & incantamenta videntur suis curationibus adhibuisse. Sed ea communia fuerunt veteris medicinæ vitia.

#### §. VII. DII MEDICI ÆGYPTIORUM.

Artium inventores vetustas Diis accensuit, & æquum putavit, ut eos publica veneratio prosequeretur, qui generis humani commoda promovissent. Medicinam & Ægyptii, & Græci, suis & maximis quidem, DIIS acceptum retulerunt, ISIDI (a) Ægyptii, & SERAPIDI.

SERAPIS in templis (b) suis publice de medicina respondit, & consilia flagitantibus ægrotis impertiit, ut frequenter in iis incubarent. ISIDEM multos oculis

(l) ISOCRATES *Encom. Busfridis*.

(m) ARISTOT. *Politic.* III. Nonne nata inde fuerit diatritis methodicorum.

(n) DIODOR. l. c.

(o) DIODOR.

(p) DIOD. HIERON.

(q) Ibid. apud JOVINIANUM.

(r) DIOD. *ibid.*

(s) *Ant. and modern learning* p. 116. fqq.

(t) SOCRATES.

(u) BORRICH. *sap. Ægypt.* c. IV.

(x) HOMER. *odysf.* IV.

(y) GALEN. *compos. sec. loc.* II.

(z) p. 8.

(a) *Facult. simpl. med.* L. IX. ext.

(b) LAERTIUS.

(c) SUIDAS l. p. 92.

(a) DIODOR. l. c. qui & sanatos a Dea morbos recenset.

(b) *Inscript.* REINES, n. 134. STRABO L. XVII. CICERO *de divin.* L. II.

oculis captos, & a medicis derelictos, consiliis per fomnos datis restituiffe, demum poculum immortalitatis inveniffe (c), auctores reperio.

Potiffima tamen gloria fuit HERMETIS TRISMEGISTI, literarum inventoris & herbarum (d), & medicinæ (e), præceptoris ISIDIS (f): si omnino in hoc viro quidquam est firmi, de qua equidem quæstione difficillimum est dictu. Libros equidem fupposititios esse facile credas, qui nunc extant *Jatromathematum Trismegisti* ad AMMONEM *Ægyptium* titulo & qui Gr. Lat. a DAVIDE HOESCHELIO editi sunt Aug. Vind. 1597. 8. quo libro absurdiffimum planctarum Systema traditur. Græcus est ejus libri codex MS. in B. R. Par. n. 2159.

Codex M. S. Vindobonæ est *de urina & pulsu* (g): tum libelli *de herbis sacris duodecim signorum Zodiaci*, & *de notis ponderum & mensurarum* (h). EJ. *de medicina* cod. erat in B. MICH. CANTACUZENI (i). Quorum omnium non putes tantam esse antiquitatem. De PYMANDRO alibi dicemus.

GALENI certe jam ævo libri extabant, qui HERMETI cum tribuerentur, fuppectæ erant fidei (k), & in iis, qui supersunt, manifesta Christianæ religionis sunt indicia. Potuerunt tamen olim extitisse veri Pafthophori (l) de medicina libri HERMETIS.

Sed & OSIRIDI inventa medicina tribuitur. Num autem OSIRIS idem cum sole fuerit, cum ISIDE luna, nunc non disquiro (m). Cum SERAPIDE certe eundem DIODORUS facit (n). HORUS, ejus & ISIDIS filius, & ipse artem medicam ab ISIDE matre didicit (o).

APIS ab aliis pro OSIRIDIS alio nomine habetur (p), ab aliis pro filio APOLLINIS (q), ab aliis pro sacerdote (r). Is APIS dicitur ab animalibus homines interimentibus terram vindicasse, inveniffe etiam remedia (s). CYRILLUS ALEX. eum medicinæ auctorem facit, quam AESCULAPIO tradiderit.

Hæc quidem omnia breviffime congeffi, non quod multum iis tribuam, sed ne omnino narrationes veterum videar neglexiffe.

B 2

HORA-

- (c) DIOD. L. I.  
 (d) PLIN. L. IX. c. 5.  
 (e) BORRICH. fufiffime in operis principio. DIODOR.  
 (f) DIODOR. l. c.  
 (g) LAMBEC L. VI. P. II. p. 137.  
 (h) Id. P. I. p. 65.  
 (i) VERDIER *bibl.* p. 62.  
 (k) GALEN. *fimpl. med. fac.* L. VI.  
 (l) CLEM. ALEX. VI. GALEN. *med. fimpl. fac.* L. VI. EUSEB. *Chronic.* L. I.  
 (m) SUIDAS.  
 (n) l. c. & PLUTARCH. *Isis & Ofr.*  
 (o) DIOD. L. I. & M. S. in B. R. P. 2139. Græce.  
 (p) PLUTARCH. *cur affect. gentil.*  
 (q) ÆSCHYLUS in *fuppl.* CYRILL. ALEX.  
 (r) CYRILL.  
 (a) Ib. Conf. CLEM. ALEX.



HORAPOLLINIS hierogrammatici librum citant nomine AMBRES, in quo signantur boni malive in morbis eventus. Sed is posterioris est ævi.

§. VIII. DII MEDICI GRÆCORUM.

Ut AEGYPTII suis Diis, qui tamen manifesti homines fuerunt, ita Græci imitatores suis magnis Diis medicinæ inventæ laudem tribuerunt, APOLLINI primum (a). Passim in nummis medicis reperiuntur apud MEADIUM, Solis & Apollinis imagines. APOLLINIS filium ARABUM alii (b) nominant.

Sed & de MINERVA medica legimus (c). Et ipsa per somnum medicamenta hominibus indicavit, ut Parthenium PERICLIS fero, ex alto lapso (d), qui etiam imaginem æneam Minervæ hygiejæ ob eam curationem dicavit (\*). Infirmirate gravi liberata COELIA JULIANA INDULGENTIA MINERVÆ marmor inscripsit (e): & BACCHUS etiam Pythiæ jussu Athenis (f) veneratus fuit. Copias suas ipse peste liberasse legitur, cum eas (g) ex campestribus ad montana & frigida traderet. IDEM etiam morbos inmittebat. ANTIOPEN ex ira BACCHI insanientem PHOCUS sanavit & in matrimonium recepit (h). A VENERE Milto monita fuit, ut ferta rosea tumori menti adaptaret (i). JUNO SOSPITA & LUCINA vulgo nota est. MERCURIO votum solutum (k).

HERCULES medicus (l) Alcestin fervasse (m) legitur.

A BOEOTIS ad morborum curationem consultus (n) est CASTOR & POLLUX.

Solebant autem DII, de curandis morbis consulti, per somnum respondere. Herba per somnum ALEXANDRO (o) monstrata ad serpentum morsus utilis. Militis matri radix sylvestris rosæ adversus canis rabidi morsum (p) per somnium indicata fuisse dicitur.

Ea divina somnia ut facilius obtinerentur, ægroti in fano decumbabant, noctur-

(a) OVID. PINDAR. *Pythic.* III. ISIDORUS.

(b) PLIN. L. VII. *Conf.* MEIBOM. *Hipp. jusjur.* p. 26. Varia lege apud HUNDERTMARK *de principib. diis artis medica tutelar.* Lips. 1735. 4. \*

(c) Inscript. ex GRUTER.

(d) PLIN. L. XXII. c. 17.

(\*) PLUTARCH. *Pericl.*

(e) MEIBOM. l. c. p. 63. ex ALDO MANUTIO. *de orthogr.*

(f) MNESITHEUS ap. ATHENÆUM L. I. Pro salute BACCHO DONUM. REINES. n. 272.

(g) DIOD. l. c.

(h) PAUSAN.

(i) AELIAN. L. Var. L. XII. c. 11.

(k) REINES. l. n. 75. GRUTERI M. L. XVII.

(l) CARYOPHILUS *therm.* HERCUL.

(m) PLUTARCH.

(n) PAUSAN. *Boeot.*

(o) DIODOR. L. XLIII.

(p) PLIN. L. XXV.

nocturnam per quietem salutaria consilia expectaturi. Decumbebant in fanis Æsculapii, Ifidis (s), Serapidis (t), Plutonis & Proserpinæ (u), Pasiphaes (x), Vulcani (y), Castoris & Pollucis (z), & Bacchi (a).

Ipsis LUCIANI temporibus & PHILOSTRATI (b) ea incubatio superfuit (c). Multa sibi per somnum medicamenta demonstrata fuisse & GALENUS (d) testatur, & M. ANTONINUS, & CARACALLA apud HERODIANUM.

DEUM Pergami quindecim dierum a potu abstinendam imponere, & obsequi ægros, nulli mortalium parituros (e), GALENUS. Solebant autem sacerdotes DEORUM habitu ægrotis adparere, qui ni dormirent somnum tamen simularent (f).

Hæc oracula sua medicamenta fere ex HIPPOCRATIS aliorumque celebrium medicorum operibus fumebant.

Levati morbo vota solvebant, dona (g), inscriptiones (h) solas, imagines artuum ægrorum, quod studium etiam Christiani sunt imitati (i). Artus cereos in templis suspensos JOSEPHUS ADDISON vidit, & Phil. SKIPPON morborum signa, qui miraculose sanati fuerint (k).

#### §. IX. ÆSCULAPIUS.

Et si Græcorum ÆSCULAPIUS plusculis medicis Græcis est antiquior, qui filios in bello Trojano habuerit militantes, nolui tamen eum separare ab Ægyptio ÆSCULAPIO multo antiquiori, qui vel idem sit cum Græco, vel certe exemplaris loco fuerit, ad quod Græci ÆSCULAPII historia composita sit. Sed etiam tres ÆSCULAPIOS græcos CICERO numerat (a).

B 3

Æscu-

- (s) DIOD. L. I.  
CONRING. *de incubat.*  
HUNDERTMARK. *de expos. ægrot.* p. 25. sqq.
- (t) STRABO L. XVII.
- (u) ID. L. XIV.
- (x) CICER. *de divin.* L. I.
- (y) Memphitani GALENUS.
- (z) VINK *amœnit.* p. 86.
- (a) PAUSAN. Phoc.
- (b) In *Pseudomante.*
- (c) *Vit. Sophist.* certe ANTIOCHI.
- (d) *Epid.* VI. *Comm.* IV.
- (e) GALEN. *Comm. in Epid.* VI.
- (f) Conf. ARISTOPH. *Plut.*
- (g) Ex ERYC. PUTEANI ep. ad SEPT. PHALARIS ep. 84. SCHWARZ *Æscul. & Hyg.* p. 1. 9. 22. &c.
- (h) SPON *Miscell. erud. antiq. Voy. de Levant.* THOMAS *Man. dedic.* GRUTER p. LXXXII. &c. Conf. VINCK *Amœnit.* c. 6. SUIDAS II. p. 178.
- (i) THEODORET.
- (k) *Travels to Ital.* operib. T. II. p. 25. & SKIPPON in CHURCHILL *Travels* T. VI.
- (a) *Natur. Deor.* L. III.

ÆSCULAPIUS Ægyptius HERMETIS dicitur discipulus fuisse (b), & in Hermeticis, quæ supersunt, dialogis collocutor est. Quare, si HERMES ISIDIS primæ Ægyptiorum reginæ præceptor fuerit, iste Ægyptius ÆSCULAPIUS multis seculis ultra Trojani ævi historiam vixerit. Ejus nomen manifesto orientale est, neque græcæ originis (c).

Ante Græcum tamen ÆSCULAPIUM, CHIRONEM dicere oportet, Centaurum nempe Thessalum, qui plantarum peritia, & curationibus etiam chirurgicis inclaruit, multorum heroum præceptor, ipsius etiam ÆSCULAPII. Parum est, quod de eo certum novimus. Absurdum medicamentum ei apud VEGETIUM tribuitur (d). Molli manu mederi & pharmacorum rationem docuit, apud PINDARUM, & herbas invenit (e). In antro de medicina consultus respondebat (f).

ÆSCULAPIUS Græcus, quem pro dogmaticæ medicinæ (g) vero auctore GALENUS habet, APOLLINIS (h) dicitur filius, & CHIRONIS (i) discipulus & proprii patris (k), etiam cruore Gorgonis a Minerva accepto (l) ditatus, Princeps partis Messeniæ. Ei omnes partes artis medicæ excultæ tribuuntur, chirurgia quidem potissimum (m), tum clinice (n), & diæteticæ, atque gymnasticæ (o). Primus dicitur ægros invisisse. Alvi purgationem & dentis evulsionem a tertio ÆSCULAPIO inventam CICERO (p).

Laudatur ob insignes curationes, ut etiam mortuos dicatur fuscitasse (q), & ob id crimen fulguratus periisse (r). Pleræque tamen ejus curationes chirurgicæ fuerunt, HIPPOLYTI ab equis raptati, vulnerum a lapide projecto, ab ære inflictorum (s): ustiones etiam & incisiones administravit (t). Filiabus PHINEI excæcatis visum restituisse alii, eamque fuisse causam, cur fulguratus fuerit (u). Alibi utraque pars artis medendi ei tribuitur. In nummis Smyrnæis cum specillo & gladiolo, in monumento (x) cum pyxide unguentaria pingitur. Cantilenis etiam  
ufus

(b) JUL. MARTIANUS.

(c) Ασκληπιος πατρις ποσειδων CÆLIUS p. 268. ed. ALMEL., sed ea nimis anxia est etymologia, quæ a *cultris* liquide deducatur.

(d) L. I.

(e) GALEN. *introd.*

(f) CLEMENS Alex. *Strom.* I.

(g) GALEN. *introd.*

(h) PINDAR. *Pyth.* III. Et discipulus GALEN. *introd.*

(i) APOLLODORUS.

(k) GALEN. *med.*

(l) APOLLODORUS p. 115.

(m) Ibid.

(n) HYGINUS.

(o) GAL. *sanit. tuend.* L. I.

(p) *Nat. Deor.* L. III.

(q) APOLLODORUS.

(r) S. EMPIR. *in mathem.* L. III. APOLLODORUS. PINDAR. *Pyth.* III.

(s) PINDAR. *Pyth.* III.

(t) PLATO.

(u) SEXT. EMPIR. *in mathem.* L. I.

(x) Ita MEADIVS & alii, mihi vero quod pro simile habent volumen videtur, ut cylindricum.

ius est (y). Sed in antiquo hymno vocatur morborum omnigenorum mulcens contagia, & mortiferæ cohibens incandiam pestilentiam, nulla facta chirurgiæ mentione. Et blanda dabat medicamenta, & medicatas potiones (z), herbarum potestatem a CHIRONE doctus (a). Sic effectuum intemperiei aeris curatio (b) ei adscribitur. Medicamenta laboriosis mortalibus ab APOLLINE Asclepiadibus (nempe primum ASCLEPIO) dictata fuisse EURIPIDES (c) auctor est.

Quare omnibus pensitatis credas, CELSUM (d) verissime scripsisse, ÆSCULAPIUM paulo ultra priores medicos esse progressum.

Libri manifesto spurii sunt, qualis est ÆSCULAPIUS *de morborum descriptionibus & cura*, Argent. 1533 f. excusus, ex GARYOPONTO & PRISCIANO collectus.

Si illustris ei viro vita fuit (e), multo major a morte fuit gloria: inter Deos enim relato (f) numerosissima templa exstructa fuerunt (g), aliqua donis consecratis ditissima (h), neque paucis seculis ejus oracula medica consultata fuerunt (i), etiam a GALENO, ut diximus, & a CARACALLA, qui nummum ejus honori dicavit. Domi eum JULIANUS consuluit, ejusque salubria consilia laudavit (k).

Romam (i) etiam, Epidauro accersitus, sub anguis, sacri ÆSCULAPIO animalis, specie advenit, eique celebre in insula Tiberis templum dicatum est. Cum in omnes Romanos sæviretur, soli servati sunt, qui in templum ÆSCULAPII confugerant (k). Athenienses morte plexerunt hominem, qui passerem ÆSCULAPII ad mortem verberasset (l). ALEXANDER M. DEO consulto sacrificavit (m).

In ædibus ÆSCULAPII incubabant ægri, & responsa obtinebant, sæpe ad artem medicam satis accurate accomodata, vana nonnumquam. Valde tamen laudat ea responsa ÆSCULAPII ARTEMIDORUS (n). Multæ & celebres curationes ei DEO tribuuntur, in clinicis potissimum. MERCURIALIS tabulam citavimus. NICOMACHUS (o) Smyrnæus per exercitationem corporis sibi imperatam

(y) PINDAR. *Pyth.* III.

(z) ALCESTIS

(a) PINDAR. GALEN. *sanit. tuend.* L. I.

(b) Præf. L. I.

(c) Partem certe Messeniæ filii ejus tenuerunt.

(d) Inter Deos majores, ut eadem cum Jove insignia & similem fellam haberet, MEAD. *numism. Smyrn.*

(e) Catalogum dat SCHULZIUS *hist. med.* p. 118. fq. quem facile augeas. Plurima PAUSANIAS recenset.

(f) Atheniense PAUSAN., Epidaurium utrumque, Pergamenum S. JOHANNIS animadversionem meritum, Com, Cnidium, Alexandrinum.

(g) SCHULZE p. 139. 140. VINK. p. 66. HUNDERTMARK l. c. 35. fqq.

(h) Apud CYRILLUM.

(i) PLIN. L. 29. n. 22.

(k) CREVIER X p. 116.

(l) ÆLIAN. *var.* L. V. c. 7.

(m) *Oniurocrit.*

(n) Expedit. II.

(o) GAL. *diff. morb.* n. 9.

tam nimia obesitate liberatus fuit. ARISTARCHUS Smyrnæ ab ÆSCULAPIO fanatus, jussus gratiam DEO referre, tabulam (p) votivam suspendit. Pro luminibus redditus apud GRUTERUM (q) inscriptum marmor exstat. ZOSIMUS (r) pro filio tripodem cum dracunculis deo obtulit. Alia Athenæi & Athenionis inscriptio Peræ exstat (s). THEOPOMPUM comicum ÆSCULAPIUS fanavit, cum tabidus esset (t). Ευχαριστηριον ASCLEPIO dicatum BAIERUS est interpretatus (u). Ad fedis vitia cinerem cum aceto imponere IDEM DEUS docuit (x).

Vana alia & nonnulla fabulosa de ejus DEI mirificis curationibus referuntur (y), etiam capitis a DEO repositi, & medicamenta superstitiosa (z).

Ut autem æstimes, quanta DEI fuerit apud suos cultores veneratio, lege si videtur *ιεγες λογες* fidi ÆSCULAPII adoratoris ÆLII ARISTIDIS, ut videas, quæ consilia ei per somnia DEUS in longo morbo dederit, alia fati ad præcepta artis accomodata, ut frigidæ usum; alia absona, quo referas magni tumoris vetitam apertionem, quem medici volebant incidere.

HYGEIA sive DEA SALUS sæpissime patri ÆSCULAPIO comes datur (\*). Reliquæ quatuor filiæ minus vulgo innotuerunt.

#### §. X. TEMPORA HEROICA.

ÆSCULAPIUM cum Diis recensuimus, sed dantur in Græcia antiquiores ÆSCULAPIO medici. Non ideo cum Ægypto Græcia pugnet, quæ barbarorum fuerit sedes, glande viventium, & artium & agricultus ignarorum, quoad ex Phœnicia CADMUS (a), ex Ægypto INACHUS alique heroes advenerunt; qui rudem gentem erudirent. Ipsa medicina Græcorum est ab Ægyptiis (b), ad quos MELAMPUS iter susceperat.

Is AMYTHAONIS filius, vates & medicus, Græcorum medicorum antiquissimus, inclaruit curatione Argivarum feminarum, ANAXAGORÆ R. ævo (c),  
vel

(p) SUIDAS.

(q) *Inscr.* p. LXVII. LXVIII.

(r) *ib.* p. LXX.

(s) LUCAS *it. præf.*

(t) SUIDAS II. p. 178.

(u) De *Æscul. & Hygiei.* n. Altd. 1742. 4.

(x) PLIN. XIX. n. 22.

(y) PLIN. L. VIII. c. 34.

(z) GALEN. *fac. simpl. med.* L. XI. *Subfig. Empir.*

(\*) AP. MERCURIALEM.

(a) GRUTER. FANELLI p. 256. MONTFAUCON *suppl.* L. V. MEIBOM. in *jur.* Mœnsen *Bildnüssē.* SCHWARZ de *Æscul. & Hyg.* In nummis Smyrneis MEADIANIS passim.

(a) PLUTARCH. *sympos.* L. III.

(b) HERODOTUS L. II. Pompam Phalli introduxit DIODOR. L. I. Ægyptiam ceremoniam.

(c) PAUSAN. *Corinth.* ACRISEUM regem vocat APOLLODORUS p. 46. a. b.

vel secundum alios filiarum PROETI (*d*) eorumdem Argivorum regis. Eæ mania correptæ vel helleboro (*e*), vel lacte curatæ sunt, quod de capra helleboro pasta (*f*) mulsim fuisset, improbabili hactenus narratione, cum omnino nostræ capræ helleboro sciant abstinere. Dicitur autem MELAMPUS & sibi regis filiam (*g*) cum tertia regni parte mercedis loco pepigisse, & alteram filiam partemque regni tertiam BIANTI fratri poposcisse. Sed etiam IPHICLUM sanavit, quem filii procreandi desiderium tenebat, rubigine cultri in arborem defossa (*h*), in aquam infusa & pota. Idem vinum aqua docuit temperare (*i*). A morte inter deos cultus fuit (*k*), & herbæ suum nomen reliquit, herbarum medicatarum inventor (*l*). Libri, qui eidem tribuuntur, manifesto spurii sunt (*m*).

Eum inter medicum & Argonautas multi Argis reges (*n*) inperitaverunt, & temporibus obsidionis Thebarum sexta ex generatione nepos MELAMPI AMPHILOCHUS AMPHIARAI F. (*o*) inclaruit.

Sed etiam THYODAMAS (*p*) MELAMPI f. artem medicam exercuit.

PHOCUS, nepos SISYPHI (*q*), f. ORNYTHIONIS, Antiopen insanix morbo laborantem curavit, & duxit. POLYIDAS, MELAMPI nepos, qui GLAUCUM MINOIS f. extinctum ad vitam revocavit, DRACONIS vetustioris medici discipulus, procul dubio a juniore POLYIDA diversus est, cujus medicamentum passim citatur. Hic fuerit POLYIDES, qui inter primos auctores potestatum herbarum recensetur.

ORPHEUS ex Argonautis, & ipse Ægyptiorum (*r*) discipulus (*s*), de venenis (*t*) & de medicina egit (*u*), quem scripta MOSIS secutum fuisse SUIDAS auctor est (*x*). Verum ea scripta, qualia nobis supersunt, frustra BORRICHIMUM defensorem naçta, nimis manifesto spuria sunt (*y*).

## ELEBO

- (d) APOLLOD. PLIN. L. XXV. n. 21. PAUSANIAS *Arcad.* ORIBAS.  
 (e) Add. ORIBAS. *coll.* VII. c. 27. GALEN. *de atra bile.*  
 (f) PLIN. L. XXV. n. 21.  
 (g) APOLLODOR. HERODOT. L. IX.  
 (h) APOLLODORUS p. 26.  
 (i) ATHENÆUS L. II.  
 (k) DIOSC. IV.  
 (\*) PAUSAN. *Attic.*  
 (l) GALEN. *intr.*  
 (m) *De nævis.* Venet. 1552. 4. \*. *de palpitationibus* græce. Rom. 1545. 4. BODLEY.  
 (n) PAUS. *Elie*  
 (o) PAUSAN. *Corinth.*  
 (p) STATIUS L. VIII.  
 (q) PAUSAN. *Bæot.*  
 (r) DIOGENES LAERT. in THALETE.  
 (s) PLIN. L. XXV. c. 2.  
 (t) GALEN. *antid.* L. II.  
 (u) PAUSAN. *Bæot.* Morborum remedium invenisse.  
 (x) II. p. 720.  
 (y) P. 167.  
 Tom. I.



ELEBOTES TELEONTIS f. OILEUM ab avibus Stymphalicis vulneratum curasse dicitur (z), narthecem etiam (a), sive unguentorum & medicamentorum cistulam de sinu eo sine depromississe.

Antiquissimis etiam temporibus Anticyrei ad Oetam helleborum in curanda infania adhibuerunt, quem optime præparaverunt & sesamoide miscuerunt. HERCULEM eo medicamento sanatum fuisse legitur.

Inter eosdem Argonautas astronomiæ cognitione & plantarum (b), & mulomedicina (c), & medicina hominum (d) eminuit CHIRON Centaurus, cujus multi discipuli (e) fuerunt, qui & ipsi artem medendi retinuerunt.

Inter eos discipulos ACHILLES fuit (f), curato clarus TELEPHO (g), æruginis, ut ex fabula conjicias, in emplastris vulnerariis inventa utilitate. Idem in somnis CLEONYMUM pugilem sanavit (h). PATROCLUM etiam amicum artem medicam docuisse auctor exstat ÆLIANUS (i).

Sed etiam ARISTÆUS medicam artem a CHIRONE didicit (k). Herbas invenisse GALENUS (l).

Omitto feminas, venenorum cognitione infames, HECATEN, MEDEAM, CIRCEN.

Denique ÆSCULAPII filius major MACHAON fratrem PODALIRIUM in arte medica instruxit, eamque artem ipse exercuit, cum tamen inter præcipuos esset heroes, & in fatalis equi (m) utero cum NEOPTOLEMO, ULYSSE, DIOMEDE & aliis principibus Achivorum urbem Trojam sit ingressus. Medicam artem exercuit (n): ad vulnera etiam curanda vocatus (o), sagittas excindebat, & lenia imponebat medicamenta. A morte inter Deos cultus est (p), in Gerenio.

POLEMOCRATES MACHAONIS f. medicinam exercuit & docuit (q), & in templo morborum remedia aperuit (r).

PODALIRIUS ab obsidione Trojana redux, in Cariam tempestate delatus, DAMOE-

(z) ARISTOPHAN. in *ranis*.

(a) APOLLON RHOD.

(b) GALEN. *Medicus*. PLUTARCH. *sympos.* L. III. HYGINUS.

(c) SUIDAS l.

(d) PLIN. L. VII.

(e) GALEN. l. c.

(f) HOMER. *Iliad.* L. II.

(g) PLIN. L. XXV. c. 5.

(h) *Hist. anim.* II. c. 18.

(i) TIBULL.

(k) APOLLON. *Argon.*

(l) *Introduct.*

(m) HYGINUS.

(n) PAUSAN. *Lacoz.*

(o) HOMER. *Il.* IV. de MENELAO. *Propertius* L. II. de PHILOCTETE.

(p) PAUSAN. *Messen.*

(q) PAUSAN. *Corinth.*

(r) ID.

DAMOETHI Cariorum regis filiam SYRNAM de alto lapsam vena in utraque manu secta restituit duxitque (t). Ab eo viro, ex loci ratione, putes Cnidiam & Coam scholam ortum duxisse: interque ejus posteros magnus fuit HIPPOCRATES. Uterque frater in Theſſalia morbos curavit (u), artem per universam Græciam docuit.

SYRNÆ non imperita curatio non videtur admittere asperum PETRI GERICKE judicium, qui divos fratres nihilo circumforaneis meliores esse reliquit (x). Et apparet, his heroicis temporibus venæ sectionem, dentium evulsionem, medicamentorum ex plantis aliqua, & alvi purgationem jam nota fuisse.

### §. XI. SACERDOTES.

Etſi post tempora heroica nullum valde celebre in medicina nomen reperias (a), non ideo ars nulla fuit. Conservata est, etiam aucta, apud Sacerdotes, apud Philosophos: præterea alii etiam medici fuerunt, neutræ classi accensæ.

In Ægypto sacerdotes fere soli artem medicam exercuerunt. Multo posterioribus temporibus EURIPIDEM curaverunt & PLATONEM (b).

In oculorum morbis tantam nacti sunt celebritatem, ut ab AMASI (c) ocularium medicum CAMBYSES petierit. Et tamen SESOSTRIS, cum ex oculis laboraret, non a medico, sed a femina curatus fuit (d), quæ nunquam fidem conjugalem temeraverat (e).

In chirurgia Ægyptii medici timidiore, & parum efficacibus adfueti præſidiis, vix crucem effugerunt, cum subluxatum DARIÏ (f) Hyſtaſpidis pedem, & ulcerosam Atoſſæ mammam curare non possent.

Videntur ex gentes, ad morem fere Orientalium gentium, mature ad aliquam in arte sua perfectionem pervenisse, in eo fastigio substituisse, neque ultra progressos esse; omnino ut Chineses pene omnes artes, multis ante Europæos seculis, invenerunt, nullam perfecerunt.

SALOMONEM vicinum Ægypto regem hic dicas, qui morbos curaverit, & de eorum remediis scripserit (g). Ei adtributum l. medicum & astrologicum MAIMONIDES citat.

Raphano etiam legas Phthiſin cordis in Ægypto sanatam fuisse, quam

C 2

(t) STEPHANUS *Byzant. de urb. in voce Syrna.*

(u) ARISTIDES *αγκλεπιδου.*

(x) *de scholis & instit. med. in Græc.*

(a) latuisse ISIDORUS.

(b) LAERT. L. III.

(c) HEROD. L. III.

(d) ejus lotio Diodor. L. I.

(e) vide ubi de DEMOCEDE agitur.

(f) HERODOT. L. III.

(g) ap. SUIDAM.

quam causam ignoti mali Ægyptii incisis cadaveribus detexerint: sed ætas inventi ignoratur (b).

Inter medicos Ægyptios eosdemque sacerdotes reperias JACHINEM (i), cui diximus eandem fere superatæ per incensos rogos pestis laudem tribui, quæ HIPPOCRATI: Amuletorum idem auctor fuit.

Reges inter, qui omnes sacerdotes fuerunt, medici etiam fuerunt. NECHEPSUS, cujus multa medicamenta etiam (k) posterioribus Græcorum temporibus supererant, & cujus etiam libri exstabant (l). Superstitiosa amuleta idem commendabat (m) & carmina.

ATHOTIS etiam anatomicos libros scripsisse dicitur (n).

In Græcia pariter sacerdotes fuerunt, iidemque medici, certe in ÆSCULAPII templis, quorum oracula medica ad artis præcepta ostendimus (o) accommodata fuisse.

Facile vero credas BOERHAAVIO, uti ars medendi in sacerdotum familiis lucrosa fuit, ita & superstitionem fraudesque, per eam ipsam divino nomine abutendi legem, in optimam artem irrepsisse. Fraudulentos sacerdotum mores ex ARISTOPHANE (p) & LUCIANO colligas (q). Suppressa etiam æmulatione multum decessisse artis progressibus expectes.

EPIMENIDEM vatem & expiatorem ad sacerdotes refero. Plantas follicite indagavit, scillæ usum medicum invenit (r).

## §. XII. ASCLEPIADÆ.

In ÆSCULAPII primum familia ars medica hereditatis quasi jure ab ipso gentis principe ad HIPPOCRATEM transit. Deinde ejus viri liberos, si libero animo expenderit, facile invenies, non inertes fuisse homines, etsi minorem quidem laudem meritos, quam quidem GALENUS (a) iis impertit. Libri enim HIPPOCRATICI maxime genuini, chirurgici etiam potissimum, ad perfectionem propius accedunt, quam quos ÆSCULAPII præcepta (b) sola putes continere. Recepta fuisse

(h) PLIN. L. XIX.

(i) SUIDAS. Conf. p. 10.

(k) ap. AETIUM I. 1. Conf. p. 10.

(l) apud JULIUM FIRMICUM.

(m) Simpl. med. fac. L. IX.

(n) *Bibl. Anat.* I. p. 8.

(o) p. 13.

(p) PLUT.

(q) *Pseudomantis.*

(r) *Bibl. Bot.* T. I. p. 12. & II. p. 619.

(a) *Introd. Adm. Anat.* L. II.

(b) ASCLEPIADIBUS tradita PINDARUS.

fuisse vero consilia in gente sua ex HIPPOCRATIS vocibus colligas, qui tamquam de rebus notis vulnerum, fractorum, & luxatorum curationem proponit, & quæ sua esse velit, ea luculenter distinguit. Gymnasticam Asclepiadas neglexisse PRATO (c). Magnam vero eventuum copiam & morbi historias in ejusmodi gente per longam medicorum successione demum collectam fuisse, utique credas.

Hæc gens ASCLEPIADUM superfuit ad PRAXAGORAM, ad sextum HIPPOCRATEM (d), & demum ad XENOPHONTEM Coum CLAUDII archiatrum, qui Cois suis immunitatem impetravit (e). POLYANTHES (f) Cyrenæus de ortu Asclepiadarum scripserat. In Ludis ASCLEPIADUM Epidauri musica certe batur (g).

### §. XIII. SCHOLÆ MEDICÆ.

Cum ASCLEPIADARUM historia Scholas Græcas medicas conjungimus, quarum aliquæ, COA certe & CNIDIA, a posteris ÆSCULAPII erectæ fuerunt. Et CNIDIÆ quidem non parva gloria fuit, ex qua celebres medici prodierunt, ut EURYPHON, & in cujus Asclepieo tabulæ curationum medicarum celebres fuerint suspensæ, in qua ipsa schola corrigenda HIPPOCRATES multum laboraverit, ex qua demum CTESIAS prodiit, æmulus HIPPOCRATIS. Æmulam fuisse COÆ GALENUS (a).

Propria aliqua hujus Scholæ placita fuerunt. Morbos nimis subtiliter distinxerunt, ut quatuor in exemplo morbos crassos, octo pleuritides (b), quatuor morbos stranguricos, tres tetanos, renum morbos quatuor; vesicæ omnino duodecim (c) numerarent, & sic porro in morbis, non satis stabiles classes constituerent. Id vitium ex errore subnatum est, quo peculiari alicujus ægroti historiæ morbi dignitatem impertierunt, quem proprio nomine definirent. Deinde historias morborum consignabant, satis equidem fidas, sed quales idiota scriberet, non medicus (d).

Medicamentorum parcatem etiam GALENUS culpat (e), eaque nimis drasticæ fuisse, ut coccum Cnidium, alia nimis vehementia, ut æris florem.

A cocco Cnidio nomen accepisse sectam Cnidiam ALMELOVEENIUS, non is

C 3

erroris

(c) *Republ.* L. III.

(d) MEIBOM. *ad jusjur.* p. 7.

(e) MOEHSEN *Bildnißs* n. 33.

(f) SEX *EMPIR.* I. c.

(g) SPON *miscell.* p. 366.

(a) *Metb. med.* L. I.

(b) vide inter LL. HIPPOCRATIS.

(c) GALENUS *Comm.* in l. de *victu acutor.*

(d) HIPP. *vict. acut.* L. I.

(e) *ib.*

erroris auctor; nam RUFII apud ORIBASIIUM (*f*) eadem fuit conjectura. Demum victus rationem neglexisse HIPPOCRATES.

Sententiæ Cnidix notissimum fuit opus, cujus auctor putatur EURYPHON fuisse, de quo dicemus. Duas fuisse editiones, posteriorem meliorem GALENUS (*g*).

Verum inter libros HIPPOCRATICOS non paucos esse ostendemus, in quibus omnia ea vitia sunt, quæ HIPPOCRATES & GALENUS in Cnidia schola carperunt.

Aliqua ipse HIPPOCRATES a Cnidiis accepit; vomicas nempe rumpebant aquæ guttis in asperam arteriam missis, quæ tussim moverent.

COAM SCHOLAM primo loco GALENUS numerat (*h*). In ea pariter curationes, & morborum historias adnotatas fuisse adparet, si ejus Scholæ opus sunt, quæ dicuntur *Prædictiones Coacæ*. Videntur ii viri simplices eventus cum signis comparasse, quæ præcessissent, atque in eo studio felices fuisse. Vera schola fuit, ut ex PLATONIS loco est intelligere (*k*), in quo SOCRATES de juvene dicit, qui HIPPOCRATI se educandum tradere voluerit. Plurimos Coæ Scholæ discipulos fuisse GALENUS (*l*). Jusjurandum etiam huc referas, non quidem ut puto HIPPOCRATIS opus, perantiquum tamen, in quo discipuli magistris sempiternam gratitudinem promittunt.

Non mediocres autem viros ea ex schola prodiisse vel inde æstimes, quod scripta chirurgica aliqua magni HIPPOCRATIS avo ejus cognomini, GNOSIDICI filio, a multis veterum tributa fuerint, ejusmodi ergo viro, a quo opus non mediocre expectari potuerit. Eodem argumento & in numerosis administrationibus chirurgicis, quas major ille Hippocrates recenset, putes, Asclepiadas multos in ea medicatione fuisse, quæ manu peragitur.

RHODIA SCHOLA mature defecit.

SCHOLA Medica ITALICA aut Crotone floruit, ex qua certe celeberrimus medicus DEMOCEDES prodiit, vel Agrigenti, quo referas PHILISTIONEM, EMPEDOCLEM & PAUSANIAM, qui Italicæ scholæ a GALENO adnumerantur (*n*), forte & ACRONEM & POLYCLETUM, qui PHALARIDIS medicus fuerit.

Eq

(*f*) *Coll. L. VII.*

(*g*) *Comment. de vict. acut.*

(*h*) *Method. med. L. I.*

(*k*) in PROTAGORA.

(*l*) *ib.*

(*n*) *l. c.*

EO ævo Medicos Crotoniatas omnibus aliis prælatos fuisse auctor est HERODOTUS (o).

Sed & Cyrenis (p) nobilis schola medica fuit: deinde posterioribus temporibus ad fanum Mensis Cari Laodiceam inter & Karura (q): & alia Smyrnæ (r), cujus utriusque nummi medicorum busta (s) repræsentant, & celeberrima alia Alexandriæ, denique Romæ in Esquiliis per inscriptiones nota (t). Neque in nostro Aventico schola medica desiderata fuit, cum Medicis & Professoribus inscriptio dicitur.

Scholarum summa fuit in arte medica utilitas: discipuli enim non rudes, nec indocti, ad ægros curandos accedebant, sed artis cognitione exornati, quam per scholas præceptoris, & demum per ipsam præsentem ægrorum inspectionem, addiscebant, ad quorum lectos præceptorem comitabantur, quo quidem auxilio ad informandos in utilissima artium juvenes non aliud præstantius est.

#### §. XIV. MEDICI GRÆCI.

Recensebo hic, diverso a Philosophis loco, medicos, qui tempora inter heroica & HIPPOCRATEM in Græcia floruerunt. Non mediocrem fuisse eorum existimationem ex ZALEUCI Locrii lege colligas, qui ægro inconsulto medico vinum bibenti mortis pœnam infligit, etiam si ex ejus usu convaluisset. Deinde ex Atheniensium lege, qui & servos & feminas ab arte medica exercenda excluderunt. Denique XENOPHON, quando medicos a CYRO familiariter exceptos fuisse scribit, Græcorum non dubie mores descripsit, quorum etiam Persis adoratos exhibet, non mediocri certe contra veros Persarum mores commisso errore. Ipsi illi rudes artium Lacones, quoties morbi in civitate invalescebant, peregrinos medicos vocabant, & medicos castrensibus alebant (e). Militares vero medicos ex loco HIPPOCRATIS demonstrat, in quo juvenem medicum jubet exterorum castra sequi, siquidem inter Græcos nulla eo ævo magna bella intercederent. De medicis castrorum romanorum, publico sumtu milites curantibus HYGINUS.

Temporum equidem seriem sequi difficile est. Inter antiquissimos vero medicos græcos fuerit, si omnino PHALARIDIS epistolis fides potest adhiberi, POLYCLETUS, qui cum eum tyrannum magno morbo liberasset, maximis ab eodem donis

(o) L. III.

(p) HEROD. ib.

(q) STRABO L. I.

(r) IDEM L. VII.

(s) apud MEADIUM numm. Smyrn.

(t) MÆRCUR. var. lect. L. IV.

(a) ÆLIAN. var. lect. L. II. c. 37.

(b) HYGIN.

(c) L. VIII.

(d) ÆLIAN. var. L. XII. c. 50.

(e) XENOPH. de republ. Lacedæm.

(f) περι ιητρων.

donis ornatus, pauca acceptavit, & ex majori parte earum divitiarum viginti viginties elocavit. Hæ epistolæ Græce & Latine vertente BARTHOLOMÆO JUSTINOPOLITANO prodierunt, curante ROB. BOYLEO Oxon. 1656. 8. & 12. Exemplum MS. exstat in B. *Vossiana* n. 2251.

DEMOCEDES, celeberrimus medicus (g) Crotoniates, CALLIPHONTIS f. sacerdos ÆSCULAPII, Æginæ talento conductus artem exercuit, inde a POLYCRATE duobus conductus talentis (h), denique ad DARIUM Hystaspis f. venit, cujus luxatum pedem restituit, calidis fomentis & Græca medicina usus. ATOSSAM etiam DARIUM uxorem, CYRI filiam (i) ulcere in mamma liberavit. Verum cum Græcum hominem tædium aulae barbaræ cepisset, suavor fuit Regi, ut legatione ad Græcos missa ignem & aquam deposceret (k); cum ea legatione ipse Græciam reperiit, & DARIO frustra medicum suum reposcente, in patria mansit, non immerito versipellis a DARIO dictus (l). Quæ quidem DEMOCEDIS inconstantia inter causas belli fuit, quod DARIUS & XERXES Græcis intulerunt. Laudes cæterum virum, quod Ægyptios medicos, ob curationem minus felicem cruci destinatos, sua intercessione neci eriperit. Librum de medicina dicitur scripsisse.

EMPEDOCLEM cum Philosophis relinquimus. Sed ACRON Agrigentinus ejusdem ævi fuit, cujus de arte medica libri olim exstiterunt, Dorica scripti dialecto, tum de salubri diæta L. I. Ventos etiam dicitur observasse. Empiricæ sectæ eum auctorem faciunt, hominem ambitiosum (m), & sui plenum. Huic ante HIPPOCRATEM tributum (n) est, quod pestem accensis rogis suppresserit, aere humido in siccum converso. Vanitati Græculorum hujusmodi encomia (o) tribuas, experientia enim nupera docuit, hos rogos & Tolone, & Londini, maximæ stragis causas fuisse. Sed etiam TOXARI scythæ laudem Athenarum peste liberatarum LUCIANUS tribuit.

PHILISTION ex schola Italica prodiit (p). Pleuritudis sedem in pulmone posuit (q). De pane scripsit (r), & fuerunt qui ei l. *de victus ratione* tribuerunt, qui inter Hippocraticos est (s). PHILISTIONIS fratris frequenter CÆLIUS meminit, qui dolores ischiadicos incantaverit, & L. XXII. de adjutoriis scripserit, parcum potum in hydrope commendaverit (t).

SPITTA-

- (g) SUIDAS ex HERODOT. L. III.  
HERODOT. L. III.  
(h) ATHEN. L. XII.  
(i) HERODOT. l. c.  
(k) ib.  
(l) ÆLIAN. L. VIII. c. 17.  
(m) SUIDAS.  
(n) PLIN. L. XXVIII.  
(o) PLUTARCH *Isid. & Qsir.* AETIUS L. V. PAUL. L. II. ORIBAS. ad EUNAP. L. III. c. 1.  
(p) GAL. *meth. med.* I.  
(q) CÆLIUS *acut.* II. c. 16.  
(r) ATHENÆUS L. III.  
(s) GALEN. *facult. alim.* L. I.  
(t) CÆL. *tard.* III. c. 8.

SPITTALUM medicum Atheniensem ARISTOPHANES dixit (u).

DIOGENES Apolloniates, philosophus & anatomicus, ANAXAGORÆ tempore vixit (x), paulo HIPPOCRATE antiquior.

ANTIGENES ejusdem ævi aut paulo posterior fuerit, cujus EURIPIDES in non certissima quidem epistola mentionem faciat.

APOLLONIDES Cous in Asia vixit, inque aula Persica, qui cum AMYTIN XERXIS f. tabe laborantem curandam recepisset, spe convalescentiæ ex coitu expectandæ facta, principem feminam vitavit, ea verò extincta inter maximos cruciatus vitæ finem fecit.

ÆGIMIUS, Velius, aut Eliæus, de palpitationibus scripsit, ignotus cætera homo (y).

EURYPHON CNIDIUS, auctor *Sententiarum Cnidiarum* (z), HIPPOCRATE aliquanto superior, multum in curandis ægris tabidis occupatus (a), a SORANO illo, suspecto scriptore, dicitur HIPPOCRATEM in Macedoniam ad regem PERDICCAM esse comitatus (b). Vixit ARISTOPHANIS ævo & SOCRATIS. *χορδα* vocavit quam alii *ειλεον*, unde *χορδαψ* nomen. EURYPHONTIS febres lividas GALENUS habet (c). Tabe adfectos lac ex papilla fugere jubebat (d). Hydropicos sursum & deorsum purgabat (e). Hæmorrhagiam arteriarum esse eruptionem (f) docebat. Male febres curabat (g). Fuerunt qui ei l. *de victus ratione* adscriberent (h), qui est inter HIPPOCRATICOS.

EUDEMUS, cujus in PLUTO ARISTOPHANES meminit, pharmacopola, versus supersticiosos vendebat, ad venena & ad scorpionum morsus. IDEM fuit EUDEMUS medicamentarius, ea in arte princeps, qui, cum helleborum absque purgatione se devoraturum pepegisset, non potuit (i) perficere.

ARISTOPHILUS, etiam pharmacopola Plataicus, circa hæc tempora vixerit, qui medicamentum se possidere gloriabatur, quo vires ad venerem augetet vel minueret (k).

Iccus Tarentinus gymnasticus studiosus fuit & sobrietatis (l).

Tom. I.

D

PRODI-

(u) SUIDAS III. p. 364.

(x) LAERT. L. IX. conf. *B. Anat.* p. 29.

(y) GALEN. *diff. puls.* L. IV.

(z) GAL. in *Epid.* VI. *Comment.* I.

(a) GALEN. in *apbor. Hipp. Comm.* VII. ex PLATONE comico.

(b) in *vita HIPP.*

(c) *Metb. med.* L. VII. *de marcore* c. 9.

(d) *Epidem.* VI. *comm.*

(e) CÆL. *tard.* III. c. 8.

(f) IBID. II. c. 10.

(g) GALEN. in *Epid. comm.* VI.

(h) GAL. *fac. alim.*

(i) THEOPHRAST. L. IX. c. 8.

(k) ib. c. 19.

(l) PLATO *Protagor.*



PRODICUS Julide Cea natus (m), Philosophus, physicus & sophista, DEMOCRITI discipulus, Athenis a SOCRATE exagitatus (n), ob corruptos pueros urbe pulsus, debet separari ab alio PRODICO medico, gymnasticæ auctore. Eum Leontinum s. Selymbræum & gymnasticum GALENUS facit, eundem de quo PLATO (o) dixit, quem PRODICI nomine (p) reperias dici, & HERODICI, quæ nomina vir doctus J. JAC. BAIER conjungebat (q). Chium etiam PRODICUM PLATO habet (r). Confusa ista expedire non potui. Græcos athleticis ludis mirifice indulgisse notum est, ut in robore corporis, inque velocitate, maximas hominum laudes ponerent; mature ergo medici extiterunt, qui has validissimas corporis exercitationes ad valetudinis curam converterent. Totus l. III. de salubri victu, qui est inter HIPPOCRATICOS, fere in mera corporis exercitatione versatur, eaque curiositas & apud Methodicos medicos, & apud Dogmaticos, ipsumque GALENUM plurimi facta est. Hoc novum (s) medendi præsidium primus videtur ICCUS excogitasse, & proximus PRODICUS magis ornasse. Eundem nimium exercitationibus indulgisse, febricitantibus luca & fomentis & cursu & defricatione nocuisse, HIPPOCRATES ipse auctor est, qui tamen PRODICI discipulus fuisse dicitur. Certe etiam PLATO PRODICO suo vitio dat, quod ægrotos jussit Athenis Megaram, viginti passuum millibus distantem, petere, & visis mœniis, Athenas continuo reverti (t).

ACESIAS ARISTOPHANI dictus, infelix clinicus, de quo proverbium invaluit, periisse, qui ACESIA medico utatur (u).

ANTISTHENES mollis medicus & effeminatus, apud ARISTOPHANEM carpitur (x).

#### §. XV. PHILOSOPHI GRÆCI.

Plurimum his viris medicina debet. HOMERUM quidem hic non recensuerim, neque HESIODUM, qui aliquanto plura de medicina, de victus ratione, mulieribus, infantibus, dixerit, ut omnino PLUTARCHUS (a) eum inter medicos recensuerit.

PHERECYDES Syrius, ex Insula Syro, philosophus, primus solutæ dictionis auctor

- (m) SUIDAS III. p. 118.  
 (n) GALEN. *comm. in progn.*  
 (o) *ib. Comm. in Epid. VI.*  
 (p) PLIN. L. XXIV. c. 1.  
 (q) *Jatralspt. veter.*  
 (r) *Protagor.*  
 (s) PLATO in *Protag.*  
 (t) PHÆDR.  
 (u) SUIDAS p. 81. *Ancias iuscto.*  
 (x) SUIDAS II. p. 216.  
 (a) *Conviv. sept. sap.*

auctor (b), primus etiam de natura scripſiſſe dicitur. Librum *de diæta*, qui eſt inter HIPPOCRATICOS, ei aliqui tribuunt (c).

PYTHAGORAS SAMIUS ſummo ſtudio medicinam (d) coluit, amicis opem ſuam medendo præſtitit (e), variarum etiam plantarum vires medicas revelavit, ut anifi (f) adverſus comitiales morbum, & ſcillæ, EPIMENIDI laudatæ, acetum commendavit. Aliqua ſuperſtitioſa inveniffi CÆLIUS (g). Dierum dignitatem, & critica tempora (h), & morbos chronicos ſunt, qui PYTHAGORÆ primum deſcriptos tribuerint. Ægyptum adierat, Perſidem, Æthiopiam (i).

Ipfâ viri ſchola in medicina plurimum laboris poſuit, eumque ſchola Crotonienſis (k) auctorem adgnofcit, quam laudavimus. Ejus eſt diæta vegetabilis & excarnis, orientalibus gentibus dudum nota, quam PYTHAGORAS primus in Græciam tranſtulit, laudes inde nuper COCCHII meritis: veteres enim heroici temporis Achivi vel HOMERO teſte, ſolis fere carnibus veſcebantur, PYTHAGORAS modico cibo, carnibus parcius utebatur, non ut undique abſtineret, teſte ATHENÆO.

EMPEDOCLES Agrigentinus, philoſophus & medicus de ſecta Italica (m), & poeta, poema *de re medica* (n) ſcripſit, & alium l. *de rerum natura* ſermone ligato (o). In illo priori curare ſe morbos, etiam ſenectutem depellere gloriabatur, demum deſunctos in vitam revocare. Eteſios ventos nimios & inſalubres opoſitis muris & interceptis vallibus avertiſſe dicitur (p). Feminam reſtituit (q), quæ ad trigefimum uſque diem reſpiratione caruerat. Non ille a ſuperſtitione purus, neque a faſtu, qui deorum habitu urbes circumiverit (r).

PAUSANIAS, EMPEDOCLESIS diſcipulus, medicus, de ea ipſa *femina ἀπὸ* ſcripſit, quam præceptor ſanaverat.

EPICARMUS, PYTHAGORÆ diſcipulus, philoſophus & poeta, *de medicina* ſcripſit (s). In anatomicis nominibus a RUFO (t) citatur. Pecudum medicinam diligentiſſime

D 2

(b) SUIDAS III. p. 592 593.

(c) GALEN. *Hipp. Comm. Aphor.* VI.

(d) CELSUS præf. ÆLIAN. var. IX. c. 22.

(e) PORPHYR. *vit. Pyth.*

(f) PLIN. L. XX. c. 73.

(g) *Tard.* V. c. I.(h) GALEN. *Euporiff.* L. III.

(i) PLIN. L. XXV. c. 5. XXX. c. 2.

(k) ÆLIAN. var. L. IX. c. 22.

(m) GALEN. *metb. med.* L. I.

(n) CELSUS L. I.

(o) SUIDAS.

(p) LAERT VIII. n. 60. & paulo aliter PLUTARCH. *Curioſit.* c. I.

(q) LAERTIUS L. VIII. PLIN. L. VII. n. 52.

(r) SUIDAS p. 269.

(s) LAERTIUS L. VIII.

(t) *Appell.* p. 29.

gentissime idem scripsisse dicitur (u). De ALCMÆONIS in Anatomem meritis (x) diximus.

HERACLITUS Ephesus aliqua physiologica effata reliquit, calore etiam fimi, in quem se defodit, secundum aliquos sanitatem recuperavit, cum alii a canibus ajant fuisse laceratum (y). Ejus placita philosophica HIPPOCRATES, auctor certe libri II. *de diæta*, secutus est.

ANAXAGORAS philosophus, PERICLI amatus, causam morborum acutorum in felle esse docuit, quod abscedens ad pulmones, venas, costasque adspergatur (z).

BOLI Mendesii, Pythagorici, ætatem ignoro, qui de mirabilibus remediis physicis (Empiricis), de sympathiis & antipathiis, & lapidibus scripsit (a).

His omnibus celebrior fuit DEMOCRITUS Abderita, vir certe insignis, et si difficile est verum a fabulis separare, quibus ejus viri vita & scripta vitata fuerunt. LEUCIPPI & ANAXAGORÆ discipulus fuit, & aliquandiu reipublicæ suæ præfuit (b). Peregrinatorem fuisse insignem, & Ægyptum & Persiam adiisse (c) satis certum videtur, philosophicam etiam vitam inter studia trivit. Multæ ejus sunt laudes anatomicæ (d). Incerta mortis signa esse effatus est (e).

Libros aliquos medicos scripsit, ut *de peste* (f), quo miram febris hypothesein proposuit, *de humoribus hominis*, *de principiis & carnibus* (g), qualis liber est inter Hippocraticos, *de prognosticis*, *de diæta & victu salubri*, *de causis morborum*, *de plantis*, *de antipathia*, *de diæta*, *febre*, *tussi* (h).

Minus certi sunt libri, qui ei fuerunt tributi, *de morbis convulsivis*, *de elephantiasi* (b\*), cui venæ sectionem opponebat. Turpia ex hominis corpore sumpta medicamenta proposuisse PLINIUS (i). Sic alia fabulosa, ut (k) ranæ linguam. Jam COLUMELLA questus est, BOLI Mendesii libros pro DEMOCRITIS fuisse suppositos.

Suspecta etiam sunt omnia, quæ de DEMOCRITI cum HIPPOCRATE congressu leguntur. Aiunt illustrem istum medicum, ab Abderitis exoratum, viri insignis, cui mens dicebatur vitium pati, curationem adgressurum Abderas venisse. Sed ex

(u) COLUMELL. L. VII. c. 3.

(x) B. Anat. I. p. 10. II.

(y) SUIDAS II. p. 273.

(z) ARISTOTELES *part. anim.* IV. c. 2.

(a) SUIDAS.

(b) SUIDAS.

(c) PLEN. L. XXV. n. 5, L. XXX. n. 2. ÆLIAN. *var.* L. V. c. 20. DIODORUS, LAERTIUS.

(d) B. Anat. p. 13.

(e) CELS. II. c. 6.

(f) GELLIUS IV. c. 13.

(g) LAERT.

(h) LAERT.

(h\*) CÆL. *tard.* L. IV. c. 11.

(i) L. XXVIII. n. 2.

(k) L. XXXII. n. 18.

primis sermonibus, & ex ipso labore, cui virum intentum videbat, HIPPOCRATES facile sensit, Abderitas falli, & DEMOCRITUM sapientissimum hominum pronuntiavit (m).

EPISTOLÆ DEMOCRITI & HIPPOCRATIS ea occasione scriptæ exstant, valde suspectæ, quas dicemus.

Minus adhuc fidei tribuas fabellis (n) de DEMOCRITI sagacitate, qui ex lacte conspecto colorem capellæ & unicum fetum, ex mutata facie illatum puellæ vitium divinaverit, quod priori nocte hactenus virgo passâ sit, & vanum fuerit, si omnino hædorum effectus medicos potiores fecerit, qui singulares nati sint (o). Sed alia collegit etiam magis vana (p).

Chemicos ejus labores PETRONIUS laudat & SENECA: sed neque libros botanicos, qui summo viro adscribuntur, neque chemicos, genuinos putaveris (\*).

Huc facit CHRYSOSTOMI MAGNENI DEMOCRITUS *redivivus*, s. *de vita & philosophia DEMOCRITI* Lion. 1648. 12. Haag 1658. 12.

In ultimo suorum *raggiamenti* L. a CAPOA DEMOCRITUM defendit, contra ARISTOTELEM & PLATONEM.

Nescio unde RIOLANUS habeat, duos DEMOCRITOS fuisse, Abderitam, & cæcum alium, hunc HIPPOCRATIS præceptorem.

DIAGORAS Melius, discipulus & servus DEMOCRITI, Athenis (q) medicum egit, & opii usum rejecisse dictus est. Collyrium DIAGORÆ tribuitur, quem alium a nostro puto.

§. XVI. HIPPOCRATES HERACLIDIS F. nepos GNOSIDICI (r).

Nobilissima stirpe natus, genus suum ad PODALIRIUM & ÆSCULAPIUM referebat, maternum ad HERCULEM (s), arti medendi, potissimum vero signis & prognosticis morborum indagandis, totum se dedit. Mireris, Co cum natus sit & Jonice scripsisse, & seipsum Europæis adnumerasse, Europæos suos ab Asiaticis hominibus distinxisse, ad quos ex natura loci potius crederes pertinere, ut Miletus & Ephesus aliæque Græcæ urbes Asiæ nunquam non accensæ fuerunt. Dialecti Jonicæ usum præsidio attico tribuas, quod fere per totum bellum Peloponnesiacum Coos insulam tenuit.

De vita viri parum novimus. Peregre fere vixisse (t), in Thessalia, in  
D 3 Thaso

(m) ÆLIAN. *var.* L. V. c. 20.

(n) SUIDAS.

(o) PLIN. L. XXVIII. n. 42.

(p) L. XXVIII. n. 29.

(\*) BORRICHIVS quidem defendit *Herm. sap.* p. 69. sq.

(q) DIOSCORIDES IV. c. 65.

(r) SORAN. SUIDAS.

(s) SORAN. *vit.* SUIDAS II. 145.

(t) GALEN. *si quis optim. medicus item philof.* POLYBVM in insula Co reliquisse, & alios discipulos, dum Græciam ipse obibat.

Thaso infula, Lariffæ, Abderæ, & in vicinis civitatibus ex *Epidemicis* intelligimus. Quæ vero de peste Attica, a summo viro rogis accensis (c) repressâ, olim narrantur, ea omnia natura rei non finit vera esse. Illyricam nempe pestem avertisse (c\*) suis consiliis THUCYDIDIS contrarium testimonium refutat, qui medicos in ea attica peste frustra laborasse fufe docet (d). Refutavit etiam famam L. a CAPOA (e). De Toxari dixi, cui hanc ipsam atticam pestem curatam LUCIANUS tribuit, quorum similia JACHINI & ACRONI alii accepta referunt.

In Macedoniam ad R. PERDICCAM profectum fuisse potius credas (h), etsi non memini, in operibus HIPPOCRATIS Macedoniæ aliquam esse memoriam. PERDICCAM cæterum ALEXANDRI f. ex Philes paternæ pellicis amore ægri, morbum divinasse dicitur (i).

Olympiade natus LXXX. vixit sæviente bello Peloponesiaco, ante PLATONEM, a quo sæpe cum merita laude citatur. Lariffæ obiisse SUIDAS auctor est (l). Dormitorium tamen & museum in inf. Co ostendi nuperi testes sunt (m).

Tabulis votivis in templo Coo & Cnidio suspensis multa debuisse, antiqui sunt auctores, etsi Asclepiadarum inventa noster potuit a parentibus & avis habuisse. Patris discipulus fuit (n). PRODICO (o) etiam usum esse præceptore legas, & Rhetore GORGIA fratre HERODICI, & HERACLITO, cujus dogmata sit secutus, SCHULZIO auctore & FABRICIO, & GUNDLINGIO, ut qui aquam & ignem, duo principia HERACLITI, admiserit non DEMOCRITI atomos.

Calumniæ ANDREÆ parum tribuas, qui HIPPOCRATEM ob odium inflammatae & compilatae (p) Bibliothecæ Cnidiae patriam reliquisse criminatur. Summa enim existimatio, qua fuit apud PLATONEM, paulo HIPPOCRATE juniorem, non finit ejusmodi opprobria de HIPPOCRATE, vel conjectura admittere.

Famam inter omnes medicos maximam consecutus est, non apud medicos solos, sed apud Juris Consultos, qui fere ad HIPPOCRATIS placita suas leges reformarunt. Honores etiam ei a morte summi sunt habiti (q). Vulgo HIPPOCRATIS statuæ dedicatæ exstabant. Ejusmodi statuæ, miracula patrantis, LUCIANUS

(c) GAL. *ibid.* ad Pis.

(c\*) SORANUS, PLINIUS VII. c. 37. VARRO *ruff.* I. 4.

(d) L. II.

(e) *Parere* I. p. 251.

(h) SORAN. *vit.*

(i) SORAN.

(l) II. p. 145.

(m) PERRY *voyag.* p. 1180.

(n) SORANUS.

(o) SUIDAS II. p. 144.

(p) SORAN. in *vit.* Insulam Coam nominat J. TZETZES, & libros ibi incendiisse vitio dat, & fere similia VARRO habet, apud PLINIUM L. XXIX. c. 1.

(q) SORAN.

NUS in mendace meminit. Methodici foli, ut in CÆLIO dicemus, ejus auctoritatem parvi fecerunt.

Medicinam a philofophia primus feparavit (r), ut nempe hypothefi & mechanica explicatione eventuum, & remotis caufis indagandis, cautus abftineret. Eam ob fummi viri modeltiam multa fcripta rejicias, quæ olim ei tributa in hypothefibus & opinionibus verfantur. Dicitio ei gravis, difficilis, abrupta, obfcura, abfque faftu aut commendatione fui, ut nullos malos fucceffus diffimulet. Obfcuritatem in HIPPOCRATIS historia auget confufio fcriptorum verorum cum fufpectis. Plurima enim ad gefta viri ex manifefto fpuriis epiftolis, & aliis operibus, translata funt. Ad Scepticos refert, quod ambigue fit locutus, LAERTIUS.

Univerfum artis ambitum calluit, chirurgus idem & clinicus (f).

#### §. XVII. SCRIPTA GENUINA.

Non quidem promitto, hunc felectum abfque errore fore, curabo tamen, ut primum locum indubitatis operibus HIPPOCRATIS dem, deinde ex ordine iis, quorum minor eft fides.

Præcipuum ad hiftoriam morborum opus fuerit *Epidemicorum* L. I. & III., genuinum & calliffimum opus, quod GALENUS ante *prognoftica* & *aphorifmos* fcriptum putat (a).

In I. libro *Epidemicorum* trium annorum *conftitutiones* & *tempeftates* traduntur, quales in THASO nofter eas obfervaverat, indeque ortos populares duorum annorum morbos, in quorum annorum altero febres remittentes dominatæ funt, tritæophuyæ, in quibus urinæ ftranguriofæ falubres erant, tum hæmorrhagiæ narium & dyfenteriæ: in altero crebræ febres ardentes, in quibus eadem fere, quæ in tritæophyis, excretiones feliciter cedebant. Progreffus & eventus morbi, figna falutaria & funefta, HIPPOCRATES fimpliciter & accurate enumeravit; medicamenta adeo parce, ut multa omiffiſſe, & potiffimum neceffariam venæ fectionem, GALENUS fufpicatus fit (b), deinde FREINDIUS. Ægroti quatuordecim, eventus plerumque funefti, tamen ut fudor (c) nonnunquam faluti fuerit, & femina gravida edito partu, lente quidem, mortem evaferit. Frequentes iftas mortes BERNARDINUS GENGA afpero fermone optimo feni objicit, ut neminem Romæ toleratum iri ajat, qui ea infelicitate medicinam fecerit. Verum, qui occafionem dedit calumniæ, candor apud veros medicos omni ævo HIPPOCRATI fummo decori fuit. In folis Epidemicis nomina ægrorum addit, jam GALENO adnotante.

Liber III. Epidemicorum manifefto cum Primo continuabatur, ejufque primi

(r) Mireris adeo, GALENUM fcribere, rectam viam in philofophia HIPPOCRATEM aperuiſſe, ARISTOTELEM perfeciffiſſe, & THEOPHRASTUM *metb. med.* II. p. 27.

(f) GALEN *Tbrafybul.*

(a) *de dieb. decret.* L. I. *diff. respir. diff.*

(b) in *progn.* L. III. 1.

(c) FREIND. *Comm.* I.

mi duodecim ægroti pertinebant ad posteriorem statum libri Primi. Posterior status non est pestis bubonacea aut carbunculosa, sed status, in quo omnes morbi valde periculosi & funesti eveniebant, ut etiam artus in febribus integri delaberentur. Tussis, angina funesta, crebræ pleuritides, tabes frequentes & fere lethales hic occurrunt. Abscessus circa sedem salutariter per urinam judicatus fuit. Siphilidem nescio quis in hoc libro descriptam fuisse dicit, utique nimius.

Demum omitti nequit, veterem esse famam, librum III. EPIDEMICORUM falsis laciniis adfuitis temeratum fuisse a MEMNONE (d) Pamphylio, ex secta Cleophantina, qui & notas adjecit (e). Alii incerto auctori tribuunt (f). Et falsa aliqua adjecta fuisse ipse GALENUS auctor est.

Editiones horum Epidemicorum pauciores sunt, quam merebantur.

Codex MS. libri I. est in *Bibl. Medicea* (g).

Libri III. in B. D. MARCI Veneta.

Liber I. & III. fere conjuncti prodierunt.

Versi ab HERMANNO CRUSERIO cum L. VI. & CRUSERII *Commentariis* Paris. 1534. fol. MAITT. Venet. 1538. 16. RAST. Basil. 1570. 8. LIND. cum GALENI *Commentariis*, qui in eum librum exstant. De iis metaphrasticis commentariis dicemus cum GALENO.

*Popularium* L. I. III. & VI. interprete VASSÆO Lion 1550. 12. Paris. 1557. 12. TR. cum GALENI pariter *commentariis*.

In CHARTERIANA editione nullas notulas accessisse, neque varias lectiones, FREINDIUS queritur.

*Commentariorum* GALENI in L. I. & III. codex græcus est in B. R. Par. n. 2174.

Pars ejus commentarii græce in B. R. P. n. 2165.

Alius Arabicus codex exstat in Scorialensi Bibliotheca, tres nempe in primum librum commentarii, tres in tertium (h).

In L. I. erant commentarii ZEUXIDIS, in quibus de notis egit, a MEMNONE PAMPILIO adscriptis (i).

HENRICI COPE *demonstratio prognosticorum* in L. I. & III. *Epidemicorum* Dublin 1736. 8. \*. Jena 1772. 8. \*.

*Prognosticon* Græce & Latine, cum ægrotorum historiis pariter utraque lingua editis comparat, ut ostendat, eventus ejusmodi fuisse, quales ex legibus HIPPOCRATICIS expectare oportebat. Una HIPPOCRATES passim adversus GALENUM

(d) DIOSCORIDES apud GALEN. *Ep.* III. *Comm.* III. GALEN. *ib.*

(e) GALEN. *ib.*

(f) *ib.*

(g) BANDINI III. p. 46.

(h) CASIRI p. 250.

(i) GAL. *Comm.* II.

NUM defenditur. Diem XXI. pariter criticum esse. In epidemicis nullum esse pestis vestigium.

BENEDICTI VICTORII in *HIPP. prognostica comm.* Florent. 1551. fol. HOTTON.

H. CARDANI *comm. in Hipp. Epidem. ægrotos XXII.* Rom. 1574. f. LIND. Basil. 1582. 8. & in *Oper. omn.* T. IX. Lion 1663. f. BB.

FRANCISCI VALLESII *Comm. in l. de morbis popularibus* Madrit. 1577. f. Colon. 1588. f. PLATN. Turin 1589. 8. Neapoli 1621. f. FALC. 1625. f. VATER. Aureliani 1654. vel 1655. fol. LIND. Paris. 1664. fol. HOUSS. Paraphrasticus.

H. MERCURIALIS *prælect. Pisane in Epidemicos HIPP.* Venet. 1597. fol. \*. nempe in 42. historias ægrorum. Ex genio seculi.

HIPPOCRATES *de morbis popularibus* Venet. 1621. 4. LIND. Lutet. 1594. 4. alii 1591.

PETRI MICHAELIS de HEREDIA *commentaria in Hipp. de morbis popularibus* Lugdun. 1655. f. SEG. 1688. fol. qui secundus operum tomus est.

FRANCISCI PHRYGII *comm. in historias epidemicas* Lion 1644. vel 1643. 4. *HIPP. Epidemialium observationum P. I. quatuor contenta languentibus cum commentt.* MARI ZUCCARI Venet. 1621. BUR. TR.

In L. I. ANDRÆ PICQUER *commentarii critici* Madrit. 1760. 4. \*.

In *sectionem III. Libri I. explicationes* J. B. MONTANI. Venet. 1544. 8. RIV.

*Principium Commentarii GALENI in L. I. interprete NICOLAO MACCHELLO* Lion 1556. 8.

GEORGIUS FRIDERICUS LAURENTIUS *de notis HIPPOCRATIS in historiis epidemicis repertis & repurgatis cum adnotationibus paradoxis quas auctori extorsit DIETERICUS* Lubec. 1666. 4. PL.

Cum FREINDII *commentariis* græce & latine Londen 1717. 4.

Deinde DAN. WILH. TRILLER edidit Rudolffstadii 1720. 8. \* *epistolam medico criticam ad J. FREIND super I. & III. Epid. nuper ab eo editis.* HIPPOCRATEM Attico suo sermoni multa Dorica miscuisse. Passim lectionem emendat. HIPPOCRATEM pulsum non undique neglexisse monet, & sudorem etiam civisse. Obiter tamen de pulsu cogitasse, neque esse persecutum GALENUS (k), auctor erat.

Respondit TRILLERO J. KING in *epistola ad J. FREIND, in qua D. W. TRILLER Epistola critica super I. & III. epidem. a viro ornatiss. edita ad examen revocavit* Cambridge 1722. 8. Sudorem, sed externis medicamentis movisse (l).

Tom. I.

E

Gallice

(k) *Cris. L. III. add. decret. Hipp. & Plat. VI. c. 1.*

(l) BARKER p. 114. &c.



Gallice a DES MARS avec les commentaires de GALIEN, des reflexions sur les constitutions epidemiques, suivies des 42. histoires rapportées par cet ancien medecin Paris 1768. 12. \*. Quatuor constitutiones epidemicas ab HIPPOCRATE describi, quarum quævis quatuor ad minimum sit annorum. Non a sola intemperie cæli constitutionem epidemicam produci, nisi priora tempora corpora ad certum febris genus disposuerint. Ægrotos 42. ab istis constitutionibus diversos esse.

*Prognosticon* ex primariis pariter HIPPOCRATIS (m) operibus, dignum gravitate & accurata adnotatione, qua summus vir excelluit. Signa omnium morborum bono ordine enumerat, sumta ex vultu, oculis, labiis: ex decubitu, ulceribus, jectigatione, gestu, respiratione: ex sudore, præcordiis, eorumque & ventris tumore. Inde de suppuratione, de signis ex viribus, ex somno, frigore, calore, corpore levi, gravi, unguibus; ex alvi egestionibus, vomitu, sputo, narium hæmorrhagia, ex pulsu parcissime. Urinæ plurimum tribuit. Qui suppurati usque perierint, qui servati sint. Porro historię morborum: signa hydropis in morbo acuto nati, duplicis, semper periculosi; empyematis ex morbo acuto nati, parotidum, paraphrenitidis, inflammatae vesicæ, doloris capitis, anginae; de febrium exitu, capitis & aurium doloribus, uvulæ tumore. Anginae pessimæ, quarum nulla externa signa adparent.

Certus suæ veracitatis HIPPOCRATES (n) demum adfirmat, sua præfagia in omni regione pariter vera esse, & nihilo minus in Scythia vera, quam in Græcia. Demum & in iis morbis valere, qui iisdem diebus judicantur, etsi non nominati sint. Epidemias & tempestatum constitutiones jubet observare. De siphilide nihil.

Cum aphorismis *Prognosticon* fere conjungitur, etiam in MS. codicibus, ut pariter pro HIPPOCRATIS certissime, sed senioris (o) opere habeantur. Nulla in prognostico nomina esse GALENI observat.

Sæpissime excusum fuit, & codices MS. frequentes (p) supersunt. Primum absque commentario.

Codices in B. LAUDIANA cum aphorismis *Codic. Britt.* n. 1257, 1355. 1013. Perinde in *Eccl. Wigorniensis* n. 760. in *Coll. Mertoniensi* n. 687, 688 & 689, hic cum GALENI *Commentariis*.

In *Bibl. publ. Cantabr.* cum *Commentar.* GAL. n. 2329.

In BODLEYANA n. 2753. MONTFAUCON p. 653.

In B. CATO GONVIL. cum *Comm.* GAL. n. 954.

In B. *Coll. Trinitatis Dublinensi* n. 502.

In B. *Colleg. Nov. Oxoniensis* n. 1134. cum Aphorismis, & *Commentt.* GALENI, latine.

(m) habet SUIDAS II. p. 145.

(n) Conf. GAL. *Comm.* III. in *Epid.* III.

(o) GALEN. *Comm.* I. in I. *progn.*

(p) de *crif.* L. I.

In Aula PEMBROKIANA cum iisdem GALENI commentariis n. 2055.

Sic in *Domo S. Petri* Cantabrigiæ n. 1866. in B. *Ashmoleana* 7751.

In *Vindobonensi* Græce LAMBECC. VI. 194.

In B. R. Par. n. 1884. 2141. 2142. 2143. 2144. 2545. græce cum commentariis GALENI. Sic 2168. tum 2146. 2219. 2229. 2256. manu DEMETRII PEPAGOMENI. Porro 2269. 2266.

Græci codices in B. Medicea BANDIN. III. p. 44. 99. 144.

Latini codices in B. R. Par. n. 6848. 6871. 7870. 6860. 6859. 6868. 7029. 7030. 7102. 7099. 7124. 6846. 6860.

In B. *Scorialensi* BUSCHING mag. T. V.

In B. S. EBRULPHI MONTFAUC. In Div. *Benigniana* ID. in B. D. MARCI.

In *Cathedrali Metensi* latine cum comment. MONTE. In B. M. CASSINI MONTE. n. 222.

Græce & Latine cum versione interlineari in B. *Reg. Angl.* CASHLEY.

Arabice in *Scorialensi* CASIRI n. DCCCLII, vertente HONAIN f. ISAACI & in B. R. P. 1040.

Sectio I. in B. CAL. GONVIL. n. 948. & in B. MERTON n. 722.

Ex *hippocratis prognosticis* aliqua B. *Taurin.* I. p. 249.

Editiones exstant Græcæ Basil. 1536. 8. BB. c. præf. ALB. TORINI.

Græca prognostica Paris. 1557. 12. TR. cum *prorrheticis* ut videtur.

Græce & latine LAURENTIO LAURENTIANO interprete Paris. 1543. 8. \*: porro Paris. 1557. 8. MEAD. ap. MORELL. Paris. 1631. 12. ut lego.

Tum edente BARTHOLOMEO HORN Stralsund 1645. 8. & in HENRICI COPE demonstratione quam dixi.

Græce latine & Hispanice auctore ANDREA PICQUER Madrit. 1757. 4. \*.

Latine in *Artifella* Venet. 1483. 4. 1485. 4. 1493. 1500. 1515. 1527. 8. \*. Bonon. 1489. 4. Latine cum variis aliis Lion 1505. 8. GUNZ 1501. 8. ID. Latine Bonon 4. absque anno, cum Aphorismis J. DAMASCENI & RAZEI GUNZ.

Latine cum præfatione J. JACOBI de SABIIS Bonon. 1526. 4. TR.

Latine cum aliis nonnullis FABIO CALVO interprete Rom. 1527. 12.

GUIL. COPO interprete Paris. 1510. 8. TR. 1543. 8. Lion 1525. 12. 1552. 12. TR. Vicent. 1611. 16. \* præfante FRANCISCO LENIO.

Venet. 1547. 12. 1620. 12. TR.

THOMÆ MOUFFET studio Francof. 1588. 8.

Ex editione RABELÆSH Lion 1543. 8. & 12. MEAD. & 1545. 8. MEAD.

- CHRISTOPHORI a VEGA versio Salamanticæ 1552. 8. &c.  
 Latine, ut puto, cura J. OBSOPOEI Francof. 1587. 16.  
 Paraphrastica versio J. HEURNII Leid. 1597-4. 1683. 4. \*.  
 Latine porro Amsterd. 1755. 16. Basil. 1748. 8. (a).  
 Latine FRANC. OCLERII cura Venet. 1620. 12. Wien 1726. 8. ZOCH.  
*Præfagia in morbis acutis* ap. H. STEPHANUM 1512. ita lego MAITT.  
 Gallice *le livre des presaignes traduit par PIERRE VERNEY* Lyon 1542. 8. RAST.  
 Commentariorum GALENI L. III. codices sunt græci quidem in B. R. P.  
 n. 2168. 2266. 2257. tum in B. D. MARCI & in B. Medicea Plut. LXXIV.  
 & apud BANDINIUM III. p. 94.  
 In CAIO GONVILL. codex *latinus* n. 954.  
 Commentarius nescio an GALENI, Græcus, in Medicea Plut. LXXIV.  
 Ex GALENO excerpti Commentarii latini in B. R. P. n. 6860. & Græce in *Medicea*.  
 Commentarii PETRI HISPANI B. R. P. n. 6956.  
 Commentarii isti GALENI cum GALENI fere operibus editi sunt ut 1532.  
 fol. & seorsim Paris. 1527. fol. BB. cum expositione PHILOTHEI, LAURENTIANO  
 interprete Paris. 1543. 8. \*. 1526. 8. HOUSS. & J. VASSEO interprete Paris.  
 1535. fol. HOUSS. GORREO interprete Lion 1552. 16. TR. HOUSSET, lego  
 etiam Lion 1552. 12. Aphorismis in ordinem redactis, & cum commentario Galeni.  
 CHRISTOPHORI a VEGA versio *cum expositionibus & adnotationibus in GAL.*  
*Commentarium* prodiit Salamanticæ 1552. fol. Lugd. 1551. fol. B. Tig.  
 1626. fol.  
 Ex versione HENRICI BLACVODEI Paris. 1625.  
 Sed etiam HEROPHILI liber erat ad HIPP. prognostica (b).  
 Commentarii Arabici MOHADEB EDDINI ABDELRAHIM f. ALI sunt in B. R.  
 P. n. 1040.  
 Glossæ super prognostica CASHLEY p. 206. in B. R. P. n. 7102.  
 Glossulæ GERARDI Carmonensis B. R. P. n. 6859.  
 Anonymi Commentt. in B. R. Par. n. 6870.  
 Alius in B. Bern. alius in B. *Cathedr. Met.* MONTE.  
 BARTHOLOMEI de BURGIS a SYMPHORIANO CAMPEGIO dictus comm.  
 Commentarii latini Venet. 1493. BODLEY.  
 THADDEI *expositio in divinum librum prognosticorum* Venet. 1527. f. BB.

CARDANI

(a) Et hic & alias in *linguis* facile mihi accidit ut peccem, cum editiones recensere cogar, quas non coram habeo.

(b) CÆL. *chron.* IV. c. 8.

CARDANI *Commentarii* Basil. 1562. fol. TREW. RIV.

*Paraphrastica versio & breves notæ* J. HEURNII Leid. 1597. 4. 1605. 8. & in operibus.

BENEDICTI VICTORII *Comm. in Prognostica* Florent. 1551. fol. TREW.

*Ad Prognosticon latina paraphrasis ad mentem GALENI, P. BLONDELLI, CALEXII Juliodorensis* Lutet. 1575. 4. MAITT. ASTRUC gr. lat.

HENRICI a CUELLAR *Comm. in Hipp. Prognosticon* Conimbricæ 1543. 1582. f. LIND.

J. BRAVO *Commentarii* Salamantic. 1553. 8.

PETRI BLONDEL *latina ecphrasis* Paris. 1575. 4. TR.

JOH. MOLPOEI *tabule quæ libros III. de prognosticis complectuntur* Paris. 1567. 4.

ANDRÆ EGLINGER *poëtica paraphrasis* Frf. 1579. 8. RIV.

J. BUTINI *Comment.* Lion 1550. 12. TR. Aureliopoli 1625. 4. cum ipso opere.

RODERICI a FONSECA *commentt.* Patav. 1597. 4.

BARTHOLOMÆI HORN *Commentarii* Stralfund 1645. 8. PLATNER.

JAC. ANTONII PHRYGII *Commentarii* 1608. 8. SMITH.

ANTONII LOPI *breves adnotationes* Madrit. 1596. 4.

FRANCISCI VALLES in I. *prænotion. Comm.* III. Colon. 1589. fol. Paris. 1664. fol.

HIER. MERCURIALIS *Prælectiones Pisane* Venet. 1597. fol. (c) Francf. 1602. fol. FALC.

JAC. LAVELLII *Comm. in L. I. prognosticorum Hipp.* Venet. 1602. 4. BUR.

CAROLI VALLESII de BOURGDIEU *aphorismi prognostici in febris acutis commentariis illustrati* Rom. 1659. f. huc puto pertinent.

In Præfagior. T. I. *Commentarius cum Aphorismis* ANDREA PASTA auctore Bergam. 1762. 4. \*.

CAR. SPONII *Sibylla Medica Hipp. Lib. prognosticum heroico carmine exprimens* Lion 1666. 4. FALC.

HONORATI BICAISSE *synexis Prænotionum* Lond. 1659. 24. Genev. 1660. 12. LIND.

J. LANGE *de facie Hippocratica ad I. prænot.* 212. Lips. 1651. 4. PL.

AD. VORST *περί τῶν θεῶν, s. de divino in morbis quod Hipp. in Prognosticis observare medicum jussit.* Leid. 1654. 4. PL.

G. W. WEDEL *de morbo crasso Hipp.* L. II. c. 42. Jen. 1688. 4. PL.

EJ. *progr. de morbo phœniceo Hipp.* L. II. c. 49. Jen. 1702. 4.

Codex MS. Commentariorum in Prognostica VINCENTII MICHAELIS GIL Valentini MS. exttat C. de V.

Sæpissime cum prognostico communi titulo librorum III. *prænotionum* conjunguntur libri duo *Prorrheticorum* (d) s. *Predictionum*. Verum eos libros necesse est separare, quorum prior, ut suo loco dicemus, manifesto spurius sit (e), secundus HIPPOCRATE dignus & genuinus. Gravis ejus est & modesta dictio, ordo methodicus. Vanitatem prælagiorum primum notat, quæ nonnulli ejus ævi medici sibi permittebant (f). Prædictiones hominum sanorum desumit ex egestis, alvi excrementis, respiratione. De morbis porro prædictionum fontes repetit in hydrope, phthisi, empyis, podagricis, morbo sacro, ulceribus, vulneribus, primum in univèrsum, deinde in malis capitis, cubiti, medullæ spinalis. Angina sanguinea; oculorum morbi, dysenteria, lienteria, diarrhœa, conceptio facilis, difficilis, cephalalgia, chlorosis, nyctalopia, hæmorrhagia narium, lien magnus scorbuto vicinum malum, dolor ischiadicus, lepra, lichen, leuce. Eventus ubique præcipui cum suis signis recenset.

Suspiceris conjunctos esse libros Prædictionum, cum libro prognosticorum, quoties plurali numero *prænotiones* dicuntur. Ejusmodi codices sunt in B. R. P. n. 2140. 2253. 2545. 2141. 2140. 2030. 2143. 2144. 2266. tum in B. MEDIC. PLUT. XXV. p. 45. 142. 144. forte in pluribus eorum codicum quos recensui p. 35. & quorum titulus in catalogis *Prognostica* inscribitur.

Certius videntur huc referri debere *predictionum* L. IV. B. R. Par. n. 2140. (g) L. III. ib. 2269.

L. III. IV. prognosticorum. BUSCHING B. *Scorial.*

L. III. prognosticorum posteriores in B. D. MARCI.

Comm. GALENI in progn. si huc faciunt BANDINI III. p. 94.

Arabice CASIRI n. DCCCLII. B. R. Par. 2269.

Græce Basil. 1536. 8. BB. curante ALBINO TORINO.

Gr. latine *prorrhetica* Paris. 1557. 8. MEAD.

Ex versione LAURENTII LAURENTIANI Paris. 1520. 8. 1543. 8. \*. cum GALENI comm.

Cura J. HEURNII Leid. 1597. 4.

Ex versione VASSÆI cum GAL. interpretatione Venet. 1537. 16. si huc facit RAST.

Latine Paris. 1512. 4. MAITT. ut puto Bonon. 1526. 4. ut puto cum J. JAC. SAVII præfatione TR. & absque anno GUNZ.

(d) *Præfagia* GALEN. *Comm.* III. *Epid.* I. SUIDAS II. p. 145.

(e) GALEN. *Comm.* I.

(f) *Predicf.*

(g) Si huc pertinet, non sunt hujus loci prognostica, quæ eodem loco nominantur.

Latine

Latine cum JOHANNITIO & aliis Lion 1505. 8. 1507. 8.

Lib. *Præfagiorum* G. COPI Paris. 1510. 8. Lion 1543. 8. \*. 1552. 16. TR.

Ex *recognitione* RABELÆSII Lion 1543. 1545. 12. GUNZ.

*Prorrheticor* L. II. OBSOPOEI Francof. 1587. 16.

HIPPOCRATIS *prognostica*, J. BUTINO interprete Paris. 1540. 12. TR. Aureliopoli 1625. 8. nisi sunt Comm. & cura C. a VEGA Lion 1626. fol.

Lego prodiisse Venet. 1537. 12. 1620. 12. TR. cum tres sint libri.

HIPP. *prognosticorum liber textus medicus Hippocratis* BARTHOLOMÆI HORN Stralf. 1645. 8. si huc facit B.

Tum FRANC. OCLERII Venet. 1620. 12. Wien 1726. 12. cum Aphorismis.

L. III. *præfagiorum* cum Comm. ANDR. PASTA Bergam. 1762. 24. \* qui melioris notæ sunt.

Porro Basil. 1748. 8. cum aliis opp. HIPP.

*Prognostica* Amsterd. 1755. 16. B. Exstat in MACKIANIS.

Gallice *les 2. livres des præfages d'Hippocrate* Lion 1552.

*Les livres des prædictions* traduit par PIERRE VERNET Lion 1537. 8. RAST.

In *Prorrhetica* s. Prædictiones exstant, aut certe scripta fuerunt, HEROPHILI Commentarii (i), tum

GUIL. CARMONENSIS *Glossula* (si prognosticorum vox eo pertinet) B. R. Par. n. 6859. Sic MOHABEDDINI *Comm.* Sic J. BUTINI Aureliopoli 1625. 8. & H. CARDANI Basil. 1568. fol.

Latina Ecphrasis P. BLONDELLI Paris. 1575. 4. TR.

THOMÆ ERASTI in *secundum l. Prognosticorum comm.* huc fecerit Francof. 1590. fol. L.

J. MOLPOEI *tabella* (cum tres libellos prognosticorum complectantur) Paris. 1563. 4.

### §. XVIII. APHORISMI.

Hic *aphorismorum* liber pro præcipuo opere inter HIPPOCRATICA (a) omni tempore habitus est, ut ex eo & ex præfagiis GALENUS magnum HIPPOCRATEM distinxerit, qui HERACLIDE natus fuit. Neque alius est liber inter medicos, qui frequentius recusus numerosiores nactus sit commentatores. Brevitas, gravitas,

(h) Linguam ignoro & in ea ne peccem hic & alib. male metuo.

(i) CÆL. *Cbron.* IV c. 8.

(a) *Comm* III. in *Epid.* SUIDAS II. p. 145. Habet PALLADIUS. CÆLIUS *acut.* II. c. 10. Genuinum esse HIPPOCRATIS opus RUFO, SABINO, SORANO PELOPE auctoribus LAMBECC. VI. p. 86.

vitas, sententiosa dictio senem decet, ut GALENUS nunc HIPPOCRATEM considerationem post Epidemica aphorismos scripsisse dixerit (b).

In re non minimi momenti liceat homini libero in libera civitate suam sententiam dicere, non novam, sed dissimulatam, cum contra tantam auctoritatum vim vix quisquam ausus sit vitia aphorismorum tangere. Ea liberius tango, quod videantur corrupti potius codicis quam auctoris esse menda, adeo manifesto multa repetuntur, aliqua sibi repugnant, plurima omni vero carent fundamento. Spuria aliqua admisceri dudum (c) est adnotatum, ut etiam in propriam sectionem a nonnullis editoribus conjecta fuerint. Sed etiam alia admiscuntur nihilo firmiora per septem sectiones dispersa, quorum infirmissima sunt, quæ ad physiologiam spectant, neque satis firma, quæ de signis conceptus, fecunditatis, abortus ex venæ sectione metuendi, certa nonnullorum vulnerum ad mortem potentia dicuntur. Meliora, ut æquum erat sperare, sunt, quæ ad signa & curationem acutorum morborum pertinent. Quæ bona, ea optima sunt, plurimarum nempe adnotationum in longa vita magna animi cum adtentione natorum, in unam legem collecta corollaria. Subtilitatis nimium passim adgnoscas, potissimum in diebus criticis, eorumque certo numero, & ad mortem aut convalescentiam potestate. Sed multa evidenter nimia sunt, & per inductionem parum plenam nata.

Ordo aliquis est, etsi aliena aliqua admiscuntur. In S. I. de sanorum hominum victu agitur. In hac & 2. 3. sectione de crisi. Sect. II. de victu ægrotorum. Tertia de ætatibus & anni temporibus morbisque utrisque congruis: de humoribus: multum vero tempestati tribuitur. Quarta de purgatione, signis & præfagiis morborum: Sudores etiam critici. In hac sectione in quarta & sexta de abscessibus. Quinta de muliebribus, graviditate, mola. In VI. si ustis aqua subito omnis effluxerit mortem consequi. Sexta & septima de signis & præfagiis ex urina sumtis exque dejectionibus. De hepate suppurato, & felici signo puris albi liquidi.

Editionum inmensa vis est, tum codicum MS. Græci exstant in B. D. MARCI *Veneta*, in B. MEDIC. bis PLUT. LXXIII. LXXXVI. In B. R. Par. n. 1848. 1883. 2141. 2145. 2142. 2143. 2144. 2146. 2149. 2219. 2254. 2250. 2256. 2257. 2259. 2260. 2268. 2545.

In B. Vindobonensi L. VI. p. 85. 86. 89. 94. 122. 129. 144.

In codice p. 86. præfatio adfuit, quæ in editis deficit.

In B. *Scorialensi* BUSCHING. *Magaz.* T. V. & MONTF. bis.

In B. Præsidis de MESME MONTFAUCON.

In BIBL. J. G. PELISSERII IB. lingua non addita: suspicor vero græcum esse cod.

In Musæo J. PHIL. THOMASINI MONTFAUCON.

In Bibl. ut puto, UFFENBACHIANA.

In

(b) *dier. decret.* L. I.

(c) GALEN. *Comm.* IV. in l. *de victu acut.* in Aphor. VII. n. 78.

In B. M. CASSINI MONTFAUCON I. p. 222.

In B. S. JOHANNIS PATAVINA ID. p. 485.

Latine in B. R. Par. n. 6845. 6846. 6860. 6868. 6869. 6870. 6871. 6995. 7021. 7029. 7027. 7030. 7030. A. 7038. 7099. 7102. 7124.

In B. LAUDIANA *Cod. Brit.* n. 1013. 1252. 1355. In Mertonienfi, n. 687. 688. 689. 722. In Wigornienfi n. 768. In B. S. *Trinit. Dublin.* n. 502. In B. S. *Petr. Cantabr.* n. 1866. In aula *Pembrokiana* n. 2055. In B. *Norfolk* n. 3189. In B. Coll. nov. *Oxon.* n. 1130. 134. In B. CAL. GONV. n. 962. In B. BURSCOUGH n. 7671. si integrum est opus.

Latine, ut puto, in B. BODLEY. n. 7753. MONTF. p. 653. B. CAL. GONV. n. 948. hoc incertius. In DUNELMENSEI ECCL. n. 356. In B. S. EBRULPHI DIVIO BENIGNINA MONTFAUC.

Arabice vertente HONAIN CASIRI n. DCCCLII. DCCLXXXV. in B. R. Par. n. 1040. Conf. HERBELOT. Vertente ABDALRAHAMAN BEN ALI, BEN ABISADIK in B. R. P. n. 1096. 1041. HERBELOT. ib. Arabice etiam CASIRI n. DCCLXXXVI. DCCLXXXVII.

Hebraice in B. TAURINENSI I. p. 18. vertente NATHAN HANACRI: In B. VINDOB. p. 182. 184. In B. R. P. n. 401. 395. ad versionem HONAINI n. 396. Ex versione MOSIS EBN HALLOHIN B. Leid. Ex versione R. JOSEPHI SALOMON WOLF.

Imperfecti codices. Liber I. græce in B. *Brit.* n. 224. Sectio I. in *Medicea* BANDIN. III. p. 49. 122.

Fragmenta latina in B. R. P. n. 7100.

Nunc editiones variæ sequuntur, quas lubenter vellem secundum linguas distinguere, quibus prodierunt; vereor tamen, ut errores aliquos effugere poterim.

Ergo Græce recognoscante RUTGERO RESCIO Lovan 1533. 8. TR. Lion ap. GRYPH 1543. 8. ASKEW. Cum variis libellis ex recognitione RABELÆSII Lion 1543. 12. GUNZ. & 1545. 12. GUNZ. Francofurti 1545. 12. PL. cum sexto *epidemicor.* Græce cum aliis Paris. 1557. 12. Cum præf. I. CORNARI Hagenau GUNZ.

Græce & latine ex versione N. LEONICENI, cura J. DAVIONI Paris. 1542. 8. \*. cum comm. GALENI. Lion 1668. 12.

Gr. lat. cum Comm. L. FUCHSII Basil. 1544. 4. \*. Paris. 1545. 8. ASKEW.

Gr. & latin. cum Comm. J. CONR. DIETRICH Gieß. 1556. 4. FABR.

Apud MORELLUM Paris. 1557. 12. ASK.

Cum comm. H. CARDANI Basil. 1564. fol. Patav. 1653. 4. \*.

Gr. & latin. ex nova CLAUDII CAMPENSII interpretatione Lugd. 1579.

8. PLATN.

Porro Francof. 1587. 16. nonnullis a J. OPSOPOEO additis FALC.

Tom. I.

F

Gr.



Gr. lat. porro GUIL. PLANTIO interprete Parif. 1621. 12. FALC. Genev. 1580. 16. BUR. An & Genevæ 1595. 12. num potius latine?

Edente J. BUTINO Lion 1580. 12. FALC. de quo dicam.

Ex recensione PAULI OFFREDI Romæ 1606. 12. Genevæ 1606. 12. \*.

A THOMA MAGISTRO editi Parif. 1613. 8. ASK.

Ex recognitione J. OBSOPOEI per AD. VORST Leid. 1628. 32. HORST. & alia editio absque anno LIND.

Cum Comm. J. HOLLERII Genev. 1620. 8. \*. 1646. 8. FALC.

Græce & latine ex interpret. AN. FOESII & G. PLANTII Leid. 1633. 12. \*.

Gr. lat. per Ger. DENISOT Parif. 1634. 8. FALC. versibus redd.

Græce & latine versu redditus cum Comment. a GUIL. ODRY Parifis 1634. 12.

Versibus græcis & latinis ab ANT. HOMMERIO Parif. 1640. 12. BUR.

Ex ed. I. HEURNII Leid. 1601. 12. PL. 1607. 16. 1609. 12. BB. 1623. 12. 1627. 12. FALC. & in operib. tum Amsterd. 1688. 12. \*. Jen. 1690. 8. plerumque cum notis HEURNII.

Iterum gr. lat. Cantabrig. 1633. 8. cum variis additionibus & Græca versione metrica FABRI & WINTERTONI. MEAD.

Gr. lat. a TOBIA KNOBLOCH Norib. 1641. 8. RIV.

Gr. lat. Leid. 1638. 12.

Gr. lat. accurante LUCA VERHOOFD Leid. 1675. 32. BUR.

Gr. lat. cum metrica paraphrasi van POORSTII Traject. 1687. 24. lego & 1657. 24.

Cura THEOD. JANSON ab ALMELOVEEN Amsterd. 1685. BUR. additis sententiis CELSI & aliorum, Amsterd. 1685. 12. HUTH. Leid. 1732. 16. Argent. 1756. 12. Lips. 1756. 12. TR.

Cura MARTINI LISTER Lond. 1703. 8. \* non nimis accurate.

Gr. lat. ad mentem HIPPOCRATIS expositi a PHILIPPO HECQUET Parif. 1724. 12. 2. vol. BUR.

Gr. & lat. Basil. 1748. 8. Glasgow 1748. 18. & 1749.

Ex recensione ALMELOVEENII cum indice LUD. VERHOOFDII & notulis AN-  
NÆ CAROLI LORRY Paris. 1759. 18.

Adnotationibus variorum illustratos aphorismos digessit J. CHR. RIEGER  
Haag 1767. 8. 2. vol. ex versione FOESII, sed reformata.

Latine CONSTANTINO Monacho interprete Venet. 1495. fol. MAITT.

In ARTICELLA Venet. 1483. 4. 1485. 1500. &c. Lion 1515. 8. TR. 1519.  
8. THOMAS. 1527. 4. \* in qua editione quatuor omnino versiones exstant CON-  
STANTINI, LEONICENI, LAURENTIANI & T. GAZÆ.

Antiqua versio & nova TH. GAZÆ in collectione ANTONII RUSTICI PLA-  
CENTINI Venet. 1507. 8. GUNZ. Venet. 1493. 12. MAITT.

Ex versione THEODORI GAZÆ Lion 1505. 8. GUNZ.

LAUR. LAURENTIANO interprete Florent. 1494. 4. Erfurt 1523. 4. RIV.

Cum interpretatione antiqua tum cum LEONICENI versione Ferrar. 1509. f.

Ex enarratione J. AGRICOLÆ Ingolstatt 1537. 4. PL. Si latina est editio,  
ut puto.

Interprete N. LEONICENO Par. 1524. 12. TR. 1526. 12. 1532. RIV. Lion  
1581. 12. & cum notis J. MANELLPHI Rom. 1613. 16. BUR.

Edente CHRISTOPHORO a VEGA cum *Commentario* Madriti, ut puto, 1563.  
8. \*. Venet. 1571. 8. PL.

Iterum edente P. FRANC. OCLERIO Vicent. 1610. 16. \*. Venet. 1620. 12.  
1624. 12. TR.

Ex recensione FRANCISCI RABELÆSII cum nova addita sectione BRASSAVOLI  
Lion 1543. 12. 1545. 12. GUNZ. Si editio latina est. Conf. p. 41.

Interprete PLANTIO Paris 1555. 12.

*Aphorismor. paraphrasis metrica* Vratislav. 1570. auctore LAURENTIO SPAN.

PAULI DIONYSII *aphorismi Hipp. carmine redditi* Veron. 1599. 4. L.

*Paraphrasis poetica* ANDR. ELLINGER Francof. 1579. 8. FALC.

*Carmine latino vers.* ab ALOYSIO LUISINO Venet. 1552. 8. CINELL.

LAUR. STURMII ad aphorismos *paraphrasis poetica* Lion 1583. 8. 1619.  
16. LIND.

SIMON PROVANCHER *aphorismorum paraphrasis poetica* Senonibus 1603.  
8. LIND.

PETRI BULENGER *paraphrasis poetica* Parisiis 1587. 12. FALC. Parisiis  
1650. 8.

J. JUNKER *aphorismi paraphrasi poetica illustrati* Erford. 1648. LIND.

J. LUD. GANSII *aphorismi carmine illustrati* Vienn. 1626. 12. Argentor.  
1624. 12. LIND.

J. PFAUZ *HIPPOCRATIS aphorismi versibus heroicis expressi* Argentor. 1624.  
8. LIND.

PETRI BERIGARDI *aphorismi rhythmi* Utin. 1645. 8. GUNZ.

J. BAPTISTA de CONDE *aphorismi poetice recens* Bruxell. 1647. 12.  
LIND.

Versu heroico explicati Colon. 1669. 12. CINELLI. TR.

Cum notis JAC. FICK Jen. 1729. 8. \*.

Cum *notis variorum* Amsterd. 1755. 24. RAST.

*Aphorismi* Viennæ 1726. 16. HUTH.

Neapoli 1734. 24. Catal.

EX LEONICENI versione recogniti & aucti a JOH. PASTA Bergom. 1750.  
12. \*.

ROD. WINTERTON ante reliquas priorem sectionem aphorismorum solam ediderat, carmine græco cum lat. versione HEURNII Cambridge 1631. 4. BODL. 1637.  
8. alii.

Græce etiam reddidisse ROBERTUM CONSTANTINUM lego.

In plurimis etiam commentariorum editionibus una excusos esse aphorismos persuadeor, quas non ausus sum his adponere, non visis exemplis.

Gallice aphorismi prodierunt par JEAN VIGIER Lion 1605. 16. RAST. 1666.  
12. BUR.

Par LAZARE MEYSSONIER Lyon 1668. 12. BUR.

Par JEAN BRECHE Lion 1581. 16. RAST. Rouen 1646. 12. BUR. cum  
GAL. comment. in librum I.

Alia editio aphorismorum ib. 1685. 12. vel 1684. 12. HOUSS.

*Traduction faite sur la version de* HECQUET Paris. 1725. 12. alii 1726. 12.

En vers Francois par LOUIS de FONTENETTES ib. 1654. 4. ASTRUC. cum  
tit. HIPPOCRATE *depaîsé*.

En vers Francois par de LAUNAY Rouen 1642. 8. BUR.

Anglice vertente CONR. SPRENGEL Lond. 1708. 8. 1735. 8.

Alia editio Lond. 1695. 8. 1665. 8. B. BODLEY.

Belgice *kortbondige spreucken* door S. BLANKAART WACHENDORF 8.

Italice *aphorismi d'Hippocrate trad. da* LUCA FILACTEO Pavia 1552. 8. FALC.  
& vertente ANSELMO LATIOSO, vernaculo carmine Viterbo 1627. 8.

Gr. lat. hebraice MARIJ ANT. GAIOTII *sententia Hipp.* Rom. 1647. 8.  
FALC.

Aphorismorum ordinem varii scriptores mutaverunt variis modis, & ad suam mentem dispositos excuderunt.

*Methodus aphorismorum cum* GESNERI *adnotationibus erat* apud C. WOLF G. & SIML. *biblioth.*

In RUSTICI PLACENTINI collectione Venet. 1507. 8. aphorismi ad suas ægritudines dispositi sunt.

BARTHOLOMÆUS & PETRUS ROSTINIUS *sententias omnes & verba que in HIPPOCRATIS aphorismis continentur ordine alphabetico digesta dederunt* Venet. 1555. 8. PL.

*Aphorismi digesti secundum locos congruentium seriem materiariam cum expositione cujusque aphorismi ex* GALENO *supposita & insignioribus sententiis Celsi* Lion 1555. 12. TR.

EJ. *selecta maximeque rara sententia interprete* G. PLANCIO *cum* GALENI *Comment.* a PLANCIO *latine versi* Lion 1573. 12. TR.

J. BUTINI *aphorismi gr. lat. ita digesti in ordinem ut mutuo sese explicare & ad morborum curationem singuli suo ordine prodire videantur* Lion 1580. 12. L. Genev. 1624. & 1625. 12. ID.

JOH. PLACOTOMI *Hippocratis aphorismi in locos communes digesti* Antwerp. 1564. 12. LIND.

J. LANÆI *aphorismi gr. lat. cum argumentis* J. J. LANÆI *Parif.* 1628. 8.

J. GORRII *animadversiones in* J. LANÆI *chirurgi togati Parisini libellum, quo aphorismos Hippocratis in novum ordinem digessit* ib. 1660. 4. LIND.

ACHILLEI CARCANI, Prof. Papiensis, *in aphorismos HIPPOCRATIS lucubrationes* Ticin. 1581. 8. \* nempe ordo methodicus.

OLIVARIJ POPARDI *Hippocratis aphorismi ordine meliori latini facti* Rochell. 1580. 16. LIND.

ACHILLIS PIRMINI GASSERI *aphorismorum methodus nova* Tigur. 1584. 8. LIND. Annon eadem editio quæ Sangalli 1584. 8.

NICOLAI FONTANI *aphorismi HIPPOCRATIS methodice dispositi* Amsterd. 1637. 12. RIV.

ECKARDI HEIDENECCII *Mnemonēutica in aphorismos Hippocratis tabulis comprehensa* Basil. 1585. 4. GUNZ.

FRANCISCI OCLERII *singuli aphorismi selecti tam ad febres quam ad morbos singulos pertinentes* Vicentiæ 1610. 24. \* cum editione jam dicta p. 43.

ERNESTI SCHEFFLER *perutilis & lucubrata methodus qua HIPPOCRATIS aphorismi in certam seriem secundum materias & affectus digesti sunt* Leid. 1633. 24. TR. 1666. 24. LIND.

BERNARDINI LANGWEDEL *thesaurus Hippocraticus, s. aphorismi Hipp. in classes & certos titulos dispositi* Hamburg 1679. 12.

J. AL. MARIN *aphorismorum HIPPOCRATIS dispositiva methodus exquisite ordine doctrine instituta & segmentis quatuor comprehensa* Paris. 1639. 12.

J. TILEMANNI *aphorismi facili methodo digesti* Marburg 1650. 24. Giesl. 1660. 24. cum ipsis aphorismis.

CORONATI *medicina aphoristica s. aphorismi Hippocratici juxta institutiones & praxin medicam dispositi* Hamburg 1681. 8. GUNZ.

J. DAN. GLOBITZ *aphorismorum omnium in tres sectiones nova digestio* Nurnb. 1681. 12. PL.

GEORG WOLFGANG WEDEL *aphorismi in porismata resoluti* Jen. 1695. 12.

HONORATUS BICAISSE, *aphorismos & alia HIPP. secundum morborum nomenclaturam ex alphabeti ordine disposuit* Lond. 1659. 12. MEAD. Genev. 1660. 12. Paris. 1739. 12. BUR.

*Les aphorismes d'Hippocrate rangés selon l'ordre des parties du corps humain* Paris. 1703. 12. BUR.

Sequitur ut de commentatoribus agam.

Veteres quamplurimi in HIPPOCRATE exponendo laborarunt.

HEROPHILUM GALENUS nominat (a), ejusque *Commentarios in HIPPOCRATIS prognostica* ex CÆLIO AURELIANO citavimus (b).

Is commentarius dicitur extare in B. AMBROSIANA Mediolanensi MONTF. I. p. 498.

Porro ZEUXIS in HIPPOCRATEM commentatus est.

THESSALUS in *aphorismos* scripsit (c).

SABINUS aphorismos genuinos esse confirmavit (d), cujus etiam discipuli in HIPPOCRATE laborarunt.

RUFUM GALENUS laudat, qui in HIPPOCRATIS lectione versatissimus fuerit: qui idem aphorismos genuinos esse testatus sit (e).

Sed & SORANI idem est testimonium (f).

QUINTO non parcat (g), qui aphorismos male interpretetur.

LYCUS ad aphorismos expositiones QUINTI præceptoris descripsit, absque demonstratione (h), quem passim GALENUS refutat (i). EROTIANUS ejus L. II.

*Syngram-*

(a) In *Aphor.* VII. n. 68.

(b) *Tard.* IV. c. 8.

(c) GALENUS adversus JULIANUM.

(d) LAMBEC. L. VI. p. 86.

Multa tamen præterisse GAL. *Comm.* ad III. *Epid.* in *Epid.* VI.

(e) LAMBEC. L. c.

(f) *ibid.*

(g) *Ad Epid.* I.

(h) GAL. ad III. L. I.

(i) *Comm.* ad III. *Epid.* *Ord. legend. libr.* *Ad Epid.* VI. &c.

*Syngrammatos exegetici* citat. Ignarum esse artis Hippocraticæ GALENUS, & HIPPOCRATEM calumniari (k).

MARINUS male aphorismos invasit (l).

EPHICIANUS commentator ad Stoicos inclinabat (m).

JULIANUS libros 48. in aphorismos scripsit, veteris philosophiæ ignarus (n).

De PELOPIS idem (o) est ob aphorismos testimonium.

Deinde ipse GALENUS in LYCUM scripsit, quod nihil in eo aphorismo [I. 14.] HIPPOCRATES peccet, cujus initium est, *qui crescunt plurimum habent caloris*. Male doceri, calorem a calore nihil differre. Codex est in B. Medicea BANDINI III. p. 48.

Inde contra ea, quæ a JULIANO in HIPPOCRATIS aphorismos dicta sunt. Aphorismus 16. quem HIPPOCRATEM tuetur, incipit in *perturbationibus ventris & vomitibus spontaneis* &c. Codex pariter in Medicea est Bibl. BANDINI III. p. 48.

Deinde GALENUS integrum in aphorismos HIPPOCRATIS commentarium edidit, cujus numerosi sunt codices.

Græce B. D. MARCI MONTFAUCON B. R. Par. n. 1884. 2161. 2168. 2266. 2278.

In Medicea PLUT. LXXIV. BANDINI III. p. 93. 102.

Sectio prima & pars II., et si auctor commentarii non nominatur, exstat in B. Med. PLUT. LXXIV.

Latine in B. R. Par. n. 6869. 6871. 7030. 6860. a interprete CONSTANTINO Monacho.

Sic in VATICANA MONTFAUC. In domo S. PETRI *Cantabrigiensi* Cod. Brit. n. 186.

Versio etiam latina anonymi in B. R. Par. n. 846.

Vertente GERARDO CARMONENSI in *cathedralis Metensis* B. MONTF.

Vertente homine ignoto in B. *Taurinensi* MONTFAUCON.

In Coll. Mertonienf. Codex est n. 689. In *Coll. nov. Oxon.* n. 1134.

Iidem GALENI commentarii Arabice exstant vertente HONAINO ISAACI f. in B. *Scorial.* CASIRI n. DCCLXXXV. BUSCHING *Magazin.*

Pars Commentarii in ead. CASIRI n. DCCCXIV. DCCLY & XVI. DCCLXXXVII.

Hebraice in B. R. Par. n. 396. ex Arabico versa.

Vertente etiam HONAIN F. Is. B. R. Par. n. 395. (sed hic puto Arabicum codicem intelligi).

Impressi

(k) *Comm. ad Epid.* VI.

(l) *GAL. comm.* VII. n. 54. in *Seçt.* VI. 24. & 54.

(m) *Ord. leg. libr.*

(n) *GALEN. adversus JULIANUM.*

(o) LAMBEÇ. l. c.

GALENI commentarii in aphorismos excusi sunt Venet. 1493. ex versione CONSTANTINI AFRICANI, qui ex Arabico latine reddidit MAITT.

Vertente LAURENTIO LAURENTIANO Venet. 1494. MAITT.

Vertente NICOLAO LEONICENO Parif. 1526. 8. HOUSET Lion 1547. 12. TR. Recogniti a J. DAVONO Parif. 1542. 8. \*

Vertente THEODORO GAZA Venet. 1495. fol.

Venet. 1527. cum THADDÆI expositione.

Editiones aliæ sunt Lion 1554. 16. RAST. 1581. 12. HANSEN.

Vertente ANUTIO FOESIO, & altera cum versione G. PLANCHII, curante ADRIANO TOLL. Leid. 1633. 12. \*. Gr. & lat.

Et ex editione GUIL. PLANCHII ib. Lion 1552. 8. 1573. 12. TR.

Vertente CONSTANTINO, LAURENTIANO, LEONICENO, & THEODORO GAZA cum commentario GALENI in *Articella* Lion 1527. 4. \*. & alias.

Genev. 1628. 12. GUNZ.

An eadem est *Censura* GALENI in *aphorismos* quæ edente J. MORIS Basileæ prodiit 1547.

THADDÆI & JACOBI FOROLIVIENSIS commentarios dicemus.

Primus liber commentariorum solus, prodiit vertente J. BRECHE Lion 1585. 16. RAST. Rouen. 1646. 12. BUR. Gallice vide p. 44.

Alia editio commentariorum GALENI extat, NICOLAO LEONICENO interp. cum JOHANNIS SIGNORETI excerptis aphoristicis & symbolis Lion 1668. 12. \*. Textus aphorismorum græcus & latinus est. SIGNORETUS ex GALENO & aliis veteribus aphorismos interpretatur, & in ordinem constituit, & passim lectionem emendat. Adfinis erat SPONII, cæterum vix quidquid proprium habet.

GALENI versio Asiatica fusissima est, ut fere in HIPPOCRATE ad sua principia accomodando laboret: locos aliquos veterum illustret, & HIPPOCRATEM defendat, cujus multa exemplaria vidit. Aliquæ curationes interjectæ.

Alii in aphorismos commentarii prædierunt, cum nomine ORIBASII, editi a J. GUINThero Parif. 1533. 8. FALC. Venetiis 1533. 8. LIND. Basil. 1535. 8. BB. Patav. 1658. 12. BOECL. Spurium opus, quod auctor aiat se misisse ad PTOLEMÆUM EUERGETEM. Sed auctor christianæ religionis fuisse videtur, qui S. Scripturam citet, idem inficetissimus GALENI exscriptor.

Prologus ORIBASII ante HIPP. aphorismos est in B. R. P. n. 7102.

MELETHII Philosophi commentarii latine reperiuntur in B. R. Par. n. 6854. & apud MONTFAUCON II. p. 1303. & in B. S. REMIGII RHEMENSII ID.

THEOPHILI PROTOSPATARII commentarii græce exstant in B. R. P. n. 2149. in

in *Vindobouensi*. LAMBEC. VI. p. 165. in B. MEDICEA PLUT. LXXXVI. BANDINI III. p. 98. 102.

Editæ latine a LUD. CORRADO Venet. 1549. 8. TR. Spir. 1581. 8. GUNZ. PHILOTHEI commentarios GESNERUS nominat.

STEPHANI *commentarii* Græce in B. *Ces. Vind.* LAMBEC. II. p. 88. 147.

Ex STEPHANO & PHILOTHEO in B. UFFENBACH I. 4.

ACTUARIJ *comm.* in *aphorismos* extabant ap. FELICEM PACIOTUM. GESNER bibl.

Commentarius Arabicus auctore ALAIDDIN EBN ELNAFIS, satis nuperus & seculi XIV. est in B. R. P. n. 1042.

Notæ ABDELRAHMAN *ben ALI ben ABISADIK* in B. R. P. n. 1096. 1041, qui *comm.* alibi dicitur.

Idem procul dubio est ABULCASSEM ABDELRAHMAN ABISADEK Perfæ Nifaburiensis *commentarius* CASIRI n. DCCCLXXIII.

Alius *Comm.* n. DCCXCVII.

Commentarii HALY in *aphorismos* citantur in B. *collegii omnium animarum* Oxon. Cod. Brit. n. 1430.

ABRAHAM PATRICH *explanatio in aphorismos* ap. PLANTOVICIUM. Tum MOSIS ABDALLA Cordubensis, & MOSIS F. EVED. ELOHIM WOLF.

MAGISTRI BENEDICTI *glossæ super libros aphorismorum* HIPPOCRATIS in Coll. CAIO GONVIL. Cant. n. 960.

Græce, anonymi *commentarii* B. R. P. n. 2260. 2257.

Græci *commentarii* in priorem sectionem & partem secundæ in B. MEDICEA PLUT. LXXIV.

*Enarrationes singulis aphorismis subjectæ* Græce in B. R. P. n. 883.

Latine anonymi *glossæ & scholia* in B. R. P. n. 7030. & apud CASHLEY. Anonymi *glossæ* in BB.

*Commentarii* latini in B. *Coll. nov. Oxon.* n. 1130. alii in B. R. P. n. 6845. 6847. 6856. 6855. 6956. 7021. 7027.

*Questiones in aphorismos* B. R. P. n. 6537. 6549. latine.

Hebraici *commentarii* LAMBEC. I. p. 184.

Deinde inter nuperos commentatores huc pertinent, J. SERMONETA *comm. super librum aphorismorum* Venet. 1498. fol. LIND.

THADDÆI *expositio in arduum Hippocratis aphorismorum volumen* ib. 1527. f. BB.

NIC. NICCOLI *Commentum super aphorismos Hippocratis compilatum per J. B. THEODOSIUM* Bonon. 1522. 8. GUNZ.

HUGONIS SENENSIS (BENZII) *resolutissima expositio in aphorismos* HIPPOCRATIS.

Tom. L

G

CRATIS.



CRATIS. Codex est in B. R. Par. n. 6848. Editio Veneta exstat 1494. f. MAITT. tum 1498. fol. TREW. 1523. f. LIND. Papiæ 1518. f. TREW.

BARTHOLOMÆI de BURGIS in *aphorismos* cura citat comm. S. CHAMPIER.

JACOBI de FORLIVIO in *Aphorismos Hippocratis* & in GALENI *commentarios expositio* & *questiones per Christophorum de Castanea* Papiæ 1488. fol. MAITT. Papiæ 1501. f. TR. 152. folio parvo. Venet. 1495. f. MAITT. 1501. f. 1547. f. TR. 1556. 4. TREW. Codex MS. est in B. Taurin.

*Particula VII. Aphorismorum HIPPOCRATIS cum duplici translatione antiqua* & THEODORI GAZÆ *cum expos. GALENI ac comm.* JAC. FOROLIVIENSIS & *additionibus MARSILII cum questionibus labore HIERONYMI POMPILI de OLEARIIS* Venet. 1508. f. TREW.

ANTONII BENIVENII *comm. in Hippocratis Aphorismos* Florent. 1507. 4. HOTTON.

LAURENTII LAURENTIANI *comment.* Florent. 1494. f. TREW.

PAULI GRISIGNANI in *APHORISMOS HIPPOCRATIS Expositio* Salern. 1544. fol. LIND.

ANTONII MUSÆ BRASSAVOLI, Ferrariensis, in l. *Aphorismor. HIPPOCRATIS Commentarius* Ferrar. 1594. LIND.

EJ. in *octo libros Aphorismorum Hippocratis & Galeni commentaria & adnotationes* Basil. 1541. fol. RIV. Venet. 1721. 4. Vienn. 1726. 8. cum indice FR. OCLERII. Priores septem sectiones octava auxit, ex reliquis collecta. Multum esse usum lego PHILOTHEI *Commentariis* GESNER in Bibl.

LEONH. FUCHSII *commentarii & adnotationes in VII. sectiones aphorismorum* &c. Basil. 1544. 4.\*. Paris. 1545. 8.\*. Lion 1558. 8. TR. Et in *HIPPOCRATEM & in GALENUM* commentatur. BRASSAVOLAM sæpe refutat, GALENO plurimum usus.

J. MORISOTI *Hippocratis Aphorismorum genuina lectio & fidelis interpretatio* Basil. 1547. 8. si *commentarii* sunt GUNZ.

FORESII *HIPPOCRATIS Aphorismi commentariis illustrati* Francf. 1551. 8. 1554. 8. TR.

HIERONYMI THRIVERII *Commentarius in aphorismos Hippocratis* Lion 1551. 4. FALC.

Et prius in librum I. *Commentarius* Antwerp. 1538. 4. LIND.

*HIPP. aphorism.* gr. lat. G. PLANTIO interprete cum notis J. LYGÆI Paris. 1551. 16. LIND. Genev. 1580. 16. BUR. FALC. Lion 1582. 16. LIND. Genev. 1590. 8. LIND.

ID. *digesti secundum locos congruentium materiarum cum expositione GALENI ad singulos aphorismos & sententiis Celsi* Lion 1555. 12. TR. Conf. p. 45.

EJ. *Selectæ sententiæ interprete G. PLANCIO. GAL. commentarii adnotationibus illustrati, idem puto liber,* Lion 1573. 12. TR. Conf. p. 45.

Iterum

Iterum a PLANTIO illustrati cum GALENI & MARINELLI *commentariis* Venet. 1582. 12. TR.

Et GUILIELMI PLANCII *aphorismi HIPPOCRATIS latinitate donati, & paraphrasi illustrati* Genev. 1595. 12. LIND.

HIERONYMI CARDANI *commentaria in VII. libros aphorismorum* Basil. 1564. fol. TREW. Patav. 1653. 4. \*. Fulissimus commentarius. GALENUM grammatikum vocat, qui in HIPPOCRATE quærat quæ carpat, & fere ubique contendit, male interpretem egisse. Sed etiam LEONICENUM HIPPOCRATEM non intellexisse. Conf. CARDANI opera.

J. MYRICA *paraphrasis in Hipp. aphorismos* Basil. 1556. 8. LIND.

BENEDICTI VICTORII *commentarii ad HIPPOCRATIS aphorismos* Venet. 1556. 4. HOTTON. TR.

FR. VALLESII *in aphorismos Hipp. comm.* Complut. 1561. 8. Colon. 1589. f. TR. edente P. AYROLDO MARCELLINO. Paraphrasticus.

NIC. HAUTPAS *aphorismi HIPPOCRATIS luculentissimis enarrationibus illustrati* Duaci 1563. 4.

CHRISTOPHORI a VEGA *commentarius in librum aphorismorum HIPPOCRATIS signatus Antiguerae* 1563. 8. \*. tum Lion 1570. 8. Ex genio seculi & priscorum. In operibus omnibus Lion 1576. f. 1586. f. 1626. f.

JUVENALIS LEVERONII *in HIPPOCRATIS aphorismos lucubrations* Montis-regii 1565. 4. LIND.

JAC. HOLLERII *in HIPPOCRATIS aphorismos, comm. scholiis ex DURETO suntis auxit* J. LIEBAULT Paris. 1579. 8. 1582. 8. TR. 1644. 8. GUNZ. Francof. 1596. 8. TR. 1597. 8. TR. 1646. FALC. 1652. 8. RAST. Genev. 1583. 8. \*.

Scholia in eum commentarium JOHANNIS LIEBAULT Paris. 1583. 8. B. BODL. an seorsim edita? Cæterum HOLLERIUS magnus HIPPOCRATIS admirator, nonnulla interspersit sibi visa.

CLAUDII CAMPENSII *adnotationes in HIPPOCRATIS aphorismos cum apologia in GALENUM & animadversiones naturales in ARISTOTELEM* Licæ 1579. 8. TR.

SALVII SCLANI *commentarii in aphorismos HIPPOCRATIS* Venet. 1579. 4. L. 1583. 4. LIND.

THEODORI BELLEI *in Hipp. aphorismos comment. I.* Panormi 1571. 4. LIND.

J. BUTINI *breves expositiones ex GALENI fere commentariis sumtæ* Lion 1580. 12. Genev. 1625. 12. TR. Conf. p. 45.

- DANIEL LAPHANGINI in HIPPOCRATIS *aphorismos dialogus* Venet. 1586. 4. L.  
 JOH. MARINELLI HIPP. *aphorismi* N. LEONICENO interprete Venet. 1583.  
 12. TR. 1593. 12. ID.  
 J. ZECCHII in *aphorismos Hippocratis* Bonon. 1586. 4. HOTTON.  
 J. VISCHER *Aphorismor. Hipp. brevis enarratio* Tubing. 1591. 4. LIND.  
 Lego alibi.  
 EJ. *aphorismi ex HIPPOCRATE* ib. 1569.  
 RODERICI a FONSECA in VII. libros *aphorismorum Hippocratis commentaria* :  
*in singulos aphorismos adnotationes* Venet. 1596. 4. LIND. 1608. 4. 1621. 4. RICH.  
 1628. 4. HOTTON. Patav. 1708. 4. maj. PL.  
 ANNIBALIS BUFALI *aphorismorum Erometaphrasis* Messan. 1605. 8. MONGIT.  
 J. VIGIER *aphorismes d'Hippocrate rangés & disposés avec notes* Lion 1605. 16.  
 RAST. 1620. 12. 1666. 12. BUR.  
 PAULI OFFREDI *commentt. in aphorismos HIPP.* Genev. 1606. 12. \*.  
 CONSTANTINI LUCA *expositio in HIPP. aphorismos* Ticin. 1607. 4. B. BODL.  
 J. HEURNII sunt HIPP. *aphorismi brevi enarratione fidaque interpretatione illu-*  
*strati, cum historiis, observationibus cautionibus & remediis selectis* Leid. 1607. 12.  
 TR. 1609. 12. & 4. Lond. 1623. 12. Haag 166. 12. Jen. 1677. 12. 1690.  
 12. TR. Rudolftatt 1666. 12. TR. Amst. 1688. 12. \*. Ex melioribus, passim  
 de suo additis consiliis clinicis, & curationibus propriis.  
 JACOBI FONTANI *Commentaria in omnes aphorismos HIPPOCRATIS* Paris. 1608.  
 12. L. Genev. 1613. 4. L.  
 HIPPOCRATIS *aphorismi* (ex vers. LEONICENI) 1647. 12. TR. cum notis J.  
 MANELPHI Rom. 1623. 16. BUR.  
 HIER. MERCURIALIS in omnes HIPP. *aphorismos praelectiones Patavinae a MA-*  
*XIMILIANO MERCURIALI H. F. publicatae, cum PANCRATII MARCELLI notis*  
*marginalibus* Bonon. 1619. f. LIND. Lion 1621. 4. LIND. 1631. 4. HOTTON.  
 Foroliviis 1625. f. LIND.  
 MATTHIAS NALDIUS in *Hippocratis aphorismos* Rom. 1617. 4. FALC. 1657. 4. TR.  
 PETRI ANDR. CANONHERII in VII. *sectiones aphorismorum interpretationes*  
 Antwerp. 1617. 4. LIND. 1618. 4. TR.  
 EMAN. STUPANI *commentt. in aphorismos Hippocratis* Basil. 1615. 8.  
 Cum notis J. KNOBLOCH Norib. 1641. 8. B. Tig.  
 Cum brevi commentario GUIL. ODRY Paris. 1634. 12. BUR. Conf. p. 42.  
 PAULI CIGALINI *lectiones in HIPPOCRATIS aphorismos* Novicomi 1653. fol.  
 SMITH.

PETRUS CASTELLUS *in aphorismos* HIPPOCRATIS. Macerat. 1648. 4. HOTTON.

GEORGII MORALES, P. Pisani, *commentaria in HIPPOCRATIS aphorismos* Venet. 1648. 4. \*. Aphorismos inter se connectere conatur. Pro commentario GALENI. Addit & scholarum opiniones.

EJUSD. *ars parva s. aphorismorum sect. VII. quibus ordine resolutivo universam medicinam ab ipso Hippocrate tradi demonstratur* Venet. 1653. 12. GUNZ.

CAR. de S. GERMAIN *Hipp. aphorismorum methodica praxis in 4. partes divisa* Paris. 1650. 12.

GUID. ANTONII ALBANESII *aphorismorum Hippocratis expositio Peripatetica* Patav. 1649. 4. TR.

CONRAD. DIETERICI *Hippocratis aphorismi illustrati* Gieß. 1655. 4. GUNZ. 1656. 4. bis TR. Ulm 1661. 4. TR. 1665. 4. L. Slesvic 1661. 4. TR.

CAR. VALESIIUS de BOURGDIEU (diversus a FRANC. VALLES.) *in aphorismos Hippocratis* Rom. 1659. fol. HOTTON.

Alium titulum lego, *Aphorismi prognostici in febris acutis* GUNZ.

Versibus græcis & latinis ab ANT. HOMMERIO Paris. 1660. 8. TR.

A. CABOTIN *commentaire en vers sur les aphorismes d'Hippocrate* Paris. 1665. 12. BUR.

LAZARE MEYSSONNIER *les aphorismes d'Hippocrate traduits en françois avec un mélange de paraphrase & d'éclaircissemens ez lieux obscurs & la clef de cette doctrine par le moyen de la circulation du sang &c.* Lion 1668. 12. BUR.

LEVINI FISCHER *genuina aphorismorum resolutio* Halberstatt 1656. f. 1680. 8. LIND.

LUCAS VERHOOFD *aphorismorum nova interpretationi adjecit loca parallela ex HIPPOCRATE collecta* Utrecht 1675. 12. Conf. p. 42.

MICHAEL RUCKER *Comm. in HIPPOCRATIS aphorismos* Ulm 1676. 4. edente G. H. WELSCH.

PETRI GUICHARDI *commentarius in HIPPOCRATIS aphorismos* Ulm 1676. 4. cum priori.

PAULI de SORBAIT *commentaria & controversie in omnes aphorismos HIPPOCRATIS* Wier 1680. 4. vide SORBAIT.

FRANC. DOMINICI BARISANI *magnus Hippocratis medico moralis ad utramque corporum atque animarum salutem per genuinam eorum expositionem accommodatus* Turin 1682. 4. GUNZ.

*Aphorismes d'Hippocrate avec des éclaircissemens* Lion 1684. 12. HOUSS.

LUC. TOZZI in *Hipp. aphorismos Commentaria in duas partes distributa* Neapoli 1693. 4. GUNZ. & in *operibus omnibus* \*.

FRID. SCHRADER *theses medicae ex illius praedicationibus publicis in aphorismorum Hippocratis sectiones VII. annotatae* Helmstatt. 1693. 1694. 1695. 4. GUNZ.

MARTINI LISTER *aphorismi Hippocratis commentariolo illustrati* Lond. 1702. 8. GUNZ. 1703. 12. \*. Tubing. 1744. 12. Conf. p. 42. Non diffimulat editor quam infirma aliqua praefagia sint. HIPPOCRATEM ex nupera theoria illustrat, aliquas adnotationes proprias addit.

DU FOUR *aphorismes d'Hippocrate avec de nouvelles explications & plusieurs observations de pratique sur les maladies* Paris. 1703. BUR.

J. FRANC. LOEUW *nova & vetus aphorismorum Hipp. interpretatio* Francof. 1711. 4.

HIPPOCRATIS *aphorismi ad mentem ipsius, artis usum & corporis mechanisimam lationem expositi* (HECQUET) Par. 1724. 12. 2. vol. Neap. 1731. 4. Tr. Conf. p. 42.

Gallice Paris. 1727. 12. 2. vol.

J. JAC. FICK *aphorismi Hippocratis notis illustrati* Jen. 1729. 8. \*. Habet etiam proprias observationes, suo loco laudandas.

M. de PINEDO *commentarius in aphorismos Hippocratis* Amsterd. 1735. 8.

CONR. SPRENGELS *explanations and references . . . and the sentences of Celsus* London 1735. 8.

J. de GORTER *medicina Hippocratica exponens aphorismos Hippocratis* Amsterd. 1739. ad 1742. 4. PL. Huc puto facere.

J. TIMM *Anmerkungen zu den aphorismis* (paraphrasticus commentarius) Brem. 1744. 8. \*.

ANNE CAROLI LORRY editio cum CELSI locis parallelis, indice LUCÆ VERHOOFD, locis parallelis ex BOERHAAVII commentariis & notulis propriis Paris. 1759. 18. Conf. p. 43.

ANDR. PASTÆ HIPPOCRATIS *aphorismi & praefagia* Bergomi 1762. 12. \*. Contra MARTIANUM defendit, aphorismos verum scriptum esse HIPPOCRATIS, non centonem ex ejus operibus collectum: Practica varia addit, propriae etiam familiae historiam. Conf. p. 37.

HIPPOCRATIS *aphorismi notationibus variorum illustrati. Digessit & indices addidit* J. CHRIST. RIEGER Haag 1767. 8. 2. vol. Non satis Græcus auctor philologicis notis potuerat abstinuisse. Cæterum ex numerosis aphorismorum interpretibus collegit, quæ sibi utiliora viderentur. Loca indicat operum Hippocraticorum, ex quibus quisque aphorismus decerptus fuit, tum similem CELSI locum.

*Excerpta eorum, qua super Hippocratis aphorismos scripta sunt* Burdigalæ 1524.  
fol. N. ANT.

Codex M. VINCENTII MICHAËLIS GIL. citatur.

Alius secundus Codex Hispanicus PASCASII FRANCISCI VIRREY &  
MENNOL.

Qui sequuntur scriptores, aliquam tantum partem aphorismorum interpre-  
tandam sibi sumserunt.

*Anonymi in 25. Hippocratis priores aphorismos interpretatio* B. R. Par. n.  
6858.

*Anonymi in I. L. aphorismor. ib. n. 7101.*

*In nonnullos aphorismos ib. n. 2316.*

MATTHÆI CURTII *in secundam particulam aphorismorum* B. R. Par. n.  
6852.

JANI CORNARI *oratio in dictum Hippocratis vita brevis ars longa* Jenæ 1557.  
12. GUNZ.

J. B. MONTANI *in L. I. lectiones* Venet. 1553. 8. TR.

*In L. II. ib. 1554. 8. TR.*

JULII ARGENTERII *in L. I. & II. aphorismorum commentarius in Oper.*  
omn. Francof. 1610. f.

TH. PARACELSI *explicatio sectionis I. aphorismorum, quatuor primorum se-*  
*cundæ & novem posteriorum quinta.* In opp. omnibus Francof. 1583. 4.

EJ. *Erklärung über etliche Aphorismen* Collen 1567. 4.

SEBASTIANI AUSTRII *Hippocratis aphorismi puerorum morbos enarrantes* Ba-  
sil. 1540. 8. \*.

*In aphor. 22. sect. I. MICHAELIS SERVETI comm. cum L. de Syrupis* Paris.  
1537. 8. \*.

ANTONII LUDOVICI *expositiones aliquot in aphorismos HIPPOCRATIS* Olyf-  
sipone 1540. fol. 1543. f. LIND.

*Quarti aphorismi vera lectio & in eundem GALENI enarratio* JUSTO VELSIO  
*interprete* Basil. 1543. 4. \*.

DONATI a MUTIIS *in interpretationem GALENI super 14. aphorismos dialo-*  
*gus* 1547. 4. BB.

ODDI de ODDIS *interpretatio in primam sectionem* Patav. 1564. 8. LIND.

*Et in I. & II. sectionem* Venet. 1572. 8. Patav. 1589. 4. LIND.

PETRI CRISPI *comm. in L. I. aphor.* Rom. 1575. 4. L.

SALVII SCLANI *in primum L. aphorismorum HIPPOCRATIS commentaria* Venet. 1583. 4. An differt a libro p. 53.

EJ. *apologia ad J. ALTIMARUM quod ea que dixit in ALTIMARUM in comment. aphorism. sint verissima* Venet. 1584. 4. GUNZ.

J. ZECCHII *in primam sectionem aphorismorum dilucidissima lectiones* Bonon. 1586. 4. GUNZ. Nonne idem qui p. 54.

FABRITII (forte FABII) *Prælectio de catena aphorismorum I. sectionis* Venet. 4. LIND.

J. STEINMETZ *de morbis Hipp. hiemalibus ad Aph. III. 23.* Lips. 1694. 4. PL.

ALFONSI BAROCCHII *in primam aphorismorum sectionem dilucidissima lectiones* Ferrar. 1593. 4. MAZUCHELLI TR.

SANCTORII SANCTORII *comm. in I. Sectionem aphorismorum* Venet. 1629. 4. RIV. 1660. 4. L. Multum eruditionis GALENICÆ & HIPPOCRATICÆ. Multa etiam SANCTORIO propria. HIPPOCRATIS aphorismos lectorem fallere posse, nisi certo ordine legantur, quem GALENUS indicaverit.

HIERON. CAPIVACCII *comm. in sectionem I. aphorism.* In opp. omnibus Frf. 1603. fol.

AMBROSII NONNII *commentaria in tres libros aphorismorum HIPPOCRATIS.* Conimbricæ 1600. fol. LIND.

CHRISTOPHORI CACHETI *comm. in I. sectionem aphorismorum* Tull. 1612. 8. FALC.

PROSPERI MARTIANI *expositio in Hipp. aphorism. XXII. sect. I.* B. BODL. Rom. 1617. 4.

MARSIGLI CAGNATI *expositio in aphorismum 24. sect. II.* Rom. 1591. 4.

EJ. *in aphorismum XXII. Sectionis I.* ib. 1619. 8. FALC.

ANTONII PEREZ, Lusitani, *summa brevis de algunas sentencias de Hippocrate* Complut. 1575. Saragossâ 1613.

J. MANELPHI *responsio brevis ad annotationes P. MARTIANI in commentationem M. CAGNATI* Rom. 1621. 8. GUNZ.

AETII CLETI *defensio interpretationis MARS. CAGNATI* ib. 1621. 8. GUNZ.

ANTONII COELII *comm. in L. I. aphorismorum Hippocratis* Messan. 1618. 4. LIND.

HIPPOLYTI OBICII *commentarius in duos primos aphorismos* Vicent. 1618. 4. LIND.

CL. SALMASII *interpretatio aphorismi 79. Sect. IV. de calculo: acc. epistole BEVERVICII quibus respondetur* Leid. 1640. 8. \*. V. Bibl. Chir.

J. BEVERWYCK *exercitatio in aphor. IV. 79. de calculo* Leid. 1641. 12.  
PLIN.

PETRI CASTELLI in HIPPOCRATIS *Aphorismos I. libri* Maceratæ 1648. 4.  
BURKH.

GEORG. FRID. LAURENTII *exercitationes in nonnullos minus absolute veros*  
HIPPOCRATIS *aphorismos P. I.* Hamburg 1647. 4. \*

EJUSD. LAURENTII *exercitationes in nonnullos Hipp. aphorismos* Hamb. 1653.  
8. An differt.

PAULI CIGALINI in *aphorismorum Hipp. L. I. & III. Lectiones* Novicomi  
1653. fol. GUNZ.

GABRIELIS FONTANI *aphorismi HIPPOCRATIS VII. 15. apologeticon, quo*  
*vera Galenistarum doctrina circa pleuritidis ideam & curationem defenditur adversus*  
*Helmontium* Lion 1657. 4. LIND.

J. WITTIG *prægnans Hippocratica ad aph. IV. I. V. 29.* Basil. 1661. 4.

GERONIMO PARDO *tr. del vino aguado i agua erwinada selu el aphorismo 56. de*  
*la Section VII.* Valladolid 1661. 4. C. de V.

RUD. WILH. KRAUS *diff. de alvi fluxu deducta & concinnata ex HIPPOCRATIS I. aph.*  
*6, ubi dicitur Ructus acidus bonus in diuturnis intestinorum levitatibus, qui prius non*  
*erat* Jen. 1674. 4.

FRID. SCHRADER in *aphorismorum Hippocr. Sectionem IV.* Helmstatt. 1695.  
4. PL. Conf. p. 54.

JAC. PANCRAT. BRUNO *methodus medendi cum subcontrarietate ad II. 22.*  
Altdorf. 1680. 4.

EJ. *de vomitoriorum & purgantium temporis delectu ad IV. 4.* ib. 1698. 4. PL.

EJ. *de natura methodi therapeutica scopum per contraria generatim observante ad*  
*aphor. IV. 28.* Aug. Vind. 1703. 4. \*.

EJ. *de vomitionis commodo in quibusdam agris sine febre ad HIPPOCRATIS aphor. IV.*  
17. Altdorf 1700. 4. PL.

EJ. *de hieme in lientericis vomitus impedimentum præbente ad aphor. IV. 12.* ib.  
eod. ann. PL.

EJ. *de retrimentorum corporis humani coloribus variam in agrotis significatio-*  
*nem præbentibus ad IV. 21.* ib. 1702. 4. PL.

EJ. *de periculo majori aut minori in febribus continuis ex Hippocratis Aphor.*  
IV. 43. ib. 1707. 4. PL.

EL. RUD. CAMERARII *obex curationis morborum tam frequens quam gravis,*  
*occasione HIPPOCRATICI aph. II. 52.* Tubing. 1691. 4.

GEORG ERN. STAHL *diagramma de vera προεξευρησιος medica practica vera*  
Tom. I. H dignitate,



*dignitate, vero in acutis fundamento, occasione aphorismorum* 22 & 24. *Seçt. I. & Aphor. 29. Seçt. II.* Hall. 1707. 4.

EJ. *theses theoretico practicae in I. Seçt. aphor.* Hall. 1714. 4. PL.

LAUR. HEISTER *de morbis adolescentum & puerorum ad aphor. III. 29.* Helmft. 1722. 4.

J. FRID. de PRE' *ad HIPPOCRATIS aphorism. I. 1.* Erford. 1722. 4.

*Et de curatione reconualescentium ex HIPPOCRATIS aphor. II. 17.* ib. 1724. 4.

EJ. *de tempore quando & quare movendum in morbis ad HIPPOCRATIS II. 29. 30.* ib. 1725. 4.

EJ. *quod citius moriantur obesi quam graciles ad II. 49.* ib. 1724. 4.

EJ. *de caute dandis purgantibus diebus canicularibus ad IV. 5.* ib. 1724. 4.

LEONARDI FERDINANDI MEISNER *de evacuationibus humorum hemorrhagicis & purgativis ad HIPPOCRATIS aphor. 2. Seçt. I.* Prag. 1725. 4.

HENR. JAC. STUVEN *de reliquiis post crisin secundum aphorismum II. 12.* Jen. 1727. 4.

J. ANDR. FISCHER *de lassitudine spontanea acutorum prænuntia ad II. 5.* Erf. 1721. 4.

EJ. *certissima febrium prognosif ex IV. 69. &c.* 1722. 4.

J. JUNKER *de prognosi Hippocratis quod febris solvat apoplexiam* Hall. 1734. 4.

ERN. ALB. KLOEKHOF *de frigidis nervorum systemati inimicis ad ductum aphorismi XVIII. Seçt. V.* Leid. 1736. 4.

J. HENR. SCHULZE *de refectione celeri per alimenta humida ad II. 11.* Altdorf. 1728. 4.

EJ. *de morbis verni temporis ad III. 20.* Hall. 1738. 4.

BARTH. HENR. de MOOR *in aph. VI. 28. Eunuchi neque podagram patiuntur neque calvescunt* Leid. 1736. 4. PL.

HENR. BATTUS *ad aphor. Hippocratic. 33. Seçt. VI.* Leid. 1738. 4. PL.

JOACH. v. ARUM *expositio aphorismi Hippocratici 16. Seçt. V.* Leid. 1738. 4. PLIN.

CHR. RODBERG FRIIS *de morbis senum secundum III. 23.* Hafn. 1739. 4.

HENR. BALTHAS. KÆKS *in aphor. VI. 33.* Leid. 1738. 4. PL.

EL. ANDR. BUCHNER *monita quedam practica circa noxium & salutarem usum lactis juxta V. 64.* Erford. 1739. 4.

CHR. GOTTFR. STENZEL *de feminis ex Coi effato aphor. VI. 28. 29. 30. morbo articulari innumbus, immunitatis hujus jam expertibus* Witteb. 1743. 4.

ABR. VATER *de lienis prolapsione ad locum vexatum HIPPOCRATIS Seçt. II. aphor.* Witteb. 1746. 4.

Ad aphorismorum intelligendum sensum etiam pertinent.

BENEDICTI BUSTAMANTE PAZ *methodus in septem HIPPOCRATIS aphorismis ab HIPPOCRATE observata, qua & meliorem librorum ordinem, & argumenta & schemata declarat* Venet. 1550. 4. TR. Paris. 1550. 16. L.

BASSIANI LANDI *præfatio in aphorismos Hippocratis* Patav. 1552. 8. \*. Ejus L. codex est Vindobonæ LAMBECC II. p. 838.

FRANCISCI FOGEROLE *methodus in VII. aphorismorum libros ab HIPPOCRATE observata omnibus seculis inaudita* Paris. 1612. 4. L.

RUDOLPHUS MAGISTER *aphorismi Hipp. 22. interpretatione ac methodo exornati* Paris. 1613. 12. L. Sed conf. p. 42.

Lego etiam titulum HIPPOCRATIS *doctrina, aphorismi, leges, judicia &c.* auctore RUD. MAGISTRO ib. 1613. 8. RAST.

MARINI CURÆI de la CHAMBRE *novæ methodi pro explanandis HIPPOCRATE & GALENO specimina. Authoris ratio explanandi aphorismos Hippocratis* Paris. 1655. 4. L.

MARCENAI *arrangement des principaux aphorismes d'Hippocrate pour gouverner les malades* ib. 1719. 8. FALC.

*Compendium eorum, quæ super aphorismos Hippocratis scripta sunt* Bourdeaux 1524. fol.

Præter JULIANUM & LYCUM, contra aphorismos HIPPOCRATIS dixerunt

LEONARDUS a CAPOA *singulatim in Raggionamento* 4. Neapoli 1681. 8.

ALOYSIUS SINAPIUS *de vanitate, falsitate & incertitudine aphorismorum HIPPOCRATIS* Genev. 1697. 8. in parte II. Paradoxorum.

Hactenus etiam huc facit J. YONGE *in wounds of the brain proved curable* Lond. 1675. 12.

BERNARDINUS GENGA *in commentariis ad Hippocratis aphorismos ad chirurgiam spectantes* ib. *Bibl. Chir.* p. 406.

#### §. XIX. OPERA A PLERISQUE ACCEPTA.

HIPPOCRATIS I. *περι αερων υδατων και τοπων* pene ab omnibus receptus est. PALLADIUS habet, & EROTIANUS, & MERCURIALIS, & olim ARISTOPHANIS SCHOLIASTES (a), & ATHENÆUS L. II. Scrupulum movere posset, quod auctor se ubique Europæum dicat, & ab Asiaticis hominibus distinguat, cum mihi Insula Cos ad Asiam videatur pertinere. Conf. p. 29. Eadem tamen aliqua in I. *de aere aquis & locis*, in *aphorismis* inque *prænotionibus* repeti, GALENI est adnotatio (b).

H 2

In

(a) SUIDAS II. p. 142.

(b) *Diff. respir.* III. c. 9.

In eum, ut in Hippocraticum GALENUS commentatus est, tribus perbre-  
vibus commentariis (c) amissis.

Codices extant MS. Græci in B. D. MARCI. In B. R. Par. n. 2146.  
2254.

Latini in B. R. Par. n. 7027.

Arabici in B. R. P.

Editiones sunt Græcæ.

Parif. 1536.

Græco latina Basil. 1529. 4. TR. GUNZ. curante J. CORNARIO cum l. de *statu*.

Parif. 1542. 4. BB. cum nonnullis J. CORNARII, Græco textu ex latino  
completo.

LUD. SEPTALII in L. HIPPOCRATICI &c. *commentarii* V. Francof. 1590. fol.  
1645. fol. Leid. 1658. 12. Collectanea & paraphrasis.

HIERON. CARDANUS cum *commentariis* Basil. 1570. fol.

Cum comm. ADRIANI ALEMANNI Parif. 1557. 8. RAST. ASKEW. 1575.  
8. FALC.

LAZARI a SOTO *animadversiones & comment.* Madrid 1589. fol.

CAMILII FLAVII in HIPPOCRATICI *de aere aquis & locis paraphrasis* Venet. 1596. 4.  
Verissimus titulus.

J. MARTINI cum *commentariis* Parif. 1646. 4. ASKEW. FALC. 1660. 4. GUNZ.  
An græce & latine, nam non vidi.

Cum ANTONII PASIENI *interpretatione* Brix. 1574. 4.

Latine in collectione operum RHAZEI Venet. 1497. fol.

Latine ex JANI CORNARII versione cum notis FOESII Leid. 1658. 12. TR.

Gallice par J. B. DAMASCENE Parif. 1662. 4. & inter opera a DACERIO ver-  
sa ib. 697. 12. \* cum notis.

Italice in Tomo II. itinerum RAMUSII.

Arabice ex versione HONAIN B. *Scorial.* n. DCCCLII. HERBELOT p. 209.  
965.

Anglice cum comm. FRANCISCI CLIFTON Londin. 1734. 8. Sermonum di-  
visiones in meliorem ordinem redegit, notas addidit, & THUCYDIDEAM pestis  
historiam.

BAUCII BALDINII *comment.* Florent. 1586. 4. GUNZ.

BALDUS BALDUS. EJ. in HIPPOCRATICI *textum* 23. *de aere aquis & locis diff. iatro physica*  
&c. *in qua de calculorum ortu & aquæ Tiberis salubritate agitur* Rom. 1637. 4.

J. COSTÆUS in *Miscell. II.* in locum hujus operis HIPPOCRATICI commen-  
tatus est.

(c) L. propr.

Cæterum

Cæterum l. *de aeribus aquis* & *locis* stylus omnino est, qualem ab HIPPOCRATE expectes. Varia autem libri est materies. De civitatum ad ventos expositione & ejus effectis, quos justo constantiores facit. Aeri in universum nimium tribuit. De aquis. Non omnes convenire omnibus, aliquas petrosas deteriores esse, meliores quæ ex terreis collibus fluunt. Ut ex limo adulto vesicæ calculus generetur. Morbi qui singulam anni tempestatem sequuntur. Vere sicco post pluviam hiemem feminas omnes abortare: dysenteriam verum morbum esse, quæ quidem a nupera experientia differunt. De regionum Asiæ, Europæ, Scythiæ relatione ad hominum temperamenta, ad morbos. De Scythiarum eviratione: de absona curatione per venæ ad aures incisionem. Macrocephali qui ad Phasim habitant. Hydroceles meminit.

L. *περι φυσικῶν ἀνθρώπων* a nonnullis GALENI ævo POLYBO tribuebatur (d). Primam partem, quæ ab HIPPOCRATICA sapientia recedat, GALENUS rejicit: partem quæ de cibis agit conjungit, cum (e) l. *de victu acutorum*. Editiones vide in B. *Anat.*

Multa est in hoc brevi libello varietas. De quatuor humoribus, qui per sua tempora dominantur, & a certis medicamentis trahuntur. De ortu morborum epidemicorum, quem ab aere repetit, neque a cibis vult pendere, quam quidem partem GALENUS pro spuria habet. Hieme pituitam augeri. Inde redit ad morbos, ad tabem, ad puris per urinam, per alvum decessionem, ad febres, earum a varia bile originem, ut quartana sit ab atra bile, quotidiana & tertiana a flavâ, hæc ab uberiori &c. Tubercula in vena crassa habet. In principio MELISSUS citatur, raro certe in HIPPOCRATE exemplo.

L. *περι τοπων των κατ' ἀνθρώπων* s. *de locis in homine* a RUFO, EROTIANO & CLERICO HIPPOCRATI tribuitur, rejicitur a MERCURIALI. Editiones paucae sunt, quas vide in B. *ANAT.*, & perpauci codices MS. Materia mista, multa anatomica, alia pathologica. Crises, de febribus, de ulceribus, sanguinis mictu. Adfectus articularum, claudicatio, ancylosis. Fluxio a frigore exprimente, calore admittente: de fluxionibus sigillatim, quæ fiunt de parte corporis humani in aliam partem, & de metastasi, de tabe a medulla spinali, de hydrope, arthritide, quæ mala omnia ad fluxiones pertineant. De fluxionibus in partes capitis, in oculos, earum curatione chirurgica per unctiones. De fluxione bilis in pectus, de peripneumonia, pleuritide per acetum & mel curanda, de tabe, de ictero. De ventris morbis curandis per alvi purgationem. Hydropis & splenis tumidi curatio, iterum per unctionem. Sicca pleuritis. Febres ortæ ab humore stagnante, seque recipiente ad locos minus resistentes. Aliqua generalia consilia. Medicinam certam esse artem, nihil indigam fortunæ.

L. *περι χυμων* a veteribus receptus fuit, a PALLADIO, ab EROTIANO, a  
H 3 scriptore

(d) GAL. *in comm.*

(e) *Fac. alim.* L. I.

scriptore lectionum Hippocraticarum, a GALENO, qui in hunc l. commentatus sit (f). MERCURIALIS ad secundam classẽm rejecit.

Codices non rari sunt. Græci in B. R. P. n. 2140. 2141. 2143. 2144. 2253. 2254. 2545. In B. DIV. MARCI. Venet. In Medicea BANDINI III. p. 72.

Prodiit Græce Paris. 1555. 4. \*.

Græce & latine ib. 1555. 4. ASKEW. cum GALENI commentario.

Cum commentario PETRI GIRARDET ib. 1631. 8. \*.

Deinde J. GODOFREDUS GUNZ recensuit & recudi fecit, paraphrasin addidit, ut mentem obscuri libri declararet Lips. 1745. 8. \*.

HIPPOCRATIS l. de humoribus GALENI græce cum latina N. VIGOREI Melitenensis interpretatione Paris. 1555. 4. TREW.

Latine vertente J. B. RAZARIO Venet. 1562. 8. cum commentario GALENI B. TIG. & Cæsaraugust. 1567. 4. cum aliis. Vertente F. CALVO cum aliis 1527. 12.

Possis ad genuinos referre, ob brevitatem & similitudinem cum iis, quæ in l. Epidemicorum & in aphorismis reperiuntur, nam ad verbum in utrisque eadem legas: Sparsa autem hic omnia & dissoluta sunt. Ejusdem omnino ingenii est cum libro de locis. Ut humores hinc & inde vergant. Signa morborum brevissime. Leges medicandi communes. Dies critici. Vires in corpus humanum, quas ætas, anni tempestas, venti exercent. Exempla metastasium, eadem quæ in Epidemicis. Hæmorrhoides corpus ab aliis morbis tutum præstare.

Commentatus est GALENUS, verum MERCURIALIS eos, quos habemus, commentarios, non censet genuinos esse.

EJ. l. περι τροφης. Brevitate Hippocratica opera imitatur. GALENUS pro genuino habet opere, & quatuor commentariis illustravit, ejusque locos cum HIPPOCRATIS nomine citavit. EROTIANUS inter Hippocraticos numerat: displicet tamen, quod arteriam a vena distinguat. CONRINGIUS ejusdem facit auctoris cujus est l. de humoribus. Aliqua ad diætetica pertinent & ad physiologica. Signa morborum & differentia. De noxis diminutæ perspirationis. Reliqua vide in B. ANAT (g).

L. περι διαιτης οξεων, aliis etiam cum titulis veteribus innotuit, περι πτισανης, & περι κνιδιων δοξων. Tres partes priores GALENUS pro authenticis habuit, quartam pro adsuta a discipulis, & HIPPOCRATE parum digna (h), etsi hic l. jam ERASISTRATI tempore innotuerat. Cum titulo περι πτισανης ab ATHENÆO (i) & EROTIA-

(f) *Libr. propr.* L. I. c. 6.

(g) T. I. p. 18.

(h) *Comm.* IV. in eum l. Neminem aufum esse negare *diff. resp.* III. c. 8.

(i) Citat ATHENÆUS L. I. librum HIP. de *ratione victus*, quem alii de morbis acutis vocent, alii de Gnidiis sententiis.

EROTIANO recensetur, cum nomine contra *Cnidias sententias* a CÆLIO (k). MERCURIALIS pariter pro vero HIPPOCRATIS opere habet, neque ab eo iudicio recessero. Fuerunt tamen, qui ante ATHENÆUM non partem solam, sed totum opus pro spurio haberent.

Codices numerosi reperiuntur. Græce in B. R. Par. n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2253. 2254. cum tit. de pitifana 2545. In B. D. MARCI. In MEDICEA, PLUT. LXXIII. & ap. BANDINI III. p. 144.

In B. *Vindobonensi* L. III. LAMBEC. VI. p. 85.

Latine versus fuerat a medico, qui VICTORI ROMANO dicaverat.

Latine, ut putes, exstat in B. CAIO GONVILL. *Cantabrigiensi* n. 959. 962. in B. *Coll. nov. Oxon.* n. 1134. & 1130, ut intelligo, in B. C. MERTON n. 689. in Coll. S. Trin. Dublin. n. 502. in B. A. PEMBROK. n. 2055. Latine certe in B. R. Par. n. 6868. 6869. 6870. 6871. 7029. 7030. A. 7036. 6846.

Hebraicus codex, versionis factæ ex arabicis HONAINI WOLF.

Græce, ut puto, editus est Paris. 1530. fol.

\* Libri primi commentariorum GALENI codex Græcus est in B. *Vindobonensi* LAMBEC. (l) & in *Medicea* (m).

Codex latinus in B. *Coll. nov. Oxon.* n. 1134. & 1130. in *Bibl. Coll. Merton.* n. 689. & 687. in B. *A. Pembrok.* n. 2055. in B. R. *Parif.* n. 7030. cum 4 ejus viri commentariis.

In *Articella* L. *de victu acutor.* prodit a. 1483. & alius Lugd. 1505. 8. GUNZ. 1507. 8. Id.

EX ANDR. BRENTII versione Lion 1506. 8. cum nonnullis CHAMPERII.

J. COPO vertente Paris. 1525. 12. HOUSS.

Cum THADDÆI expositione Venet. 1527. fol. BB. cum aphorismis & prognostico, & cum GALENI *commentariis* prodit.

J. VASSÆO interprete Paris. 1531. fol. MAITT. 1543. 8. RAST. 1551. fol. HOUSSET. Lion 1565. 12. cum J. MARTINI adnotationibus.

PAULUS JULIARIUS latine edidit Veron. 1548. GUNZ.

Exstant quatuor libri in collectione RABELÆSII Lion 1543. 12. GUNZ. 1545. 12. GUNZ. Si ea latina est.

*Epitomen*

(k) De *vict. cur. acut.* CÆL. III. c. 19. I. c. 12. *tard.* L. IV. c. 3. Adde GAL. *fac. alim.* L. III. *vict. acut. comm.*

(l) L. IV.

(m) BANDINI III. p. 144.

*Epitomen* horum commentariorum scripsit SYMPHORIANUS CAMPEGIUS Lion 152. 8.

Commentarii scriptoris anonymi sunt in B. R. *Par.* n. 6846. 6869. 6870. 6871.

*Expositiones* THADDÆI prodierunt Venet. 1527. fol. LIND.

Commentatus est HIERONYMUS THRIVERIUS Lion 1552. 8. ut lego.

FRANC. VALESIIUS Turin. 1590. 8. FALC.

J. HEURNIUS Leid. 1609. 4. \* &c.

HIERON. MERCURIALIS Francof. 1612. f. GUNZ.

LUD. DURETI *commentarii* editi sunt Paris. 1631. 8. \* cura PETRI GIRARDET, recusi a JUSTO G. G. GÜNZIO, qui varia sed breviter addidit Lipsiæ 1745. 8. \*. Tres priores commentarii a CHARTERIO recusi sunt, quartus ex versione VASSÆI, additus quem GIRARDETUS non ediderat.

H. CARDANI *commentarii* exstant in *oper. omn.* T. X. Lion 1663. fol.

Est inter MACKIANOS.

Ipse liber omni tempore magni factus est, qui veram curationem antiphlogisticam pleuritidis contineat, mulsam, hordei cremorem, venæ sectionem, oxymel. Nimiam inediam, jam ante Methodicos a nonnullis medicis improbatam, rejicit, & in principio morbi vult ægros victu ali pertenui, a quo sensim ad firmiora alimenta progressus fiat. Ptisanæ præparatio & utilitas. A consuetis cibus non facile recedendum. Morbo vigente debere victum tenuissimum dari. Pro potu aquam non valde laudat, etiam frigidam, etiam vinum. In pleuritide inferiora tenente alvum ducit. In libro quarto multa diversa miscentur. Morborum nonnullorum historiam, pleuritidis, anginæ, cholerae, hydropis. Hunc acerrimis medicamentis curat, etiam interno cantharidum usu. Vomitum diæticum, ut in ll. *de diæta*, ter quaterve in mense imperat. Alia ad victus rationem pertinentia. Lac asininum ad alvum ducendam.

#### §. XX. LIBRI MINUS RECEPTI.

Plerisque celebrioribus viris id accidit infortunii, ut avidi homines alienos labores eorum nomini inscriberent. HIPPOCRATES in tanta sua celebritate id infortunium non potuit effugere. Olim GALENUS (a) iis temporibus putavit aliena opera Hippocraticis fuisse adfuta, quibus Altalici reges Pergami, & PTOLEMÆI reges Ægyptii in libris colligendis & plenissima bibliotheca ornanda æmulatione quadam incensi fuerunt. Multæ ex his fraudibus tenebræ in verum censum HIPPOCRATICORUM operum atque placitorum effusæ fuerunt. Aliqua scripta, quæ tamen GALENI ævo nemo recipiebat, perantiqua sunt, ut per singula adparebit,

(a) In comm. ad l. de natura humana II.

rebit, sunt in quibus difficile fuerit iudicium. Quare si istos libros a genuinis separandos censui, nolim ita meam opinionem sumi, tamquam certi firmique in sua sententia viri: sumi vero velim, tamquam sequentis id obscurum lumen, quod solum mihi superfuit.

ΟΡΚΟC s. *Jurisjurandum*, parvus libellus, inter eos est, qui plurimos nacti sunt defensores, ut auctorem *lexici* HIPPOCRATICI, SPONTIUM, MEIBOMIUM, & nuper Cl. GRUNERUM. Idem l. a SCRIBONIO (a) citatur, & a SORANO (b), a SUIDA primo loco inter HIPPOCRATICOS dictus, deinde ab auctore *commentariorum* ORIBASII. Eo etiam putant referri, quæ ARISTOPHANES de sacramento medico dixit. Idem ab EROTIANO receptus fuit, & GALENO dictus, sed ad tertiam classem a MERCURIALI rejectus est. Mihi videtur contra hunc librum facere, quod auctor jubeat calculi sectionem iis hominibus relinquere, qui peculiariter ei administrationi se dederint. Verum ex CICERONIS loco ostenditur, ejusmodi divisionem medicinæ HIPPOCRATIS ævo nullam fuisse, neque proprios a clinicis diversos chirurgos, ut hic liber post divisionem artis medicæ in tres artes scriptus esse videatur.

Formula vero est, qua novellus medicus ad honestum artis exercitium, adque debitam præceptoribus suis gratitudinem se adstringit.

Codices plusculi exstant, *Græci* in B. R. *Par.* n. 2047. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2146. 2148. 2254. 2545. In B. D. MARCI. In *Medicea* BANNIDIN. III. p. 42. 102.

Arabice *Ketab alaiman*, cum commentario GALENI nobis ignoto, exstat ap. HERBELOT. p. 965.

Græce prodit Basil. 1533. 8. BB.

Porro græce & latine, cura JOH. OBSOPOEI Francof. 1582. 16. cum aphorismis.

Græce & latine Paris. 1542. 4. & cum aliis MAITT. interprete J. GORRÆO.

Græce & latine Basil. 1538. 8. RIV. interprete THOMA LINACRO.

Gr. & latine apud MORELLUM Paris. 1557. MAITT. 1622. B. BODL.

Latine ex antiqua versione Venet. 1507. 8. cum aliis.

Ex ANDRÆ BRENTII versione Lion 1506. 8.

Latine CORNARO vertente, Basil. 1543. 4.

Curante P. BLONDELLO CALEXIO cum ecphrasi Paris. 1575. 4. MAITT. & in THES. BURMANNI IX. 4.

Latine NIC. PEROTTO interprete Paris. 1514. 4. Basil. 1538. MAITT.

Recensente RABELÆSIO Lion 1543. 8. MEAD. si ea editio latina est.

Est inter MACKIANOS.

Tom. I.

I

Gallice

(a) In *epistolis*.

(b) In *vita* HIPP.



Gallice Lion 1552. 8. & versibus Gallicis redditus a MICH. la LONG Paris. 1637. 8. BUR.

Deinde ex versione DACIERII Paris. 1697. 12. \*. cum notis.

Commentatus est in eum BLASIVS HOLLERIVS Basil. 1558.

Est inter II. a ZWINGERO in tabulas redactos.

Commentatus est etiam J. HEURNIVS Leid. 1597. 4.

Et FR. RANCHINVS Lion 1627. 4.

PETRI MEMMII *commentarii* exstant Rostoch 1577. 8. BUR.

Et FRANCISCI de FRANCISCIS Genev. 1618. 8.

Et JAC. FABRICII Rostoch 1644. 4. \*.

Sed potissimum J. HENRICVS MEIBOM Leid. 1643. 4. \* jusjurandum edidit cum amplis *commentariis*, Græca eruditione plenissimis, facientibus ad HIPPOCRATIS historiam, DEOS medicos, discipulos & initiatos, venena non exhibenda, mulieres non corrumpendas, abortivum non dandum.

In ejus *difficilem* & *vexatum locum* FRIDERICVS BOERNER differuit Lips. 1751. 4. \*. 1764. 4.

HENRICI MONANTHOLII, medici Parisini, *commentarius* circa annum 1606. scriptus, nunquam prodit, quem G. PATINVS edendum receperat.

*Nouus* brevis itidem libellus: passim veteribus dictus, a MERCURIALI rejectus est. De institutione medica agit, & adparet eo ævo medicos vicos obire solitos fuisse, quod & HIPPOCRATI vitæ genus fuit.

Codices hujus libelli Græci exstant in B. R. P. n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2254. 2545. In B. D. MARCI. In *Medicea* III. p. 42.

Latinus in B. R. P. n. 6865.

Latine ex versione ANDREÆ BRENTII Lion 1506. 8.

Latine prodit J. CORNARIO interprete Basil. 1543. 4. \*.

STEPHANVS RODERICVS, Castrensis, in hunc librum *commentatus* est Romæ 1586. 4.

Et J. HEURNIVS Leid. 1597. 4.

J. STEPHANI *commentarius* prodit Venet. 1653. fol.

Est etiam inter ZWINGERIANOS & MACKIANOS.

Gallice vertit D. DACIER.

Longior est liber *περι αρχαιας ιατρικης* s. *de veteri medicina*, idem manifesto spurius, ex H. MERCURIALIS etiam judicio, etsi ab EROTIANO nominatus est, & ad aliquem empiricum a CONRINGIO refertur. Manifesto enim post ARISTOTELEM scriptus videtur, cujus hypotheses, & quatuor potissimum qualitates, refutat, a quibus auctor *l. de vet. med.* negat morbos nasci, ut neque per ea, quæ  
his

his contraria sunt, morbi curentur. Multo plus valere ad morbos, & ad eorum curationem, humorem acidum, falsum, acerbum, amarum, secretos eos, iterumque commistos. Morbos ex humorum degeneratione fieri, dulcis in amarum & acidum: tum a figuris, cujus quidem figuræ ad morbos recipiendos facultatis mirifico exempla dat. De medicinæ primævo ortu subtiliter, & certe probabiliter disputat, a gravitate & brevitate HIPPOCRATIS idem alienissimus.

Codices Græci sunt in B. R. P. n. 2143. 2141. 2140. 2144. 2545.

In B. D. MARCI. In *Medicea* BANDINI III. p. 42.

Græce & latine prodiit Paris. 1642. 4. MAITTE. & Paris. 1622. MAITTE cum notis J. GORRÆI.

Gr. & latine interprete J. GORRÆO Paris. 1544. 4. TR.

Est inter ZWINGERIANOS libros.

Per JANUM CORNARUM Latine editus est Basil. 1543. 4. \*

MICH. ANGELUS BLONDUS ejus l. epitomen dedit Rom. 1545. 8.

J. HEURNIUS breves notulas adjecit Leid. 1597. 4.

LUCII ANTONII PORTII exstat in eum l. *paraphrasis* Rom 1681. 12. BUR. excusus, & denuo Ultraject. 1703. 8. & in *operib. omnib.* Neapoli 1736. 4. \*

FLORENTII SCHYLL *pro veteri medicina* l. Leid. 1670. 12. \*.

WILHELMI ten RHYNE *meditationes in textum* 24. l. *de veteri medicina* ib. 1672. 12. \*. Hi libelli in anatomicis dicti sunt, & alterius sunt scopi, adque tuendam sectam SYLVIANAM potius pertinent.

Gallice vertit DACIER, & notas addidit, & prius MASSARD *de panaceis* Amsterd. 1676. 12.

Est in MACKIANIS.

EUSEBII SCHENK *diff. de iis quæ HIPPOCRATES tradit in proemio comment. de veteri medicina* Jen. 1619. 4.

J. HENR. SCHULZE *de medico vehementer laudari digno ad dictum HIPPOCRATIS de veteri medicina* Hall. 1735. 4. \*.

Libellum *de arte* solus nominat auctor *definitionum*. Perinde ut libellus, quem nuper diximus, totus versatur in ratiocinio, eo minus ad genuina HIPPOCRATIS opera referendus, quod recte sensit H. MERCURIALIS. Non bene a SUIDA antiquiori HIPPOCRATI GNOSIDICI F. tribuitur. Cæterum medicorum est apologia, quos defendit absque culpa esse, si quando ægros fatum abripuerit: vel ipsos enim peccasse ægros, vel morbum naturæ vires superasse; utrumque magis probabile fieri, quam peritum medicum in culpa fuisse. Qui absque medico sanantur, eos non ideo absque medicina sanari. Recte medicum desperato casu curando se abstinere. Excretorum manifestas qualitates nos de iis docere, quæ occulta in ægroto corpore geruntur.

Codices sunt Græci quidem MS. in B. R. P. n. 2140. 2141. 2142. 2144. 2148. 2253. 2254. 2545. & in B. D. MARCI. In Medicea III. p. 42.

Prodiit curante J. GORRÆO cum nonnullis aliis græce & latine cum notis & scholiis Parif. 1542. 4. 1584. 4. TR. & 1622. B. BODL. cum l. de veteri medicina.

Latine curante J. CORNARIO Basil. 1543. 4. \*

Inter BRENTIANA Lion 1506. 8. ut lego.

Est etiam inter ZWINGERIANOS.

Et HEURNIUS notulas adjecit.

Inter MACKIANOS est.

Gallice vertit cum notis DACIER.

L. de Medico ad chirurgiam pertinet.

L. *περι ευσχημοσυνης* veteribus nusquam dictus, alienissimus est ab HIPPOCRATIS sententia. Medicum enim vult eundem esse & philosophum. Medicum omnia sua auxilia debere parata habere. Quam medicos curam apud ægrum habere oporteat.

Codices sunt in B. R. *Par.* Græci n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2146, tum 2545. 2254.

Si hoc titulo *officium medici* intelligatur.

In B. D. MARCI. In Medicea III. p. 42.

Est inter libellos ZWINGERI & MACKII.

*Excursiones* in eum dedit ANDRÆ MONGAGLIA in l. *de aquæ usu in febribus* Florent. 1700. 4.

Græce & latine cum amplo commentario edidit GEORGIUS MATTHIÆ Leid. 1740. 4. \*. Usus est collecta per multorum annorum labores a CRUGERO materie. In *prolegomenis* Cl. Editor historiam dedit philosophiæ Pythagoricæ & HIPPOCRATICÆ. Adnotationes etiam numerosas adspersit.

Latine prodiit Basil. 1543. 4. \* cura J. CORNARII.

Est inter MACKIANOS.

Gallice cum notis edidit ANDREAS DACIER.

*Παραγγελιαί*, non dictæ sunt GALENO, nec veteribus. Principium tamen & finis DIVI SENIS gravitatem satis exprimit & brevitatem. Pertinet ad prudentiam medicam, ad rationem mercedis, medicamentorum & victus. Aliqua ad medicinæ generalia. Ratiociniis non opus esse.

Est inter eos, in quos ZWINGERUS commentatus est, & J. HEURNIUS, & inter MACKIANOS prodiit.

Latine J. CORNARIUS edidit Basil. 1543. 4. \*.

Codices exstant MS. Græci in B. R. *Par.* n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2254. 2545.

Librum *περι φουσων*. MERCURIALIS accenset secundæ classi: ab EROTIANO admiffum. Mihi videtur remotiffimus a theoria HIPPOCRATIS, potiffimum in catarrhis, si cum l. *de locis in homine* comparaveris. Totus etiam est in ratiociniis, eloquens & boni ordinis scriptor. Ex unico principio totam suam hypothesim deducit, morbosque ab aere aliena in loca illapso derivat. Ab iis, non a bile, febres deducit.

Codex græcus exstat in B. D. MARCI. In Medicea BANDIN. III. p. 44. tum alii in B. R. P. n. 2140. 2141. 2143. 2144. 2253. 2545.

Latine B. R. Par. n. 7023. 7063.

Græce & latine prodiit J. CORNARIO interprete Basil. 1529. 4. GUNZ.

Vertente ADRIANO ALEMANNO Parif. 1557. 8. L. cum Cl. viri Commentario.

FRANCISCO PHILELPHO interprete, aut CONSTANTINO LASCARI Parif. 1525. 12. HOUSS.

Est inter MACKIANOS.

Inter DACERIANOS.

Latine vertente FABIO CALVO 1527. 12. cum aliis.

*Περι ιερης νυσσ* elegans libellus, sed ab HIPPOCRATICA simplicitate remotiffimus, totus est in ratiociniis, neque absque anatomico experimento, aut absque accurata fatis humanæ anatomies cum bestiarum incisionibus comparatione. Habet tamen EROTIANUS, & veteres passim citant. Dictio fusa. Scopus est ostendere, nihil in hoc morbo divini esse, qui a cerebro non satis purgato oriatur & a pituita, & ab aere, qui per respirationem recipiatur; ipsum etiam aerem in homine sapientiz esse causam.

Codices Græci sunt in B. *Vindobonensi* Lambec. VI. p. 85.

In B. D. MARCI VENETA. In Medicea BANDIN. III. p. 43. In B. R. Par. n. 2141. 2142. 2143. 2144. 2254. 2545.

In eum l. sunt PONTII de S. CRUZ *Prælectiones Vallisoletanae* Madrid. 1631. fol.

HIPP. I. *περι πανιας*.

Pleraque brevis libelli ex priori libro desumpta sunt.

Citat librum *de morbo sacro* & *popularium V.* Veteres non habent.

Seorsim cum nonnullis aliis HIPPOCRATICIS prodiit interprete J. CORNARIO Basil. 1582. 8.

Codex græcus est n. 2140. B. R. P., imperfectus idem.

L. *περι παραθενων*.

Videtur ejusdem auctoris esse, cujus l. *muliebrum*, a quo citatur. Furorem uterinum plethoræ tribuit, eam per venæ sectionem curat & per venerem.

Codices græci sunt in B. R. P. n. 2141. 2142. 2143. 2144. 2146. 2545. In *Medicea* BANDINI III. p. 45.

MAURICII CORDÆI editio græca & latina Paris. 1574. 12. RAST. *adnotationes* habet.

CLAUDII TARDY *paraphrasis in lib. de virginum morbis* prodit Paris. 1648. 8. BUR.

J. B. DONATI *commentaria* Luccæ 1582. 4. FALC. Francof. 1591. 8.

J. STEPHANI *commentarius* Venet. 1653. f.

Περὶ γυναικείων. Ex maximis inter opera HIPPOCRATI tributa. Auctor incertus. In L. I. citat l. *de pueri natura*, a quo vicissim citatur: citat etiam *parthenia*, citatur vicissim in l. *quarto de morbis*. Non videtur HIPPOCRATIS, etſi EROTIANUS quidem habet & *Lexicon Hippocraticum*, certe L. I. Habet etiam auctor *definitionum*.

Fuſſime morbos mulierum recenset, qui pertinent ad menses suppreſſos, nimios, vitioſos, ad molam, abortum, partum difficilem, lochia suppreſſa, inflammationem uteri, ſterilitatem. Ex ea nimia ubertate morborum putes, te Cnidiam ſcholam adgnoſcere. Malum hystericum. Menſibus retentis nimium tribuit, & citam intra ſextum menſem mortem, niſi expediantur. Fluor uterinus nimius. Hydrops uteri. Medicamenta carpas acerrima, tum glandes, tum peſſos, tum purgantia, & nimiam, quam non exſpectes ab HIPPOCRATIS ævo, farraginem medicamentorum, etiam nimis compoſitorum, plurimas plantas, multa ſoſſilia. Vires medicatæ ſæpe ab iis alienæ, quæ vulgo adgnoſcuntur

Subjecta ſunt aliqua ad infantum morbos, oculorum, & clyſmata.

Codices Græci exſtant in B. R. P. n. 2140. duo 2141. duo 2142. 2. n. 2143. 2. 2144. 2. 2146. 2. 2242. 2. 2548. 2. tum in B. D. MARCI. In *Medicea* III. p. 45. In *Vindobonenſi* duo LAMBEC. p. 85.

In eum l. DIOSCORIDES commentatus eſt.

Prodit l. prior interprete MAURITIO CORDÆO Paris. 1585. f. Baſil. 1586. 4. \* in *Gynæceis*.

Græce & latine cum amplis commentariis.

Arabice HERBELOT.

Liber II. prioris undique ſimilis, multas etiam voces habet repetitas. Varios iterum ad Gnidiorum morem hic legas recensos fluores albos, tum uteri ulcera, callos, cancrum, prolapſum, os clauſum, inde ſterilitatem, morbos hystericos, mammarum & vaginæ mala, ephelides, dentium dolores. Curationes valde

valde paradoxæ intercedunt. Uterus ad omnes partes declinatus dicitur. Columella in utero subnata, quam oporteat amputare.

Iidem codices, quibus I. liber continetur, continent etiam secundum.

In MACKIANIS uterque repetitur.

L. *περι γυναικείης φύσεως*. Multa habet ad verbum ex modo dictis muliebribus libris exscripta. Morbi ad Cnidiorum morem innumerabiles. Situs uteri mutatus, obliquus, per varios casus, os uteri obturatum. Par medicamentorum farrago.

Codices Græci sunt in B. R. Par. n. 2141. 2142. 2144. 2254. 2545. In Medicea BANDINI III. p. 45.

In MACKIANIS prodiit.

L. *περι αφορων* relatus in *Lexico Hippocratico* & ab EROTIANO.

Codices Græci sunt in B. R. Par. n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2145. 2146. 2254. 2545. In Medicea III. p. 45.

L. *περι αιμορροιδων*.

Non ejusdem auctoris est, qui librum Aphorismorum scripsit, nam hæmorrhoides omnes curat, quarum unam certe aphorismi conservare jubent. Morborum causæ a pituita & a bile repetuntur. Acris medicamenta adhibet, reliqua in chirurgicis dicta sunt. EROTIANUS cum l. *de fistulis* conjungit. Citat conjunctos auctor definitionum.

Codices Græci exstant in B. R. Par. n. 2140. 2142. 2144. 2143. 2254. 2545. In Medicea BANDINI III. p. 95.

Græce prodiit Basil. 1540. 8. RAST.

Libri *περι νεσων*.

Antiquitus libri HIPPOCRATICI cum hoc titulo noti fuerunt, verum ii non videntur iidem esse cum nostris, cum multa ex suis veteres (a) citent & ipse GALENUS (b), quæ in nostris exemplis defunt. GALENUS passim ad THESALUM refert HIPPOCRATIS filium; ad HIPPOCRATEM nostri nepotem THESALI f. ex mente DIOSCORIDIS alii (c), sic ad POLYBUM alii.

In *Lexico Hippocratico* citatur liber *major* & *minor*, quorum *major* etiam *secundus* vocatur. EROTIANUS habet duos libros. Meros commentarios esse, non absoluta opera GALENUS (d).

Mihi ad Cnidiam scholam pertinere videntur, & dudum FOESIO. Nam etiam in nostris libris id vitium dominatur, quod a minimis differentiis morborum species constituuntur. Octo pleuritides numerantur. Deinde validis purgantibus

(a) CÆLIUS *tard.* L. II. c. 13. ait HIPPOCRATEM in hæmorrhagia venæ sectionem admittere.

(b) *Comm.* I. in *prorbetic.*

(c) GALEN. in VI. *Epid.*

(d) *Comm.* 2. 3. in l. *de victu in morb. acut.*

gantibus auctores usi sunt, ut tamen a diæta multa repetant. Passim citatur I. Φαρμακικὸς.

In L. I. theoria regnat, quæ morbos ad pituitam refert & ad bilem; deinde pathologia traditur morborum pectoris & phrenitidis, quam CÆLIUS AURELIANUS negavit HIPPOCRATI dictam fuisse. Sudores critici & non critici. Cæterum hic liber reliquis mihi præstare videtur. Reliquorum librorum hujus nominis est quasi compendium.

Codices MS. Græci fere quatuor libros conjunctos habent ut in B. R. Par. n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2148. 2254. 2545.

Quatuor omnino libri de morbis in *Medicea* BANDINI III. p. 42.

L. III. priores sunt in bibl. Vindobonensi (e).

Græce & latine prodierunt ex versione GEORGII PYLANDRI Paris. 1540. 4. FALC. RAST.

Exstant in MACKIANIS.

In omnes 4. libros exstant PETRI SALII DIVERSI *commentaria* Francf. 1602. f. PL. 1612. f. LIND. 1646. f. FALC.

G. DAN. COSCHWITZ *de spadone Hippocratico L. I. de morbis* Hall. 1721. 4.

L. II. de morbis.

Ejusdem generis est cum Primo, plenus nominibus morborum ex peculiari aliquo symptomate cognomen trahentium, qualia nomina sunt febris singultiens, interficiens. Medicamenta similia, motus, quies, vomitus, alvi ductio, ptisana, remedia mellea, acetosa, potissimum ex diæta in L. II. repetita, qua quidem nota a Gnidiorum operibus dissentit.

In secundo de morbis libro CÆLIUS HIPPOCRATEM ait in synanche vaporem per fistulam trahere jubere. Hæc eadem in nostris exemplaribus reperiuntur (f).

De cachexia hic dicitur & de pulmonis hydropo, tabe dorsali, morbo ructuoso, qui videtur hypochondriacus, de febre singultiente quæ ventriculi est inflammatio, de morbo nigro.

*De morbis* liber II. per ALBANUM TORINUM editus est Basil. 1544. 8. B. BODL.

G. ERN. STAHL *de febre lethifera HIPPOCRATIS ad l. de morbis* II. 4. Hall. 1711. 4.

FRID. HOFMANN *de morbo nigro HIPPOCRATIS* Francofurti und Hall. 1701. 4.

ANDRÆ OTTOMARI GOELICKE *de morbo ructuoso HIPP. morb. L. II.* Frf. ad Viadr. 1734. 4.

Liber

(e) LAMBEC. VI. p. 85.

(f) *Acut.* L. III. c. 4.

Liber III. medicamenta continet efficaciora, & nimis fere vehementia, historias morborum meliores, ut pleuritis, peripneumonix, paraphrenitis, empyematis, qui morbi etiam in L. I. traduntur, tetanorum multorum. In spūto promovendo viridi æris, radice ari, helleboro, thapsia, peplide auctor utitur. GALENUS hunc præcipuum de morbis librum *magnum* vocat *parvumque* alium. Non videtur CÆLIO notus fuisse, qui neget HIPPOCRATEM morbi curationem dedisse, quæ tamen in hoc libro reperitur (g).

L. IV. alterius videtur scriptoris, qui totus in acuto & ingenioso ratiocinio occupetur. Hic origo morborum ex quatuor humoribus deducitur, sanguine, pituita, bile & aqua, qui ipsi humores ex alimentis nati sint. Ab alimento nimia copia sumto die tertia corpus turbari, & ægrotare, nisi is nimius cibus per alvum decedat. Morbos solis diebus imparibus judicari, quæ equidem HIPPOCRATIS passim est doctrina: iis diebus humorem de corpore decedere. Ita porro subtiliter ratiocinatur. Iterum crises diebus dicit fieri imparibus.

Accedunt ad finem libelli varia de vermium in ipso jam fetu origine, de calculo vesicæ ex lacte pituitoso compacto; de hydrope ad ventrem, ad uterum, ad universum corpus. Citat l. *de morbis muliebribus*; sed descensum aquæ in pulmonem refutat, qui docetur in l. *de internis adfectionibus*. Negatur idem in L. IV. *Epidemicorum*.

In librum IV. de morbis sunt PETRI SALII DIVERSI commentarii editi 1602. fol. TR.

L. *περι παθων*.

Codices Græci exstant in B. R. Par. n. 2140. 2141. 2143. 2144. 2148. & 2254.

In *Bibl. Vindob.* LAMBECC. VI. p. 85.

Latinus codex interprete FRANCISCO PHILELPHO est in B. R. Par. n. 7023.

In MACKIANIS reperitur. In eum sunt *comm.* J. VARANDÆI Lion 1658. f.

Ad POLYBUM solet referri, mera ex conjectura. Ob eandem quam l. γ de morbis rationem adparet, CÆLIO AURELIANO notum non fuisse. Plus habet bonarum adnotationum, theoriæ minus. Argumenti misti est. Quatuor humores habet principes, quam hypothesin GALENUS pro vera habet & Hippocratica. Morbos tamen potissimum a bile, aqua, & pituita deducit. Historiæ morborum ab iis diversæ sunt, quæ sunt in libris *de morbis*. Medicamenta vix proponit, & ad l. *περι φαρμακων* refert, qui intererit. Ad finem diætetica adjecta sunt aliqua, ab iis diversa, quæ in *libris de diæta* reperiuntur, utilia eadem, potissimum quæ faciunt ad alimentorum vires. Victum acutorum morborum vegetabilem hic laudat & ptisanam, Arthritin dicit variam. In podagra lino crudo urit.

Liber *περι οψιου* videtur esse (h) libri *περι παθων* principium,

Tom. I.

K

Codices

(g) *Acut.* II. c. 12.

(h) SPON *præfat.* ad *nov. apbor.*



Codices Græci sunt in B. R. P. n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2254. 2545. In Medicea BANDINI III. p. 44.

Pleraque chirurgica sunt, aliqua potius medica, pertinentia ad nyctalopiam, ad lippitudinem epidemicam. Acribus utitur medicamentis.

An idem est HIPPOCRATES *de morbis & remediis oculi*, qui Arabice exstat in libris NARCISSI Archiepiscopi Dublinensis *Cod. Brit.* n. 1212.

L. *περι-των εντος παθων*. Ex amplioribus libris inter HIPPOCRATICOS, hinc *μειζων περι παθων* GALENO dictus, ex FABRICIO, EROTIANO non dictus, evidentius videtur ad Cnidios medicos spectare, & EURYPHONTIS esse suspicatur FOESIUS; morbi enim divisi & subdivisi per numeros recensentur, & species eorum fere ex singulis exemplis constituuntur. Ita mirifici morbi nascuntur, nullo characteristico consensu symptomatum definiti, ut malum crassum, typhus, multæ nephritides, multæ hepatitides, multi lienis morbi, multi medullæ spinalis; hydrops varius ab hepate, liene; pulmonis hydrops. Tabes dorsalis. Signa morborum rara, vix unquam constantia. Ita morbum crassum dari legas, in quo ægroti ad odorem pluvie in terram cadentis collabantur. Acris hic redeunt Cnidiorum medicamenta, grana Cnidia, succus Hippophaes, lapis Magnesiæ, cantharides in ictero, elleborus deorsum purgans. Symptomata malorum sæpe ab iis diversa sunt, quæ in aliis libris Hippocraticis leguntur, præter tetanum, qui eodem fere modo describitur, ut in *tertio de morbis* libro. Victus ratio nimis vinosa. Morborum causæ a bile, sanguine, pituita deducuntur.

Codices MS. Græci sunt in B. R. P. n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2148. 2254. 2545. In Medicea BANDINI III. p. 43.

Est in MACKIANIS.

*Prælectiones* in hunc librum exstant FRANCISCI de S. ANDRE' Cadom. 1687. 12. & J. MARTINI Paris. 1637. 4. FALC. RAST.

Qui sequuntur epidemicorum libri omnino non possunt HIPPOCRATIS esse. Quintus quidem, idemque optimus, nihil habet HIPPOCRATE indignum, & a CELSO & PLUTARCHO omnino pro opere divi senis habitus est. Adde pro hoc libro CÆLIUM dicere &c. In hoc etiam libro candida illa, quam laudant, de errore ob suturas commisso, confessio reperitur. GALENUS tamen undique pro spurio habet (i). IDEM GALENUS in l. *de diff. respir.* HIPPOCRATI DRAGONIS s. tribuit, aut HIPPOCRATI secundo. EROTIANUS omnes septem II. EPIDEMICORUM recipit, nullo excluso. PALLADIUS nullum excludit. Ne recipiam, facit etiam quod venæ ab arteriis distinguantur. Cæterum hic liber chirurgici fere est argumenti, & auctoris castra secuti. PYTHOLEI medicus hic nominatur, qui ægris lac cum aqua propinabat.

Multas raras adnotationes continet, sparsas quidem, sed utiles, ut peripneumonix

(i\*) TRILLER. *pr. de gibbo*.

(i) *Diff. respir.*

monia ex anginae metastasi natae, tetani ex levi capitis percussione supervenientis, hominis qui a cibo sumto dolebat & tabescebat, quem auctor vehementissima sanguinis missione curavit. Vesicae funesta scabies. Celebratus ille Sardonius risus a vulnere diaphragmate hic reperitur. Cholerae exemplum, & falsae imaginationis. Sanguinem vomenti amphorae frigidae triginta superfusae, quod solum auxilium spei respondit. Funesta hypercatharsis.

Liber VII. a GALENO undique repudiatus (k), ejusdem cum Quinto sa-  
poris est, & multa in utroque repetuntur totidem verbis repetita; arteriae etiam  
pulsantes hic nominantur. Adnotationes sparsae, non cohaerentes, chirurgicae  
multae, plures tamen etiam medicae morborum historiae, quam in ullo alio Hip-  
pocratico opere, quorum etiam omnium fuscissimus est, eademque historiae ple-  
nissimae. Phrenitis hic dicitur, de qua nihil HIPPOCRATEM scripsisse CAELIUS;  
febres continuae, gravidarum mulierum morbi. Femina quae novem annis inte-  
gris utero gessit. Lac cum farina in dysenteria proficuum. In febre acuta die  
octavo quasi pulicum morsus funesto eventu adparere. Multae phrenitides. Fi-  
stula per quam vermes ereperunt; icterus hepaticus.

Liber II. a GALENO refertur ad eos, quos ex pugillaribus HIPPOCRATIS  
THESSALUS gener descripsit & redintegraverit: tum sextus (l).

Multiformis est libellus. Prima parte optimo ordine de epidemicis malis,  
de crisis agitur, plane ad saporem HIPPOCRATIS.

In sectione II. historiae morborum fere imperfectae, anginae etiam po-  
tissimum.

In III. lues epidemica Perinthiaca, & mixtae historiis praedictiones. Fe-  
bris super bubones mala. Morbus in feminis miliari similis.

Sectionis IV. praeter anatomica aliqua, iterum morborum historias, & epide-  
mias continet. A malo pane popularis paralysis, nuperis saepe adnotata.

Sectionis V. praedictiones. Sic VI. & varia commista farrago.

In hoc libro etiam causum dicit, in quo quasi cutem puncturae efflorescebat.  
Tetanus. Cardialgia in qua aeger nihil retinebat. Unicum exemplum sudoris  
aqua adfusa moti. Sudores critici & non critici. Magna temporum anni potestas.  
Lienes magni: morbus hepaticus. Fusc de peripneumonia. Angina epidemica funesta.

In hunc librum DIOSCORIDES commentatus est (m) & HERACLIDES (m\*).

GALENI quatuor priores commentarii & sextus in L. II. iidem Arabice ver-  
si in B. ESCORIALENSI superstites sunt (n), cum quintus in utraque lingua pe-  
rierit. In nostris editis exigua pars operis reperitur.

(k) *Diff. respir.* II. c. 7. L. III. c. 1.

(l) *Comm. in L. VI.* & in l. II. *de diff. respir.* c. 7. L. III. c. 1.

(m) GALEN. *defn.*

(m\*) *Comm. in L. VI.*

(n) CASIRI n. DCCC.

Partem II. in Comm. II. epid. nuperrime cura J. SOZOMENI prodiiſſe ALBERTINUS me docet (o).

Librum II. *epidemicorum* Græce & latine edidit ANUTIUS FOESIUS cum doctiffimis *commentariis* idemque latine vertit Baſil. 1560. 8. \*. BB. Vir eruditus HIPPOCRATEM ex HIPPOCRATE, & ex aliis Græcis, interpretatur & emendat.

HIERONYMUS MERCURIALIS in hunc librum *prælectiones Bononienses* dedit Foroliv. 1626. f. FALC.

Sunt etiam PETRI JACOBI ESTEVE *commentarii* fuſſimi Valent. 1551. f. 1582. f. C. de V.

Et cum latina verſione *commentarii* in L. II. H. CARDANI in *oper. omn.* T. X.

Liber VI. cum II. fere convenit, & a GALENO refertur ad pugillares HIPPOCRATIS, quos THESSALUS deſcripſerit (p), non tamen ipſe auctor fuerit aut ſuis ſuppleverit. Ex paucis exemplis axiomata conſtituiſſe IDEM monet, & male aliqua aliter dici, quam in aphoriſmis (q).

In conſtitutionem I. epid. II. interpretatio eſt PETRI GIRARDET Paris. 1631. 8. \* cum lib. de vict. acut.

Sextum *epidemicorum* Græce editum video cum aphoriſmis Franc. 1545. 12.

Cum I. & III. & GALENI *commentariis* VASSÆUS Lion 1530. 12.

L. I. III. & VI. cum comm. GALENI CRUSERIO interprete Venet. 1538. 16. RAST.

Farrago eſt *historiarum morborum, epidemiarum, aphoriſmorum, prædictionum*, quarum multæ ex aliis HIPPOCRATIS libris decerptæ ſunt, aliquæ non fatis veræ. Multa tamen intercedunt HIPPOCRATICIS brevitate ſimilia. HERODICUS hic carpitur. *Metaſtaſes morborum. Tuſſis epidemica. Signa a lingua ſumta. Peripneumonia. Femina in virum Abderis mutata & barbata, quam auctor fruſtra curaverit. In V. ſectione auctor ægrum ſefellit, dum ſimulavit, aliquid illapſi de auribus exemtum eſſe.*

Solum hunc librum edidit latine verſum L. FUCHS & Græca ſubjecit Baſil. 1537. 4. TREW.

In eum *commentati* ſunt varii veterum, ut ASCLEPIADES, recenſuerunt (r) ZEUXIS, & GLAUCIAS, & SABINI ſectatores, & RUFUS (s).

Demum GALENUS ſex *commentarios* ad librum VI. epid. dedit. De editionibus prioribus judicat. Errores aliquos in ſcriptura adgnoscit. Ii *commentarii*

(o) *Adfert. cord.* p. 334.

(p) *Diff. respir.* II. c. 8. III. c. 1.

(q) *Comm. in L. VI.*

(r) *Comm. V. in VI. epid.*

(s) *Comm. VI. in III. epid.*

tarii MS. in B. D. MARCI Græce, & Arabice exstant in B. *Scorialensi* apud CASIRI n. 801. quo loco omnino decem GALENI commentarii numerantur.

GALENI comm. nescio num omnes I. B. RASARIAS latine reddidit & edidit Venet. 1562. 8. TR.

PALLADII commentariorum MS. Græcum codicem B. R. P. possidet n. 2295. sed nuperum. Est etiam alius in MEDICEA PLUT. LXXV. BANDINI III. p. 174.

Græce cum aphorismis prodiit Frf. 1545. 12. PL.

Cum I. & III. ex versione J. VASSÆI Lion 1550. 12.

PALLADII comm. a P. JUNIO CRASSO editus est Basil. 1581. 4. \*

JOHANNIS ALEXANDRINI comm. cum ipsis *epidemicis* prodiit Lion 1527. 4. \* & alias.

CHRISTIAN GODFRID STENZEL edidit HIPPOCRATEM *fuci non male accusatum* Witteberg 1745. 4. \* ad locum II. Epid. Non probasse HIPPOCRATEM fraude aliqua ægrum fallere.

J. WILH. ALBRECHT *de loco HIPP. male explicato* Epid. VI. 5. Gotting. 1735. 4.

L. IV. epidemicorum deterior reliquis est, GALENO (t) fatente. Mistra omnia & confusa, historiæ morborum imperfectæ, aphorismi non satis veri. GALENUS ad pugillares HIPPOCRATIS refert, absque castigatione a THESSALO editos. Mihi non totus displicet. Mistra sunt aliqua, quæ vel HIPPOCRATIS esse videntur, vel de HIPPOCRATICIS certe descripta. Pulsus velocissimi in morbis celerissimi exitus. Multa ubique anni tempestatum & cæli memoria. Senioris tamen ævi partus est, cum de cynico dicatur, qui auctorem ad ægrotum deduxerit, cum tamen DIOGENES HIPPOCRATE recentior sit, PLATONI cœvus. Iterum dixit lienes magnos, morbum hepaticum.

Codices MS. Græci sunt in B. R. P. n. 2140. 2141. 2142. 2144. 2146. 2253. 2254. 2545. In B. D. MARCI. Duo libri in B. R. Par. n. 2143.

Liber epidemicorum, nescio quis, in libris erat NARCISSI *Archep. Dublin.* codd. Britt. n. 502.

In omnes septem *epidemicorum* libros dicuntur commentarii fuisse SABINUM LYCI (u).

F. VALLESII in eos libros *Commentarii* Madrit. 1577. f. Colon. 1588. 8. Turin. 1589-8. Neapoli 1621. FALC. 1652. f. VATER Aureliæ 1654. f.

FRANCISCI PHRYGII comm. in *epidemicas* HIPP. *historias* Lion 1644. 4.

PETRI MICHAELIS de HEREDIA comm. Lion 1688. fol.

GEORGII FRIDERICI FABRICII *de notis HIPP. in historiis epidemicis repertis* & repurgatis

K 3

(t) Comm. in L. VI. Passim tamen hunc librum ut II. & VI. dicit ex pugillaibus magni viri per THESSALUM filium decerptum fuisse.

(u) GAL. comm. ad L. III.

*repurgatis cum adnotationibus quas auctori extorsit* DIETERICUS Lubec. 1666. 4. PLIN.

*Observationes in HIPPOCRATE Epidemias Venet.* 1621. 4. LIND. Quid sit ignoro. *Nucleus librorum Epidemicorum* Francof. 1708. 12.

HIPPOCRATIS *Κωνας προγνώσεις* spurium omnino opus est, etsi DURETUS maximi fecit, GALENO jam iudice & FOESIO & MERCURIALI non genuinum. Quæ in Coacis bona sunt, esse ex aphorismis ex epidemicis, reliqua falsa, jam GALENUS (x). Multa continent obscura, quæstiones ad quas non datur respondere, aphorismos nimis particulares & fallaces.

Primo libro continentur quæ ad febres, præfagia nempe omnino 166. pleaque HIPPOCRATE dignissima, aliqua non admittenda. Causæ crissum. Lethargi pulsus sepultus. Tabes. Rigor. Signa a sputis. Diarrhœa. Icterus.

L. II. præfagia continet 368. ad varias corporis partes, pertinentia ad capitis, colli, pectoris, abdominis morbos. In eodem l. sed alio ordine præfagia recensentur secundum eas partes, a quibus signa repetuntur. Aphonix. Dysenteria. Lien-teria. Convulsiones, tetanus. Sphacelus cerebri. Hydrops. Apoplexia. Peripneumonia. Signa a respiratione, oculis, lingua.

In L. III. prima pars fere est ex prognostico, altera pertinet ad vulnera, tertia ad morbos oculorum, tum ad præfagia a variis egestionibus & excrementis sumta. De abortu, vomitu. Signa a viribus, a decubitu.

Codices Græci sunt in B. R. Par. n. 2140. 2141. 2143. 2144. 2254. 2545. & in B. D. MARCI. In Medicea BANDINI III. p. 45.

Latine cum aliis vertente M. FABIO CALVO 1527. 12.

Græce & latine prodierunt cum aliis Hippocraticis Lutet. 1557. apud G. MOREL. 8. MEAD.

Gr. & lat. curante J. OBSOPOEO Francof. 1587. 16.

Gr. & lat. cum versione ANUTII FOESII & notis JONSTONI Amsterd. 1663. 12. HOUSSET.

Partem primam cum textu & commentario HORSTIUS edidit.

Græce & latine cum aliis opusculis *aphoristicis* nuper Basil. 1748. 8.

Gr. latine *ex interpretatione* JACOBI HOLLERII nunc primum editi sunt a DESIDERIO JACOTIO, & hujus *commentariorum Libri XIII.* Lion 1576. fol. B. BERN. HOLLERII breves notæ sunt: D. JACOTII fusissimi, ad scholæ saporem commentarii.

Porro gr. lat. prodierunt cum ampliff. *comment.* LUDOVICI DURETI Paris. 1588. fol. 1616. fol. 1621. fol. 1658. fol. BUR. Argentin. 1633. 8. LIND. Genev. 1665. fol. \*. Leidæ 1737. fol. Forma operis diversa a JACOTII editione, res non valde recedit. DURETUS, HIPPOCRATICUS auctor, posthu-

mum

(x) In L. III. *epid. Comm. II.*

mum opus reliquerat, quod filius JOHANNES absolvit: sed res ipsa magna ex parte eadem est, DESIDERIUM enim JACOTIUM sua a DURETO habuisse, condiscipulus ejus DROETUS in propria epistola testatur, ut qui una DURETUM a. 1570. Montpelii audiverit. Verum DURETUS a principio versionem dat, sensum potius quam voces expressuram. Deinde commentarium, in quo DURETUS omnia præfagia, omnes eventus, ad principia pathologica GALENI revocat, auctorem Coacarum obscurissimum, quantum ejus fieri potest, elucidat, conciliat, GALENUM refellit, qui sæpe Coacas refutat, locos difficiles non ex membranarum fide, sed ad veriore sententiam reformat. Fuse de criticis sudoribus.

JULII MILLI *naturæ motus decernentis arcanum opus* Venet. 1654. 4. \*. De crisibus in Coacas ad librum I. & II.

*Coaca præfagia cum brevi enarratione* LUDOVICI FERRANT Paris. 1657. 12. TREW. Ex GALENO, HOLLERIO, DURETO, JACOTIO.

Est inter MACKIANOS.

HONORATI BICAISSE *manuale medicorum, s. promptuarium* HIPP. *aphorismorum prædictionum* & *Coacarum secundum morborum nomenclaturam* cont. Londin. 1639. Paris. 1739. 1. BUR.

Προφρητικῶν Liber I, a GALENO (y) rejectus, etiam a facili alioquin EROTIANO, HIPPOCRATE utique parum dignus, quem nostri libri auctor quoad ejus fieri potuit imitatus, minime tamen adigit. DRACONI nonnullos tribuere GALENUS, alios THESALO, filio utriusque HIPPOCRATIS, posse etiam alterius esse (z). Neque auctor summam illam artem tenuit, qua numerosæ adnotationes in unam communem legem uniuntur. Neque signa, quæ ad ipsam morbi naturam pertinent, ab aliis se fortuito immiscentibus satis accurate separavit. Nomina sæpe ægrotorum dixit, quæ negavit GALENUS ab HIPPOCRATE præter Epidemicorum libros usquam citari. Vocibus aut insolitis utitur, aut insolitum in sensum detortis. Media fere pars in deliriis versatur, & in signis morborum soporosorum, tertia in convulsionibus, aliqua ad hæmorrhagias spectant, aut ad abscessus post aures. GALENUS tres commentarios adjecit, quos J. VASSÆUS interpretatus est.

Codices Græci sunt in B. D. MARCI, & in B. R. P. n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2254. cum glossis & 2545.

Conf. cum l. II. p. 38.

An hæc sunt *Præfagia in morbis acutis ex officina* H. STEPHANI Paris. 1512. 4. MAITT.

Edidit gr. lat. cum aliis MORELLUS Paris. 1557. 8. MEAD.

Edidit

(y) In *Comm.* I.

(z) *Comm.* II.

Edidit cum aliis præfagiorum libris J. OBSOPOEUS græce & latine Francof. 1587. 16.

Gr. & latine cum notis HEURNII Leid. 1597. 4.

Græce & latine cum *femeioticis operibus* Basil. 1748. 8.

Latine interprete CALVO 1527. 12. Tum in barbaris collectionibus Venet. 1507. 8. &c.

Plura repete ex L. II. *Prorrheticorum*.

L. *περι κρισίων*, EROTIANO non dictus. Putes esse alicujus discipuli HIPPOCRATIS, qui ex *aphorismis*, ex libro *de locis*, ex *prognostico*, ex *prorrheticis* multa sumserit, & dictione sua brevi & aphoristica præceptorem sit imitatus. Signa criseos ex variis egestionibus, etiam ex sudore sumit, qui criticis diebus erumpit. Dies criticos tamen noster fatetur, non posse adeo minute ad numeros exigi. Febris ardentis varii fines, etiam in icterum. Prognostica ex excretionibus, variisque signis, cum aliqua pulsus memoria. Hæmorrhagiæ criticae. Icterus die septimo in acutis superveniens salutaris. Morborum recidivæ. Tetani tres.

Codicem MS. in B. R. P. reperio n. 2254.

Prodiit cum aliis *femeioticis* Basil. 1748. 8.

Et est inter MACKIANOS. †

L. *περι κρισίων*, EROTIANO non dictus. MERCURIALIS magni senis doctrinam continere æstimat. Mihi quidem potissimum ex libro *de adfectionibus internis* decerptus videtur. Febris ardens criticorum III. est morbus crassus II. libri *περι εντος παθων*. Tetani tres, tetani totidem *adf. intt.* Coxendicum morbus n. 6. est n. 56. *intt. adf.* Icterus 7. est icterus n. 38. *adf. intt.* Quare ad Cnidios aliquos medicos spectaret. Morbos perinde a bile, pituita & sanguine derivat. Neque tamen bona descriptio peripneumonix & accuratus dierum criticorum census ex *internarum adfectionum* libro est.

Codices non rarissimi sunt. In B. R. P. Græci n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2254. 2545. In B. *Medicea* BANDINI III. p. 44.

Est inter opuscula aphoristica *femeiotico therapeutica* gr. lat. Basil. edita 1748. 8.

*Περι ενυπνιων*. Suspicio, & suspicabatur ANUTIUS FOESIUS, eundem hujus libri auctorem esse, qui libri III. *de dieta*. Similia enim dat præcepta de alimentis addendis, detrahendis, de medicina gymnastica. In *codicibus* MS. solet fere eum I. sequi. Insomnia ad suas causas physicas referuntur, calidum, frigidum, secretiones, repletiones. Deinde auctor ex insomniis indicationes repetit, ut & mala agnoscat, quæ quæque insomnia pariunt, & medicationes, quæ his malis obsistant. Propitiationes commendat, ut tamen parum iis tribuat. Comtus & elegans libellus.

Codices Græci sunt in B. R. P. n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2254. 2545. In *Medicea* BANDINI III. p. 44.

Græce

Græce exstat editus Parif. 1586. 8. apud MORELLUM.

Græce & latine prodiit cum aliis apud MORELLUM Parif. 1557. MAITTE.

Gr. & latine cura JUSTI VELSII Basil. 1543. 4. \*

Reperitur latine in collectione Veneta 1497. f. GUNZ. & in Articella Lion 1527. 4. \*. &c.

ANDREA BRENTIO interprete 4. absque loco & anno \* apud SYMPHORI-  
ANUM CAMPEGIUM, seculo XV. ut videtur vergente.

Latine cum aliis 1527. 12. vertente FABIO CALVO.

Latine JUSTO VELSIO interprete Antwerp. 1541. 8. \*.

Cum aliis ejusd. argumenti libellis Lion 1549. 16.

J. CÆS. SCALIGERI in l. *de insomniis commentarii* Lion 1538. 4. 1539.  
4. RAST. 1561. fol. Giesf. 1610. 8. Amsterdam 1659. 12. PLIN. Auctus  
& recognitus idem l. fol. sine loco & anno GUNZ.

J. COLLE *de cognitu difficilibus in praxi ex libro HIPPOCRATIS de insomniis*  
Venet. 1628. 4.

Est in ZWINGERIANIS & MACKIANIS.

Περὶ διαίτης libri III vulgo in codicibus MS. conjunguntur, ut in B. R. P.  
n. 2140. 2142. 2143. 2144. 2148. 2254. 2545. In B. D. MARCI. In Me-  
dicea tres libri BANDINI III. p. 42. In B. BODLEYANA latinus est codex  
n. 3541.

Diverforum auctorum opus est, quod nimis manifestum fit, si adtente  
legeris.

Primus liber a MERCURIALI & a GALENO rejicitur, quod ab HIPPOCRATIS  
sententia recedat. PHILISTIONI LOCRIO, ARISTIONI, EURYPHONTI, PHILETÆ,  
etiam PHERECYDI tribuitur (a), perantiquus tamen est, mire etiam brevis &  
obscurus, & hactenus HIPPOCRATE non indignus. Magna pars operis physici  
est & physiologici argumenti. Ex igne & aqua potissimum, varia portione & ro-  
bore vario commistis, octo temperamenta fieri, ex istis animorum diversitatem. Qui-  
que temperamento contraria obponitur medicatio, frigida & humida in cholericis  
temperamenti dominio, cum balneis, sic porro. Ciborum portionem & labores  
debere exæquari. Corporis exercitatione & vomitu auctor multum utitur, ad  
fines medicos, fere ut in L. III.

Solus L. I. latine exstat in B. R. P. n. 7027.

Prodiit inter ZWINGERIANOS & MACKIANOS & Gallicos DACERIA-  
NOS.

Liber secundus a GALENO dignus judicatur HIPPOCRATE, perito a iudice, &  
titulo suo melius respondet. In hoc enim libro recensentur sex res non natu-  
rales

Tom. I.

L

(a) *Fac. alim.* L. I.



rales & earum in corpus humanum efficacia, exercitationis & quietis etiam potissimum, tum tempestatum, ventorum. Eas vires noster, fere ut in l. *de veteri medicina*, a qualitatibus simplicibus derivat, dulci, acri, aquoso, pingui; exque qualitatibus, quæ ex istis componuntur, & ob quas medicamenta dicuntur adtenuare, calefacere, refrigerare, humectare, siccare, purgare, adstringere. In principio de aquis & locis dicit eorum fere similia, quæ proprio libello HIPPOCRATES dixerat. De alimentis in Græcia receptis, pane, cerealibus, carnibus, piscibus, quæ Græcorum erant deliciæ. Tum olera, legumina, poma, potus: ut etiam de culinarum in cibis præparandis laboribus & eorum effectu agit. Denique de gymnasticis, lucta, balneis. Ut recreentur, quos nimii labores fatigarunt. Vomitum laudat. Denique ab igne & aqua omnia ultimo repetit, ut in priori libro, quem modo diximus.

Codices & editiones quæ prioris.

L. III. diversissimus a duobus prioribus, a CLERICO ad HERODICUM gymnasticæ medicinæ auctorem refertur. Initia morborum ex nimia aut ex nimis parca corporis exercitatione repetuntur. De utriusque mali remediis: ea fere repetita ciborum abstinentia, a vomitu, & propriis atque definiti generis exercitationibus. Ita debilem ventriculum vomitu levat, & catulorum carnibus, & medicinam utique tradit a nostra diversissimam. Victus rationem docet secundum anni tempora mutare. Videas, Græcos hieme perinde corpora exercuisse, ut æstate, balnea frigida adhibuisse, ignis nullam fieri mentionem. Ex isto libro videntur Methodici suam διατριτον habere (b).

Post CAIUM & GADALDINUM vertit ex codice inedito R. CHARTIER.

L. περι διατης υγραινης.

Perexiguus, plurima habet eorum similia, quæ sunt in libro tertio *de diætâ*, aliqua omnino descripta, alia fusius exposita, ut ratio vomitus diætetici. Chondri mentionem facere GALENUS adnotat (c), addit cum l. *de natura humana* fuisse conjunctum (d).

Codex Græcus est in B. R. P. n. 2144.

Editus est ANDREA BRENTIO interprete Lion 1506. 8.

In eum l. commentatus est GALENUS, cujus commentarii codex Græcus est in B. R. P. n. 2276. & in Vindobonensi (e).

Editus est vertente J. VASSËO & J. GUNTHERIO Basil. 1533. fol.

POLYBO a GALENO (f) tribuitur, & cum ejus nomine editus est a J. PLACOTOMO Antwerp. 1561. 12. GUNZ.

Sic in *commentario suo* HIERON. THRIVERIUS BRACHELIUS Lion 1548. 8.\*.  
Et

(b) C. 4.

(c) *Comm. de viâ. acut.*

(d) Ad L. *de nat. hum.* L. II.

(e) LAMBEC V. p. 86.

(f) Ad L. II, *de natura hum.*

Et GILBERTUS PHILARETUS, qui & latine reddidit Antwerp. 1543. 8. FOPPENS.

Et ALBANUS TORINUS Basil. 1544. 4. \*.

Cum eodem titulo Parisiis latine prodiit Paris. 1577. 12.

Et prius 1528. fol. \* & 1533. 8. BB.

Est inter MACKIANOS.

Huc fecerit *l'instruction pour la santé* par J. de la FARGUE Lion 1580. 12. DU VERDIER.

POLYBI I. *utilissimi di conservare la sanità, overo modo di vivere sani e de le malattie del corpo umano* l. III. vertente PETRO LAURO Venetiæ 1545. 4. TREW.

Περὶ ὑγρῶν χρησιμῶν s. *de liquidorum usu*. Parvus libellus, quem J. NARDIUS pro legitimo habet. Veteres passim aliqua ejus loca citant. Decem aphorismos continet, & aliqua de vino & aceto, minime indignus libellus.

Codices sunt in B. R. P. n. 2253. 2254.

Commentatus est in *nocte geniali prima* J. NARDIUS Bonon. 1656. 4. \*.

Est inter MACKIANOS, ZWINGERIANOS & DACERIANOS.

Περὶ φαρμάκων, iterum minimus est libellus. Aliqua ex *aphorismis* sumpta sunt; & theoria electiva purgationis secundum quatuor humorum differentias defenditur. Non habet EROTIANUS, ut neque priores illos proxime a nobis dictos. Inter HIPPOCRATICOS fuit utique l. *φαρμακτικῶς*, aut certe in l. *de morbis* citatur.

An sit liber *de solutivis*, cujus est codex in B. Coll. Merton. n. 729.

Græce edidit F. MORELLUS & ex proprio codice Paris. 1617. 12. Primus vero ediderat J. CAIUS Basil. 1544. 4. \* cum variis GALENI libellis. Idem notas addidit MEAD.

Latine cum aliis prodiit Venet. 1497. fol. Ex versione JULII PAULI CRASSI Basil. 1539. 4. \*.

Latine Lond. 1656. 12.

L. Περὶ ἐκθερισμῶν.

Itidem minimus libellus, cujus pleraque decerpta sunt ex *aphorismis*, *prognosticis*, *prænotionibus*, l. *de victu acutorum & muliebribus*, quos auctor tamquam suos citat. Sub finem aliqua plenius de alvi per sesamoides ductione.

L. Περὶ ὀδοντοφυῆς practici fere argumenti est, idemque spurius. Quæ infantibus

fantibus ex dentitione mala accidant, uti ea subleventur, eorum malorum signa & prognostica, vitia tonsillarum, etiam ulcera, brevissime tanguntur.

Codices Græci sunt in B. R. Par. n. 2146. 2254.

Προς Δημητριον βασιλεα brevis & parvi momenti epistola *de morborum origine* &c.

Ἰππιατριῶν nuperi HIPPOCRATIS, equarii medici, farrago est medicamentorum ex veterinariorum collectione repetita, & a LINDENIO recusa.

L. *de significatione vitæ atque mortis in editis Hippocraticis* non nisi latine existat; in B. *Vindobonensi* tamen Græce, absurdum opus, astrologicum, a sapientia HIPPOCRATIS longissime remotum.

Prodiit latine edente BLONDI 1548. 8. TR.

An idem l. *de signis mortis* in B. BODL. n. 2063. & alio cum titulo ap. MONTFAUCON. Alio in *Mertonensi* Bibl. n. 729.

An idem l. HIPPOCRATIS *de medicorum astrologia*, interprete PETRO ARANO, excusus Venet. 1485. 4. Lips. 1505. 4. RIV. Plenior titulus est *opusculum reparatorii prognosticon in mutationes aeris tam via astrologica quam meteorologica uti sapientes experientia comperientes voluerunt proprium utilissime ordinatum* B. Tig. TREW.

In Anatomicis etiam passim aliqua sunt argumenti practici, ut in l. περὶ αδενων, *de glandulis*, spurio equidem, quo aliqua glandularum mala recensentur, ut de morbis, qui mammarum extirpationi superveniunt, & de catarrhis.

In l. *de pueri natura* agitur de mensium obstructione, de morbis a lochiorum suppressione, de partu difficili.

In l. *de superfetatione* dicuntur morbi aliqui puerperii; tum de abortu, utero suppurato, causis sterilitatis, utero clauso, ejus distortionem, restitutionem, medicamentis emollientibus, uterum purgantibus. A mensibus retentis epiala febris. Ut ex acris medicamentis uterus exulceretur.

Antidotum qua HIPPOCRATES in contagione Attica usus sit, ACTUARIUS habet (\*), inde in editionem suam LINDENIUS transtulit.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ perantiquæ sunt. Multa tamen faciunt, ne eas pro genuinis recipiamus, uti neque MERCURIALIS recepit, neque SCHULZIUS, neque CIGALINUS, neque SCALIGER, neque olim aliqui RIOLANO dicti.

Primæ sunt ARTAXERXIS Longimani ad PAETUM epistolæ, hujus ad regem, HYSTANIS ad HIPPOCRATEM, hujus ad HYSTANEM, adque DEMETRIUM, REGIS ad HYSTANEM. Hujus responsoriæ. Regis epistola ad Coos, responsoriæ Coorum. Nempe, cum pestilentia in Persico imperio sæviret, Rex magnis conditionibus

(\*) *Compof. med.* p. 58. b.

ditionibus oblati Hippocratem advocaverat, ut suis subditis mederetur. Negat HIPPOCRATES, se barbaris opem laturum. Rex a COIS poscit, ut obstinatum medicum sibi dedant, hi negant. Ad HIPPOCRATEM CATO adlusit, ut Græcorum in barbaros malum animum demonstraret.

Codex exstat in B. BODLEYANA ap. MONTF. p. 642. in *Medicea* BANDINI III. p. 46.

Altera particula epistolarum est Abderitarum, qui HIPPOCRATEM exorant, ut DEMOCRITI insaniam curasse vellet. HIPPOCRATES ad Abderitas annuit, negat se aurum accepturum. EJ. ad PHILOPOEMONEM alienissima a sapientia epistola, tum altera, qua narrat, se ab ÆSCULAPIO per somnum iustum esse, Abderas petere. Aliquæ epistolæ HIPPOCRATIS, quibus curam uxoris DIONYSII commendat, a CRATEVA herbas petit, qui Mithridatis demum ævo vixit, decem talenta ab Abderitis oblata refutat: deinde DAMAGETO narrat, ut DEMOCRITUM sapientem, & in utilissimis laboribus occupatum repererit. Inde epistolæ mutuae DEMOCRITI & HIPPOCRATIS.

HIPPOCRATIS ad THESSALUM Epistola, qua filium ad studium Geometriæ & numerorum adhortatur.

ID. ad THESSALIOS, in qua de Atheniensibus queritur, patriam suam vacantibus.

THESSALI ad aram, in qua filius HIPPOCRATIS paterna beneficia laudat; averfamque pestilentiam, & discipulos filiosque per universam Græciam a patre missos, qui curam ægrorum gerent. Denique avorum in Græcos merita recenset, petitque, ut Athenienses bello Cois indicto abstineant. Atheniensium decretum, quo HIPPOCRATI honores, Cois varia privilegia decernunt.

Mihi quidem probabile videtur, has epistolas a sophista aliquo circa ea tempora fictas esse, quibus PTOLEMÆUS PHILADELPHUS maximis impensis libros rariiores colligebat.

Codices græci epistolarum, ut videtur, universarum cum oratione THESSALI sunt in B. R. P. n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2146. 2254, tum, ut puto, 2545.

Latinus codex interprete REMITIO est in B. R. Par. 6869. & alius in *Scorialensi* BUSCHING Magaz. V. cujus linguam ignoro, alius in VOSSIANIS n. 2251. lingua quidem non satis mihi perfecta.

In B. Vindobonensi fasciculus MS. reperitur, qui ad ARTAXERXIS invitationem spectat LAMBEC. VI. p. 153.

ARTAXERXIS & DEMOCRITI epistolæ Græce B. R. P. n. 1760.

Sola THESSALI oratio Græce B. R. P. n. 2253.

Decretum Atheniensium in B. R. P. n. 2214.

Græce omnes epistolæ prodierunt Venet. 1499. 4. LIND.

Græce & latine, quæ ad ARTAXERXEM & DEMOCRITUM spectant, EILHARDI LUBINI cura editæ sunt Genev. 1601. 8. BB. cum aliis Græcorum epistolis.

Epistola ad DAMAGETUM sola cum paraphrasi ALARDI AMSTELREDAMI.

Græce latine Saligniaci 1539. 8. TR. GUNZ.

Ex recensione HADRIANI RELANDI Utrecht 1711. 8. B. TIG. Græce & latine.

Gallice vertente TARDY HIPPI. *sur la folie de DEMOCRITE* Paris 1530. 8.

*La conference & entrevue d'Hippocrate & de Democrite commentée par MARCELLIN BOMPART* Paris 1632. 8. BUR.

Latine omnes etiam Epist. cum THESSALI ad ATH. *Orat. & Atheniensium decreto* interprete JANO CORNARIO Erf. 1542. 8. \*.

Latine cum notis CHR. THOMASII Hall. 1693. 8.

Huc facit J. CHR. RABE disp. *de HIPPOCRATE barbaris opem negante* Lips. 1722. 4. PL.

Et ut puto GONSALVI BUSTOS ORMEDILLA *monstruo horrible de la Grecia Hippocrate mortal nemigo de l'hombre* Ulyssip. 1675. 8. C. de V.

Evidentius spuria sunt, quorum Græcus textus ignoratur. Ejusmodi est l. *de structura hominis* ad PERDICCAM R. in quo pituitæ, sanguinis, flavæ bilis, atræ bilis, faniei (ita) prædominium per anni ætates recensetur.

Is fuerit forte codex, cui titulus est *prognosticum de natura humana, secundum temperiem quatuor anni tempor.* in B. Vindob. VII. p. 92.

HIPP. *de sanitate tuenda ad ANTIOCHUM REGEM* LARGIO DESIGNATIANO interprete absurdissimus lib. in quo CÆSAR citatur & MÆCENAS. Morborum capitis, pectoris, ventris, vesicæ prænotio & præcautio. Iterum dominium sanguinis, bilis &c., per anni ætates. Cæterum nullus HIPPOCRATIS ævo ANTIOCHUS regnavit. Codex lat. est in B. R. Par. n. 6837. 7027. 6862. in B. TAURIN. II. p. 102.

Prodiit cum MIZALDI *hortensib.* apud MORELLUM Parisiis 1572. 8. le TELLIER.

HIPPOCRATIS sive ALEXANDRI *epistola de diata* in B. R. P. n. 2240. mihi ignota est.

HIPP. *epistola ad PTOLEMÆUM de sanitate tuenda* est in B. Vindobon. VI. p. 94. 124. 125. & in B. BODLEI. n. 150. Græce, & in B. R. Par. n. 1884. 2229. tum in Taurinensi, ubi additur altera ad PTOLEMÆUM *epistola de differentia alimentorum,*

*mentorum.* Latine versa est a J. REUCHLIN Tubing. 1512. 4. Riv. Nullus autem HIPPOCRATIS ævo fuit PTOLEMÆUS.

L. *de pustulis* spurius a GOLIO ex Arabico conversus ne quidem BARTHOLOINO placuit.

Plurimos alios libros HIPPOCRATICOS citari video.

*De febris* B. R. Par. n. 1885.

*De febrium & symptomatum cognitione* B. R. P. 1667. 12. Alterius fuerit auctoris.

*De phlebotomia* ibid. n. 6837. latine.

Addunt in Arabica versione de *Ventosis librum* extare (\*).

Alius *Therapeuticus* l. Vindobon. ap. LAMBEC. VI. p. 145.

Liber *secretorum* nisi est idem cum l. *de significatione vita & mortis* Venet. 1497. fol.

EJ. l. *ex capsula eburnea* Venet. 1497. fol. &c. GUNZ.

Liber *περι επιπυων* a GALENO dictus, periisse videtur.

*Methodus curandi HIPPOCRATICA* erat in B. NARCISS. Dublinensis Arch. Bibl. n. 1709.

L. *regularis* CÆLIO dicitur, ex quo locus *de helleboro* citatur, quem SORANUS refutaverit, qui vero locus in nostris exemplaribus non reperitur.

HIPP. *de natura lactis & de ejus in curationibus morborum usu* Arausione prodiit 1567. 8. Lion 1571, mihi ignotus.

L. *de exustionibus & fonticulis cura* P. BARRE Lion 1681. 12.

L. *de medicamentis secundum temperamenta* HERBELOTO p. 975. dictus.

Libri *resolutionis quatuor quos GALENUS explicat* VERDIER *Bibl. Constantin.* p. 59.

L. *de infantium natura* PRISCIANO notus (†).

HIPPOCRATES *de morborum causis, ex agrorum decubitu diagnosi, prognosi & curatione.*

Gallice vertente J. B. DAMASCENO L. I. Paris. 1660. 4. BUR.

*Epistola ad GALENUM discipulum de corpore humano* B. Taurin. I. p. 385.

HIPP. *de virtutibus herbarum gallice* B. Taurin. T. II.

Excerpta aliqua ex HIPPOCRATE & GALENO, & MOSE MAIMONIDE ap. CASIRI n. DCCCLXIII.

Excerpta

(\*) HERBELOT. p. 975.

(a) *Acut.* II. c. 29.

(†) L. IV.

Excerpta de morbis variarum partium & earum curatione. Codex Græcus est in B. R. P. n. 2178.

Sic in VINDOBONENSI LAMBECC. VI. p. 101.

Eclogæ ex HIPPOCRATE & GALENO a BUSBEQUIO illatæ in B. Vindob. VI. P. II. p. 100.

Excerpta in B. R. P. n. 7101. & Græce n. 2269.

Translationes ex HIPPOCRATE in B. A. Ep. Dubl. NARCISSI n. 1215.

NATHAN F. JOEL fil. PALKEN *sententia ex HIPPOCRATE & GALENO excerptæ de morbis & medicamentis* in B. Taurin. I. p. 19.

### §. XXI. OPERA HIPPOCRATIS.

Nunc ad operum HIPPOCRATIS collectiones.

Credas etiam J. COSTÆO, HIPPOCRATEM nihil suorum edidisse. Deinde GALENUS testis est, suo ævo exempla HIPPOCRATICORUM operum extitisse non recentiora (a) tribus seculis, eaque fere inter se consensisse; Ipse exemplar ALEXANDRINUM laudat.

Porro commentatores numerosissimos HIPPOCRATEM explicasse, emendasse, refutasse certum est. Inter eos antiquissimi fuerunt HEROPHILUS, qui voces HIPPOCRATIS interpretatus est, deinde BACCHIUS, porro HERACLIDES TARENTINUS, & ZEUXIS (b), hi Empirici. In omnes libros ZEUXIN & HERACLIDEM commentatos esse; in difficiliores BACCHIUM, & ASCLEPIADEM (c) alibi reperias.

XENOCRITUM grammaticum Coum primum voces HIPPOCRATIS interpretatum (d).

HERACLIDES passim citatur, ut ad L. II. *popularium* (e). Magis tamen infectandi ZENONIS causa scripsisse, quam eruendi veri (f) IDEM GALENUS: sic APOLLONIUM (g).

Is ZENO HEROPHILEUS, vir nequaquam obscurus, quem tamen GALENUS passim refutat, de notis agit, quæ Epidemicis adscribuntur (h), & quarum incertum facit auctorem. Habuisse tamen suos sectatores (i).

MEMNONEM Sideten, qui libros PTOLEMÆO curaverit librorum studiosissimo, carpit, quod libros Epidemicorum falsis additionibus, temeraverit, idem GALENUS.  
BACCHIUS

(a) In *Comm.* III. ad I. *definit.*

(b) GALEN. in *Apbor.* VII. 68.

(c) *Περὶ ἰατρῆς* & *de fract.* III.

(d) EROTIAN.

(e) GAL. *comm.* in *Epid.* VI.

(f) *Comm.* III. in *Epid.* III.

(g) *lb.*

(h) GAL. *comm.* II. in *Epid.* L. III.

(i) *Id.* *comm.* III. in III. *Epid.*

BACCHIUS Tanagræus (*k*) tres *syntaxes* conscripsit: sex alias lego addidisse PHILINUM. *Ecdosin* characterum HIPPOCRATIS dedit IDEM, & in l. *Epidemicor.* atque in *aphorismos comm.* BACCHIUM vero voces solas esse interpretatum (*l*) lego.

ZEUXIS (*m*) egit de notis adlitis ad L. EPIDEMICORUM. GLAUCIAM reprehendit, qui negabat omnia vitia Hippocrati in VI. Epidemicorum dicta in unicum mulierem cadere posse. Passim aliqua absque interpretatione (*n*) reliquisse. Eum GALENUS refutat, tum HEROPHILUM (*o*).

Sic APOLLONIUM (*p*), qui octodecim libros in HERACLIDEM, tres in BACCHIUM scripserit, unum in GLAUCIAM, alium in LYSIMACHUM COUM, tum tres adversus PYDIAM Herophilium: tres ad DEMETRIUM EUPHORIONEM, etiam sex libris. Eundem lectionem HIPPOCRATIS studuisse expedire, ut grammaticos aliquos omittam. Sed & APOLLONIUM *ophin* EROTIANUS notat, quod omnibus aliis contradixerit.

ASCLEPIADEM, quem puto (*q*) celebrem illum Bithynum esse, passim GALENUS refutat, - ut aliquando tamen probet (*r*).

RUFUM laudat, in HIPPOCRATE legendo versatissimum, qui veterem lectionem retinuerit (*s*). SABINUM (*t*) citat, cujus sectatores perinde veterem lectionem retinuerint (*u*).

DIOSCORIDEM, & ARTEMIDORUM CAPITONEM, novam editionem operum HIPPOCRATIS (*x*) molitos, GALENUS audacissime in eo opere se gessisse, veteremque lectionem passim mutasse queritur, magis quam reliqui grammatici. Aliam vero fuisse CAPITONIS editionem ab ADRIANO imperatore probatam; eumque CAPITONEM in omnia HIPP. scripta commentatum esse: & aliam editionem DIOSCORIDIS (*y*) IDEM docet. Est tamen ubi recte vocem aliquam correxisse fatetur (*z*). Eum DIOSCORIDEM omnibus aliis contraria scripsisse EROTIANUS: juniorem esse, & a PHACA (*a*) diversum, multosque libros scripsisse GALENUS, & vetustiores compilasse. Ad eum faciliora intellecturos GALENUS remittit (*b*).

Tom. I.

M

QUINTUM

(*k*) EROTIAN.(*l*) GAL. *Leſt. Hipp.*(*m*) GALEN. in VI. *Epid.*(*n*) *Comm.* III. in *Epid.* VI.(*o*) In *Comm.* ad *Ep.* VI.(*p*) *Comm.* III. in *Epid.* VI.(*q*) *Aphor.* I. 22.(*r*) *Aphor.* I. *Aphor.* II. 31.(*s*) *Comm.* in *Epid.* VI.(*t*) *Comm.* III. in *Aph.* VI.(*u*) *Comm.* in *Epid.* VI.(*x*) *Comm.* in L. *Epid.* VI. & *περι ιατρον.*(\*) *Ib.* *Aphor.* II. 2. *conf. de fract.* III. *defin.* *Epid.* VI.(*y*) *De natur. hum.* I.(*z*) GALENUS in *comm.* ad *Epid.* VI.(*a*) *Leſt. Hipp.* præf.(*b*) *De ord. leg.* I. *defin.*



QUINTUM parvi facit, qui male aphorismos interpretatus sit.

EJUS discipulus & affecla SATYRUS, GALENI præceptor, etiam *prorrhetica* interpretatus est (c).

LYCUM Neapolitam, QUINTI discipulum putat HIPPOCRATEM non bene intellexisse (d) & passim sugillasse. IDEM GALENUS testis est scripsisse duo συγγεγραμματα εξηγητικά (e), & Aphorismos absque demonstratione esse interpretatum, quem & refutat (f). In epidemicis eum carpit (g).

Tum JULIANUM (h).

Tum MARINUM (i), & SABINUM (k).

EPHICIENUM demum (l) commentatorem HIPPOCRATEM nominat.

Sed etiam PELOPS, GALENI præceptor, *Isagogarum Hippocraticarum* L. II. scripsit (m), & NUMESIANUS commentarium in HIPPOCRATEM.

ORIBASIVS interpretibus HIPPOCRATIS addit DOMNUM & ATTALIONEM (n).

Horum nunc omnium labores interierunt, præter paucas voces, quas GALENUS conservavit.

Alii vicissim ipsum GALENUM (o) nimis audacter HIPPOCRATEM emendasse notarunt.

Codices operum HIPPOCRATEM plusculi supersunt.

Codex, quo CALVUS usus est, in B. *Vaticana* conservatur (p).

Apud ANTONIUM CANTACUZENUM HIPPOCRATICORUM operum codex erat.

Sic in B. *BAVARICA*.

In *VOSSIANA* cum GALENI expositionibus n. 2125.

In *AMBROSIANA MEDIOLANENSI*, MONTFAUCON p. 529. omnia ut videtur, opera.

In *GRESHAMENSI* Londini Id. n. 3444.

Plerorum-

(c) GALEN. *comm. I. in prorrhbet.*

(d) *De ord. leg. libr.*

(e) EROTIANUS.

(f) *Ad Aphor. III. 1.*

(g) *Comm. in Epid. III.*

(h) p. 47.

(i) *Ad Aphor. VII. 54.*

(k) *Comm. III. in Epid.*

(l) GAL. *ord. leg. libr.*

(m) *Ibid.*

(n) *Pref. ad Aphor.*

(o) G. H. WELSCH.

(p) WELSCH *curat. propr.* p. 184.

Plerorumque operum HIPPOCRATIS Græci codices sunt in B. R. *Parif.* n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2254. 2545. & plufcolorum 2146.

Pleraque etiam opera græca sunt in B. D. MARCI.

Bene multi in B. MUTINENSI, MONTFAUCON p. 531.

Aliqui erant apud GUIL. PELISSIER ID. II. p. 1199.

Varii 16. voluminibus in AMBROSIANA Mediolanenfî ID. p. 498.

Aliqui in B. *Præfidis* de MESME ID. p. 1327.

Editiones operum omnium Græcæ sunt Venet. 1526. ap. ALD. fol.

Altera, a JANO CORNARIO castigata, Basil. 1538. fol., qui tribus integris codicibus ufus est.

Græco latina editio est HIERONYMI MERCURIALIS, qui idem opera HIPPOCRATIS in quatuor ordines digeffit Venet. 1588. fol. Queritur MACKIUS, effe, ubi verfo textui Græco non respondeat. Nimium codicibus *Vaticanis* tribuiffc TRILLERUS.

Plures etiam codices erant ANUTII FOESTI Mediomatricis, viri quam maxime Hippocratici. Noviter convertit, addidit cenfuras criticas, & doctos commentarios, demum ex plufculis codicibus varias lectiones. Prodiit ejus HIPPOCRATES Francof. 1595. vel 1596. fol. \*. 1621. f. 1624. fol. HOUSS. 1657. f. Genev. 1675. f. 2. vol., cui editioni accessit l. *περι Φαρμακων*, l. *de structura hominis*, tum *Glossaria* EROTIANI, HERODOTI & GALENI. Totum se HIPPOCRATI dederat vir industrius, linguamque divi senis suam fecerat. Ufus erat præterea codicibus manuscriptis iisdem, ad quos FABIVS CALVVS suam editionem dederat, tum tribus aliis ex B. R. Gallix communicatis, & lectionibus ab HOLLERIO ex iis codicibus decerptis. Præsto etiam ei fuerunt JOH. MARINI ad HIPPOCRATEM observationes. Opera HIPPOCRATIS in octo sectiones fere ad EROTIANI ductum disposuit: post quamque classẽ notas suas adjecit, de vero auctore cujusque libelli judicium, equidem potius mitius dedit, deinde voces dubias emendatas, aut per alia loca HIPPOCRATIS explicatas, denique varias lectiones. Justo timidiorem esse (q) MACKIUS & TRILLERUS, iste præterea nimis multa compilasse queritur, versionem tamen omnibus aliis præfert.

Nitida successit editio græca latina cura J. ANTONIDÆ van der LINDEN Leid. 1665. 8. 2. vol. \*. intermortuo JOHANNÈ a filio HENRICO ANTON. edita. Recusa Venet. 1757. 4. 2. vol. Neapoli 1754. 4. 2. vol. CORNARIJ versionem Editor secutus est, textum in capita commode divisit, codices & veteres editiones comparavit, suam ad priores, quæcunque melioris notæ erant, accomodavit: loca aliqua transposita restituit. Ad finem varia ad Historiam laudes & vituperia HIPPOCRATIS pertinentia adjecit, denique indicem.

Ego quidem passim mihi visus sum aliqua deprehendere, aut absque auctoritate mutata, aut parum feliciter conversa, passim etiam verfo textui Græco non

(q) *De nov. Hipp. ed.* p. 6. 7.

respondet. Omnium pessimam esse TRILLERUS (r). Aptissima tamen communi usui hæc editio vulgo visa est.

Splendidissima est alia editio cum GALENI operibus conjuncta, quam RENATUS CHARTIER post multorum annorum laborem demum Parisiis 1679. fol. 14. voll. absolvit. Opera utriusque auctoris in unum ordinem secundum eam, de qua egissent, materiam, disposuit, varios aliorum libellos, etiam THEOOPHILI, notas, varias lectiones, PALLADII in VI. Epidemicorum comm., ORIBASII aliqua. J. FREINDII tamen & MACKII judicio adeo non emendatiorem HIPPOCRATIS editionem dedit, ut prioribus maculosior sit (s).

Nuper etiam medicus Vindobonensis STEPHANUS MACK novam editionem operum HIPPOCRATIS molitus est. Ad eam adornandam usus est MS. codicibus bibliothecæ Cæsareæ, tum editionibus nonnullis, quibus variæ notæ a doctissimis viris adlitæ fuerant, denique variis lectionibus codicis ex *Bibliotheca Medicea*. Cum priores editores, ANUTIUS FOESIUS & H. MERCURIALIS, etiam in manifestissimis erroribus emendandis timidiore fuissent, noster passim ex suis cœpiis nonnullos locos vitiatos restituit, singulis paginis, quod commodius, notas & varias lectiones subjecit. Præmisit aliqua de mensuris & ponderibus. Ordinem EROTIANI secutus est, sed ex VIII. sectionibus quinas tantum perfecit. Tomus I. in quo sectiones sunt I. II. prodiit Vindobon. 1743. fol. \*, alter anno 1749. fol. \*, reliquos non dedit. Editio nitida est & fumtuosa.

Sic etiam fasciculum operum HIPPOCRATICORUM THEODORUS ZWINGER edidit Basil. 1579. fol. \*, viginti duos nempe commentarios tabulis illustratos, & nonnunquam integris disertatiunculis. Libri ipsi sunt ex minoribus, quos singulos citavimus, & pertinent ad priores tres sectiones EROTIANI.

JOHANNES HEURNIUS edidit libellos HIPPOCRATICOS gr. & lat. cum commentariis Leid. 1597. 4. GUNZ. 1607. 18. BUR. 1609. 4. \* jam alias dictos; porro J. OBSOPOEUS, & MORELLUS Paris. 1557. 16., & collectio Basileensis 1748. 8. (t).

De *predictionibus* L. II. de *coacis*, de *somniis*, de *flatibus*, de *carnibus* interprete FABIO CALVO 1527. 12.

Aliqua HIPP. vertente RASARIO Saragoff. 1567. 4.

Latine ex FABII CALVI versione, qui codicibus Vaticanis usus est, etsi alii negligentius in opere versatum esse ei objecerunt (u), HIPPOCRATIS opera prodierunt Rom 1525. f. PL. TR.

Ex eadem versione Rom. 1549. f. LIND. 1619. f. 1610. f. FABRIC.

Ex eadem versione cum J. MARINELLI *commentariis* Venet. 1575. PL. cum argumentis

(r) *Nov. Hipp. edit.* p. 4.

(s) *Conf. TRILLER ep. Apologet.* p. 6.

(t) *Præfugia, apborismos, de rat. victus, de natura humana, de medico, de lege.*

(u) WELSCH *curat. propr.* p. 184.

argumentis J. CUEMANI 1619. fol. 1619. fol. RAST. & 1737. fol. curante J. PAITONO.

Ex FABII Ravennatis G. COPI N. LEONICENI & ANDR. BRENTII *interpretatione* Basil. 1526. fol. TR.

Ex JANI CORNARII versione Venet. 1545. 8. LIND. Paris. 1546. 8. HOUSSET. Basil. 1546. fol. \*. 1553. fol. LIND. 1558. fol. FALC. TR. Lion 1554. 8. 2. vol. HOUSS. 1564. fol. WACH. 1564. 8. TR. 1562. f. L. 1582. 8. RAST. Multis codicibus MS. usus, GALENUM accurate legerat, & ex ALDINA editione multa mutavit, & ex sua, ut subinde non adeo codices ipsos, quam ipsum odorem veteris lectionis sequeretur. Reddita est cum commentariis PR. MARTIANI Patav. 1719. f.

Ex interpretatione ANUTII FOESII Francof. 1596. 8. & in editionibus græco latinis quas diximus.

GEORGII SEGERI editio intercidit (x).

FRANCISCI CLIFTONI *nova & ordinata methodo digesta opera HIPPOCRATICA* (y) nunquam prodierunt; neque D. W. TRILLERI viri literati promissa editio in libello *Comm. de nova HIPP. editione adornanda* Leid. 1728. 4. \* in quo præterea libello de editionibus & commentatoribus HIPPOCRATIS judicium suum interponit. Speciminis loco edidit L. *de dissectione* cum amplissimis commentariis & doctissimis, etiam Hebraicis, & multa in recepta lectione mutavit.

Editionem latinam novam dedi in Principibus artis medicæ T. I—IV. Lauffann. 1769—1771. 8. \*. Bibliopola novam editionem MARINELLI secutus est, cum ego maluissem MACKIANAM. Eam ergo supplevi, quoad ejus fieri potuit, ex LINDENIANA; cæterum de meo ut nihil promissi, ita nihil addidi, præter novum ordinem, in quem scripta HIPPOCRATICA primum omnibus consentientibus genuina, deinde suspecta, denique manifestius spuria digessi. Prefationes addidi, quibus summa rerum momenta, & de genuina aut suspiciosa libri cujusque origine disputavi, sæpe MERCURIALEM secutus.

Latina collectio aliquot scriptorum HIPPOCRATIS & GALENI prodiit Venet. 1487. 12.

Alia in *Articella*.

Alia cum GALENI nonnullis Venet. 1487. 12. RICH.

Sed & SYMPHORIANUS CAMPEGIUS absque loco & anno edidit l. *de natura hominis, tuenda valetudine, legem, jurisjurandum, artem, in obrectatores medicinæ*, vertente ANDREA BRENTIO.

Alii comm. 1506. 8.

FR. RABELÆSII collectio Lion. 1543. 8. Linguam ignoro.

(x) MOELLER in *sept. erud.*

(y) *Comm. Nor. 1732. hebd. 50.*

Gallica olim collectio prodiit, *les anciens auteurs de la medecine & chirurgie* HIPPOCRATE, GALIEN, ORIBASE, *le tout traduit du Grec* Lion 1555. 8., pauci, ut videtur, libelli.

CLAUDE TARDY *les œuvres d'HIPPOCRATE* Paris 1667. 4. 2. vol. *ou toutes les causes de la Vie, de la naissance, de la conservation de la santé, les signes & les symptomes de toutes les maladies sont expliquées.*

Deinde ANDREAS DACIER edidit *les œuvres d'HIPPOCRATE traduites en François avec des remarques & conferées avec les MS. de la bibliotheque du Roi* Paris 1697. 12. 2. vol. \* non omnes certe libros HIPPOCRATIS, sed eos, quos sigillatim dixi, plerisque spurios. Promisit vitam HIPPOCRATIS, & medicinæ Græcæ historiam. Libellis singulis fatis fusas adnotationes adjecit explicatorias, subinde etiam emendationes lectionum HIPPOCRATICARUM.

Majoris momenti est RENAUDOTI una excusa epistola, in qua ostendit, nihil valde ad emendationem textuum HIPPOCRATIS posse ab exemplaribus Arabicis sperari. Primas versiones Syriacas dudum periisse. MAMUNI tempore Arabicas versiones factas esse. HIPPOCRATEM potissimum a HONAINO, Græci sermonis non ignaro, discipulo prioris MESUES, tempore MOTAWAKKELI verum esse, laudem doctorum meritum. Ex JOHANNIS versione natas esse Hebraicas. Primas versiones latinas medicorum Græcorum ad Arabicas factas esse (cujus modi sunt libri HIPPOCRATICI, qui exstant in *Articella*), alias ad Hebraicas. Hunc libellum in bibliotheca sua Græca J. ALBERTUS FABRICIUS recusum dedit.

In universum HIPPOCRATEM exstant PROSPERI MARTIANI *nota* Rom. 1619. f. HOTTON. 1626. f. 1652. f. HOTTON. Non quidem omnes libri sunt HIPPOCRATICI, plerique tamen, omissis chirurgicis: neque in totum opus, sed in loca aliqua, ex arbitrio MARTIANI, fusissimi adjecti sunt commentarii. Omnia opera HIPPOCRATIS pro genuinis habet, ut neget, virum peccare posse, ut etiam vanissimas illas venastueatur, quæ a J. M. CASTELLANO Romæ demonstratæ fuerint, & denique nuperos incisores convitietur, qui eas venas non norint demonstrare. Non debere l. *de carnibus* rejici, etsi contineat aliqua doctrinæ Hippocraticæ adversa. Ridicule excusat nimis grandem septimi diei abortum, HIPPOCRATI dictum. L. *de morbis* etiam vehementer laudat. Aliquas tamen suas adnotationes adspersit.

## XXII. VARIA ALIORUM

### Ad HIPPOCRATEM SPECTANTIA.

Ad historiam viri, ad intelligendum scriptorem alioquin difficilem, ad laudandum vel vicissim culpandum, ea spectant quæ nunc dico.

HIPPOCRATIS γένος καὶ βίος κατὰ Σωρανὸν incerti auctoris est, vix celebris Ephesii SORANI, methodicorum principis, qui ægre se abstinuisset, quin aliqua in HIPPOCRATIS placitis reprehendisset. Citat idem SORANUM Coum. Junior  
*pseudo-*

*pseudoforanus*, de quo alias dicemus, etiam deterior est scriptor, quam a quo hanc vitam expectes. Codex ejus est in B. *Medicea Plut.* LXXIV. BANDINI III. p. 42. & 99. si eadem vita est ut puto. Una LINDENIUS edidit J. TZETZES verficulos, quibus aliqua HIPPOCRATIS vita continetur; tum alios aut laudatores viri, aut vicissim reprehensores.

GALENUS, magnus HIPPOCRATIS admirator, & numerosis commentariis, quos citavimus, & propriis operibus HIPPOCRATEM illustravit, quorum aliqua diximus ut in LYCUM, in JULIANUM, alia cum GALENO dicemus, ut libros de HIPPOCRATIS & PLATONIS *decretis*, & των Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξηγήσειν, lexicon nempe vocum difficile, quæ apud HIPPOCRATEM reperiuntur, passim cum GALENO editum, & seorsim apud H. STEPHANUM 1564. 8. \*, in cujus præfatione GALENUS agit de HIPPOCRATIS commentatoribus. Proœmii codex MS. est in B. R. P. n. 2144.

Alterum opus sunt *definitiones medicæ* a PHILOLOGO Paris. 1528. editæ, & cum GALENO Basil. 1562. & alias. Codex est in B. R. P. l. c.

Quid sit GALENI *medicinale* ad HIPPOCRATEM ANT. du VERDIER *bibl. Constantinop.* ego quidem ignoro.

Eodem, quo GALENI lexicon, spectat ΕΡΩΤΙΑΝΟΥ των παρ Ἱπποκράτους λέξεων συναγωγή, quæ cum priori opusculo prodiit, & Venet. 1566. 4. curante B. EUSTACHIO, & cum FOESII HIPPOCRATE Genev. 1657. fol., & cum CHARTERIO. Opera HIPPOCRATIS recenset & in octo classes dividit. Commentatores etiam HIPPOCRATIS enumerat. Opus suum ANDROMACHO dicavit, NERONIS archiatro.

Omnia quidem *lexica Græca* hæcenus huc referas, potissimum tamen vocabulorum medicinalium expositiones Græcas ex HIPPOCRATE, ARETÆO &c. cum latina interpretatione, quam H. STEPHANUS cum paulo prioribus libellis edidit. Ad intelligendum HIPPOCRATEM possint etiam voces Græcæ JULII POLLUCIS usui esse.

HERODOTI LYCII *dictionarium* vocum HIPPOCRATIS antiquarum exstat cum MERCURIALIS Hippocrate Venet. 1588. fol. & cum CHARTERIANA collectione.

Doctissimi viri J. GORREI *definitionum medicarum* L. XXIV. Paris. 1564. fol. 1622. fol. \*. Francof. 1578. f. \* eruditum utique opus est. Voces Græcæ HIPPOCRATIS, per alios scriptores Græcos illustratæ.

Porro *anonymi* in universam HIPP. medicinam commentarius est in B. R. P. n. 6942. latine.

Priorum labores superavit ANUTIUS FOESIUS in HIPPOCRATIS *œconomia Alphabeti serie disposita* Francof. 1588. fol. \*. Genev. 1662. fol. \* doctissimo certe lexico, in quo voces HIPPOCRATICÆ fuscè ex ipso auctore, ex GALENO, aliisque Græcis exponuntur.

SYMPHORIANI CAMPEGII *Symphonia* GALENI ad HIPPOCRATEM absque loco & anno. FALC. 1528. 8.

Parva HIPPOCRATIS *tabula* per PETR. BURCHARD *quibusdam familiaribus scholiis aucta & illustrata* Witteb. 1519. 4. RIV. TR.

J. CORNARI *prefatio in laudem* HIPPOCRATIS Basil. 1531. 4.

EJ. HIPPOCRATES s. *doctor verus* Basil. 1556. fol. \* atque aliqui alii libri Basil. 1543. 4.

HENRICUS de QUELLER in HIPPOCRATEM Coimbra 1543. C. de V. Quid?

MICH. ANGELI BLONDI ex HIPP. *nova & vetere arte medendi deque diebus decretoriis epitome* Rom. 1545. 8. BUR.

GUILBERTI PHILARETI *de conciliatione* AVICENNÆ cum HIPPOCRATE & GALENO Lion 1541. 4. GAL.

ANDR. THURINI *Hippocratis & Galeni defensor adversus* H. FRACASTORIUM *de causis dierum criticorum* Bonon. 1543. 4.

JACOBI SYLVII *ordo & ordinis ratio in legendis* HIPPOCRATIS & GALENI *libris* Paris. 1539. RAST. 1561. 8. Libros divi senis in suas classes distinxit.

JOH. HERMANNI *oratio de vita & familia* HIPPOCRATIS inter MELANCHTHONIS *oratt.* Argent. 1558. 8. Witteb. 1590. 8. B. BUNAU.

MATTHIÆ GARBIZII *oratio de vita, moribus, doctrina & professione* HIPPOCRATIS Tubing. 1564. 8. GUNZ.

FRANCISCUS VALERIOLA *in locorum communium* L. III. fuse egit de HIPPOCRATICA circa crises doctrina Venet. 1563. 4. Lion 1589. 8. 3. vol.

THOMÆ MOUFET *Nosomantia* HIPPOCRATICA, s. *Hippocratis prognostica cuncta ex omnibus ejus scriptis methodice digesta* Francof. 1588. 8. BUR.

NIC. RORARI *contradictiones, dubia, paradoxa &c.* in HIPP. CELSO GALENO &c. Venet. 1566. 8. \*. Scopus est, omnia enantiomata veterum quocunque modo conciliare.

HIERONYMI MERCURIALIS  *censura & dispositio operum* HIPPOCRATIS Venet. 1583. 4. TR. Francof. 1585. 8. \* & Codex MS. in B. Vindob. II. p. 737. Elegans & doctus libellus, quo viam sternebat vir ILL. novæ suæ operum HIPPOCRATICORUM editioni. Quatuor classes acuto sane judicio usus constituit, primam genuinorum librorum HIPPOCRATIS, alteram, quam putat HIPPOCRATIS esse, sed a filiis demum editam; tertiam scriptorum filiorum HIPPOCRATIS, quæ paternæ doctrinæ consona sint; ultimam spuriorum. Utitur & ratiocinio & GALENI sententia, quæ merito magni est momenti, eosque libros habet pro veris, qui breves & graves sunt, & absque ratiocinio.

J. JAC. BASSI *de* HIPPOCRATIS & ARISTOTELIS *decretis* L. III. Papiæ 1594. 4. TREW.

J. HEURNII *de medicina origine, Æsculapii & Hippocratis stirpe & scriptis oratio*

oratio dicta a. 1589. edita Lond. 1608. 4. Compendium vitæ ASCLEPIADARUM & HIPPOCRATIS.

PETRI MATTHIÆ PINI *compendium instar indicis in HIPPOCRATIS COI opera omnia* Venet. 1597. fol. 1737. Queruntur, quod locos, quos citat, non satis definiuerit.

ANDRÆE LIBAVII *de medicina veterum tam HIPPOCRATICA quam Hermetica*, Francofurt. 1599. 8. utcuque huc revoce.

MARCI ANTONII ULMI *Hippocrates medicus* Bonon. 1603. 4.

J. COSTÆI *posthumæ miscellanearum dissertationum decas* Patav. 1658. 12. \*. Prima dissertatio est de *censura librorum HIPPOCRATICORUM*, quam MERCURIALIS proposuit. Negat noster HIPPOCRATEM edidisse quidquam, & conjungit adeo classẽ I. cum II.

J. STEPHANI HIPPOCRATIS COI *theologia in qua PLATONIS ARISTOTELIS & GALENI placita christiana religioni consentanea demonstrantur* Venet. 1638. 4. Recusa a J. A. FABRICIO, in B. *Græca*. Virum cum Christiana fide conciliare studet. Mera declamatio.

HELWIG *totius medicinæ HIPPOCRATICÆ in pauca tabellas redactæ &c.* Norib. 1631. fol. HOTTON.

GUILIELMI BALLONII *definitionum medicarum liber, in quo HIPP. & GALENI loci obscuri explicantur* Paris. 1640. 4. \*. Lexicon medicum doctissimum, quod ad partem artis clinicam spectat. In *consiliis* 1635. 4. \* plurimos aphorismos interpretatur.

CLAUDII TARDY *Hippocratica medendi methodus* Paris. 1676. 8.

MELCHIOR SEBIZ *de divino quod HIPP. in morbis observandum præcepit* Argentor. 1643. 4.

BERNARDI LANGWEDEL *defensio HIPPOCRATIS contra ejus obtretractores* Leid. 1647. 12.

EJ. *colloquium Romano Hipp. inter MARFORIUM & PASQUINUM* una prodiit.

THOMÆ REINESII *variarum lectionum* L. III. Altenburg 1640. 4. \*. Innumera loca veterum restituit, emendavit, illustravit vir doctissimus, etiam ad HIPPOCRATIS I. Epidemicorum. Commentatores HIPPOCRATIS contra GALENUM defendit, qui in suum auctorem iniquus fuerit. Loca aliqua feliciter castigat. Negat usquam de petechiis dixisse. Versiones CORNARII, etiam FOESII, reprehendit.

Vitam cum aliis dedit ESTEVAN de VILLA Burgos 1647. 8. BUR.

ADOLPHUS VORSTIUS *de divino in morbis, quod HIPPOCRATES in prognosticis medicum observare jubet* Leid. 1654. 4.

PETRI a CASTRO *imber aureus s. chilias aphorismorum ex II. Epidemiorum & F. VALESII commentariis extracta* Venet. 1652. 12.

Tom. I.

N

J. BENED.



J. BENED. SINIBALDI *Hippocratis antiphonion* L. V. Rom. 1650. 4. GUNZ. RICHT.

J. ANTONIDES van der LINDEN, qui & HIPPOCRATEM edidit. Ejus sunt *meletemata medicine Hippocraticæ* Leid. 1660. 4. \*, compendium nempe medicine secundum viri placita.

J. CONRAD DIETERICH *Narthecium Hippocraticum, continens Narthecium medicina veteris & novæ juxta ductum aphorismorum HIPPOCRATIS* Ulm. 1661. 4. PL. TREW.

FONTANINI *de veritate philosophiæ Hippocraticæ* Lion 1657. 4.

J. CAROLI LANCII *ex Hippocratis oraculis febrium symptomatum fere omnium cognitio* Bonon. 1667. 8. BUR.

In eum librum CHARISII THERMARII *diastigmatica animadversiones* Bonon. 1667. 12. BUR.

JACOBI SPON *aphorismi novi ex Hippocratis operibus collecti, in suas classes digesti* Lion 1681. 12. \*. In *præf.* agit de Hippocratis operibus, deinde de eorum fide, ubi MERCURIALEM nimis feverum esse putat, & *Jusjurandum* atque 1. *de veteri medicina* defendit, tum alios manifesto spurios. *Aphorismos* ait se ex genuinis folis Hippocratis operibus sumsisse, quod mihi longe aliter videtur. Græce vero & latine eos dat, & commentario illustrat.

SIM. HENR. MUSÆI *de Hippocratis in jure tum canonico tum civili autoritate* Gieß. 1680. 4. MENZ.

GEORG WOLFGANG WEDEL *de demonstratione Hippocratica* Jen. 1689. 4. *De fecula* Coa ib. 1693. 4.

*De holoconitide Hippocratis* ib. 1713. 4. \*.

THOMÆ BURNET, medici Edinburgensis, *Hippocrates contractus, in quo HIPPOCRATIS opera omnia in brevem epitomen reducta habentur* Edinburg 1685. 12. \*. Lond. 1743. 12. Wien. 1737. 8. Argentor. 1765. 8. Singulorum utique librorum, etiam epistolarum breve compendium, tamen ut ad Coacas prænotiones aliqua ex DURETO adspargantur; morbi ex Epidemicis fusè recensentur, tum aphorismi, & breviter libri de diæta.

LEONARDO de CAPOA *raggiamento nel quale narrafi l'origine e'l progresso della medicina e l'incertezza della medesima si manifesta* Napoli 1689. 4. 1714. 8. \* 2. vol. In T. II. traditur historia medicine, & HIPPOCRATES exagitur.

MICHAEL ETTMULLER *medicina Hippocratis Chymica* Leid. 1671. 12. Non huc facit.

DANIEL le CLERC *histoire de la medecine* Genev. 1696. 8. Amsterd. 1723. 4. \*. Habet inprimis compendium doctrine Hippocraticæ summo labore natum & plenissimum, in bonam ordinem redactum. De scriptis etiam viri accurate disputatur.

disputatur. Verum in laborioso opere omnino non fatis sibi cavit Vir Cl. ut de folis certis & genuinis HIPPOCRATIS operibus sua decerperet.

FRID. HOFMANN *de morbo nigro HIPPOCRATIS* Hall. 1701. 4.

GEORG ERN. STAHL *de philosophia HIPPOCRATIS* Hall. 1704. 4.

EJ. *historia pathologica adfectuum cum coxarum dolore symbolizantium Hippocratica* 1708. 4.

In Hispania circa hæc tempora lis exarsit. Primum video prodiisse MICHAELI MARCELINI BOIX y MOLINAS *Hippocrates defendido de las imposturas y calumnias que algunos medicos poco cautos le imputan en particular en la cura de las enfermedades agudas* Madrit 1711. 4. C. de V.

Contra eum virum scripsit ANTONIUS CORRAL *Hippocrates vindicado y reflexiones medicas sobre el Hippocrates defendido* ib. 1717. 4. C. de V.

Et perinde ANTONIO DIAZ da CASTILLO Prof. Alcalanus, in suo *Hippocrates desagraciado de las ofensas por Hippocrates defendido en particular en la curacion de calenturas agudas de dolor de costado y tercianas* Alcala 1713. 4. Madrit 1730. 4. C. de V.

Respondit MICHAEL BOIX *Hippocrates aclarado y sistema de Galeno impugnado por estar fundado sobre dos asorismos de Hippocrates no bien entendidos* Madrit. 1716. 4. Ib.

HERMANNI BOERHAAVE *de commendando studio Hippocratico oratio* Leid. 1721. 4. \*. Scripta senis omnia pro veris recipit.

ANDR. OTTOMAR. GOELICKE *oratio qua HIPPOCRATES ab atheismi crimine nuper ei imputato absolvitur* Hall. 1713. 4. PL. Iterum respondit GUNDLING Hall. . . & 1737. 8. in suarum *Observ. select.* T. III.

Reposita est a GOELICKIO in *defensione pro HIPPOCRATE entheo opposita declarationi sententia de atheismo HIPP.* a N. H. GUNDLING *denuo suscepta* Duisburg 1714. 8.

DANIEL WILHELMUS TRILLER, professor Wittebergensis, vir doctissimus & Græcæ linguæ peritissimus. EJUS *epistolam criticam in FREINDIUM, & alteram de edendo HIPPOCRATE* diximus. Est EJUS præterea HIPPOCRATES *atheismi falso accusatus contra NIC. HIER. GUNDLINGIUM* Rudolf. 1719. 8. \*. GUNDLINGIUS vir acris minimeque sibi diffidens, in *otiis Hallensibus* T. II. 1706. 8. HIPPOCRATEM atheum fecerat. Noster amato seni subvenit, ea potissimum distinctione, ut *θεῶν* pro ipso DEO habeat, & a *φύσει* longe separet, quæ sit corporea & ab igne.

J. ANDR. SCHMIDII *theologia Hippocratis* Helmstatt 4. PL.

FRID. GOTTLÖB JACOBI *specimen philosophiæ Hippocraticæ* Lipsiæ 1717. 4. PL.

M. ERN. ETTMULLER *de diligentia Hippocratis continuanda* Lipsi. 1720. 4. PL.

GEORG LUDWIG GOLDNER *de medicinae origine & medicorum principe Hippocrate* Geræ 1721. fol. PL.

J. CHR. RABE *de Hippocrate barbaris operam negante* Lips. 1722. 4. p. 86.

J. HENRICI SCHULZE *historia medicinae a rerum initio ad annum urbis Romæ 535. deducta* Lips. 1728. 4. \* eruditissima; continet brevius, sed egregium compendium medicinae Hippocraticæ, in quo pariter ut in CLERICI laboriosa epitome desideres, quod adeo multa, & ea potissimum, quæ propius ad curationem spectant, SCHULZIUS ex suspectis, etiam sibi, denique spuris ex operibus, sumserit.

ELIÆ FRIDERICI HEISTER, LAURENTII f. *apologia pro medicis atheismi accusatis* Amsterd. 1736. 8. \* etiam pro HIPPOCRATE.

JAC. VERRION. *Quæstiones duæ medicæ ex Hippocratis & Galeni libris depromptæ* Aquis sextiis 1738. 4. BOEHM.

CAROLI PHILIPPI GESNER J. M. f. nunc archiatri Polonici, *de divino HIPPOCRATIS disp.* Gotting. 1739. 4. \*. Divinum istud in l. *Prænotionum HIPPOCRATI dictum, esse DEUM ipsum, ejus opera, morbosque omnes, vel consueto ordine evenientes, vel insolito.*

RADULPHI SCHOMBERG *novum omnium operum Hippocratis compendium Græco latinum, quod promiserat* Leid. 1746. 4. \* nunquam prodit.

*Speculum Hippocraticum notas & præfagia morborum ex Hippocratis scriptis ordine alphabetico digesta ob oculos ponens prodit* Basil. 1747. 8. auctore J. R. ZWINGER.

GEORG AUG. LANGGUTH *de Hippocrate medicinam a studio sapientia non omnino separante* Witteb. 1744. 4. PL.

J. BARKER *essay on the agreement between ancient and modern physicians* London 1747. 8. \*. Gallice Amsterd. 1749. 8. \*. Agit de HIPPOCRATIS praxi, quæ in morbis acutis eadem sit cum methodo SYDENHAMI.

PAULI de SYLVA de MATOS *commentariorum in HIPPOCRATEM lib. I. MS. C. de V.*

### §. XXIII. COMPENDIUM MEDICINÆ HIPPOCRATICÆ.

Breve erit, siquidem folis de libris id decerpo, qui aut certo genuini sunt, aut certe probabili ratiocinio ad HIPPOCRATEM referuntur. Hanc enim timiditatem omnino necessariam esse persuadeor, quam si negligas, sane efficies, ut HIPPOCRATES tuus sibi manifestissime obloquatur. Ita causas morborum alias & sæpe ab aere & ventis aque anni constitutione: alias ab aere per respirationem adtracto, & in interna corporis penetrante, idem alias a pituita & bile, sæpe a sanguine, pituita, bile duplici, demum & ab his & ab aqua, denique a variis qualitatibus repeti videas, dulci, amaro &c. si qua eorum abundaverit.

In universum eo brevius erit compendium, quod in maxime genuinis HIPPOCRATIS operibus, quædam quasi historia morborum potius quam curatio traditur. Vix enim nisi l. *de victu acutorum* aliqua habet ad curationem proxime spectantia.

ſpectantia. Utar autem & meis adnotationibus, & CLERICI, denique SCHULZII. Ergo primum HIPPOCRATES principium quoddam motus in homine adgnoscebat (a), quod ſibi ſufficiat, a ſe ipſo ſciat omnia, a nemine doctum. Per eam naturam totum corpus regi. Ab ea morbos ſuperari, eam movere movenda, compeſcere motus noxios, tueri quæ offenſam metuunt, humores adfundere.

Criſis erat HIPPOCRATI ſubita, præviſa tamen per ſua ſigna, mutatio morbi in bonam partem, malamve. Eam evacuatione aliqua fieri eaque abundante. Certos criſium dies eſſe, eosque impares.

Signa morborum, ex quibus bonos malosve eventus criſesque prævideas, majorem partem conſtituerunt ſapientiæ HIPPOCRATICÆ (b), & per eam admirabilem patientiam, atque emendatum adnotatorum eventuum in commune axioma conſenſum, nomen ſibi illuſtre paravit. Ea ſigna undique ex habitu corporis, ex reſpiratione, ab excrementis, etiam a pulſu repetebat, ut tamen in eo ipſo ſigno parciffimus eſſet.

Morbos numerosos recensuit, ut tamen olim CÆLIUS adnotaverit, multos, & eos ex frequentioribus, ab eo eſſe præteritos. Non debent tamen morbi obſcuriſſimi divo ſeni imputari, qui in l. *de morbis & adfectionibus* atque *muliebribus* recensentur, & ob quos olim GALENUS eos libros ad ſpurios retulit.

Diæteticen urſit, a priſcis neglectam, magnamque partem etiam curationis morborum in ſelectu cibi potuſque, in balneis, in varia corporis exercitatione poſuit. Potui autem in acutis morbis & facillimo cibo farinoſo plurimum fidebat.

A natura cum criſes exſpectaret, eo minus medicamentis indulſit, quæ certe in libris maxime genuinis, ut in I. & III. Epidemicorum, fere nulla ſunt.

Alvum ducebat, plerumque valentibus medicamentis, quæ ſimul & vomitum cierent. Neque tamen nunquam lenibus & oleraceis utebatur (c). Venam ſecabat in morbis cum inflammatione topica cumque dolore conjunctis, & valide, adque ſyncopen uſque. In puris febribus, in quibus nulla pars corporis peculiariter adfecta erat, non videtur venam incidiſſe. Cucurbitulis etiam utebatur & urebat. Sudorem externis potius auxiliis movebat.

Materia medica in genuinis operibus ſimplex eſt, paucorumque medicamentorum, quæ ipſe noſter videtur præparaviſſe; quare qui 300. plantis, animalibus 150, foſſilibus 36 uſum eſſe docuit C. ALSTONUS, ſpuriorum librorum medicamenta genuinis miſcuit. Plantis potiſſimum uſum fuiſſe PLINIUS auctor eſt (d) & GALENUS.

N 3

In

(a) *De alimentis.*(b) Feſelliſſe tamen ſubinde le FRANCOIS *reſſex.* p. 333.(c) De nimis & ſingularibus medicamentis HIPPOCRATIS vid. *Tr. de la communicat. des mal.* p. 9.

(d) L. XXVI. n. 6.

In acutis malis curandis majorem laudem consecutus est, quam in chronicis. In pleuritide fomenta admovebat, oxymelle, etiam elleborato, sputum promovebat, plurimum potum dabat diluentem. In ea pleuritide, quæ inferiora pectoris tenet, venæ sectione abstinerebat, & alvum movebat.

In tabe alvum & validis medicamentis ducebat.

In hydropse siccante utebatur victu, & acri atque diuretico cibo.

A superstitione & fraude purissimum se servavit. Ante SYDENHAMUM monuit, in morbo ignoto non danda esse valida medicamenta.

#### §. XXIV. HIPPOCRATIS COEVI.

CTESIAS CNIDIUS, gentilis, & æmulus HIPPOCRATIS, in Persia medicinam fecit, & ejus imperii historiam scripsit, manuque pariter curavit. Non memini quidquam medici argumenti scripsisse: in chirurgicis HIPPOCRATEM carpsisse video.

ARISTION, cujus nominis posterioris ævi (a) aliqui medici fuerunt. De isto nihil mihi innotuit, nisi quod GALENUS reliquit, l. de salubri victu a nonnullis ARISTIONI auctori adscribi.

Sic de PHILETA.

PYTHOCLEM medicum citat HIPPOCRATICUS auctor libri VII. Epidemicorum, non equidem genuini.

ACUMENUS, SOCRATIS amicus, exercitationis in aere libero laudator. Eum PLATO laudat, qui jatraca docuerit.

ARCHIDAMUM a DIOCLE citatum CLERICUS habet: sed is titulus libri fuit a DIOCLE scripti.

ERYXIMACHUS a PLATONE in *symposio* nominatur. In harmonia omnium elementorum corporis medicæ artis perfectionem ponebat.

METON HIPPOCRATI coævus, astronomus (b) & medicus.

THUCYDIDEM historicum huc referas, qui pestem ex Æthiopia in Ægyptum penetrantem, Lybiam, & Persiæ subjectas ditiones, Athenas demum vastantem descripsit, contagio, ut videtur, mari advecto, cum in Piræo primum stragem ediderit. Non imperite vero hanc luem descripsit, neque ut idiota. Annum cætera salubrem fuisse adnotat, inde symptomata describit, quæ vitium pulmonis videantur indicare, cum interno ardore, virium constantia, morte die 7. vel. 9. imminente malo in diarrhœam degenerante. Nullum mali constans remedium inventum fuisse. Non putet veri nominis pestem fuisse.

THESSALUS & DRACO, filii HIPPOCRATIS & perinde medici, & gener  
POLYBUS,

(a) GALEN. *fac. alim.* L. I.

(\*) Ib.

(b) PLUTARCH. ALCIBIAD.

POLYBUS. Hos COIS medicos reliquit, cum ipse HIPP. per universam Græciam peregrinatum iret, ut laborantibus populis subveniret (c). His viris omnibus aliquo opera adscripta fuisse diximus, quæ sunt inter HIPPOCRATICA. Libros POLYBI aliquos olim existisse putes, cum hydrophobos φεγγυδους ab eo dictos esse CÆLIUS reliquerit (d).

HIPPOCRATIS filii, quos ARISTOPHANES *sues* dixit, alterius HIPPOCRATIST Atheniensis filii fuerunt.

PRODICUM secundum, a priori diversum, discipulum HIPPOCRATIS, unguentariæ medicinæ secundum PLINIUM (e) auctorem reperias, cujus in voce φλεγμα cavillum GALENUS reprehendit. Hunc ego quidem non satis distinguo, & plurimum hic superest obscuritatis.

Illustrior est DEXIPPUS COUS (f), qui MAUSOLUM amore uxoris suæ celebrem, atque PYXODORUM Cariæ regis (g) filios ea conditione sanavit, ut Cariî a bello abstinere, quod in Coos parabant. Dicitur scripsisse *de febribus, de medicina, de prognosticis* SUIDAS.

APOLLONIUS est, quem HIPPOCRATIS discipulum fuisse lego, & quem recte ERASISTRATUS irrisit, quod ægrotos siti necaret, & aquam iis avarissima mensura dimetiretur (h).

NICOMACHUS, pater ARISTOTELIS, & ipse ex ÆSCULAPII gente fuit, medicinam fecit, & sex de ea arte libros reliquit (i).

MENECRATES Syracusanus, non infelix medicus, qui sibi comites dedit eos, quos maximo malo, epilepsia, liberasset (k), inter eos NICOSTRATUM, hæcenus autem vanitati indulsit, ut in epistola ad PHILIPPUM Macedonum regem, se pro JOVE haberi voluerit, quem PHILIPPUS, non ille humilis ingenii princeps, falsè elusit, thureque in convivio aluit (l).

CRITOBULUS PHILIPPUM sanavit, ferrum sagittæ ab ASTERE infixæ extraxit.

PERIANDER laude medica floruit, non perinde felix in altera artium Apollinearum, PERSI AGESILAI filio cœvus (m).

THEOMEDON EUDOXI Cnidii philosophi & Astronomi nutritor.

EUDOXUS PHILISTIONIS discipulus, medicis adnumeratur, nihil vero de ea arte scripsit, cum alius EUDOXUS, pariter Cnidius, apud LAERTIUM inter Medicos

(c) GALEN. *si quis optimus medicus.*

(d) *Acut.* III. c. 9.

(e) L. XXIX. c. 1.

(f) GALEN. *comm.* III. 1. *de vict. acut.*

(g) SUIDAS III. c. 107.

(h) GALEN. *comm.* III. c. 2. 1. *de vict. acut.*

(i) SUIDAS.

(k) ATHENÆUS L. VII.

(l) ÆLIAN. *var. Lect.* L. XII. c. 51.

(m) PLUTARCH ad Archidami apophthegm.

Medicos nominetur. PHILISTIONEM ipsum huc reponit SCHULZIUS, qui HIPPOCRATI cœvus sit. Verum in his omnibus aliquid superest obscuri.

STRATO medicus, ARISTOTELI dictus, diversus a nuperiori STRATONE ERASISTRATEO (n).

Huc NICOSTRATUM referas, qui concubinæ vim hellebori reliquit, unde ea nomen retulit *anticyræ* (o).

PHAONI tribuebatur a nonnullis liber HIPPOCRATICUS *de ratione victus salubris* (p).

### §. XXV. PLATO.

Atheniensis, SOCRATIS discipulus, inter illustrissimos Philosophorum, summo studio medicinæ operam navasse legitur (a). HIPPOCRATEM, quo erat aliquanto nuperior, legit, ejusque placita recepit, in theoria tamen artis substitit, ad hypotheses pronus, in iisque ornandis eloquens.

EJUS placita medica pleraque colliguntur in TIMÆO s. l. *de natura*, in quo TIMÆUM Locrium Pythagoræum loquentem producit. Physiologica diximus. Sunt autem alia etiam & pathologica, & practica. Morbos alios a quatuor elementis esse, alios a quatuor humoribus. Morbos oriri, quando sanguis vitatur, asper, falsus, siccus & squalidus fit. His graviores esse ossium morbos, gravissimos medullæ. Alii morbi vitio nascuntur pulmonis & spiritus. Febres nervorum & tendinum dolores solvere. Pituita acida & falsa etiam morborum mater fit, bilisque exusta; bilis atra acida est & acris: deterius etiam pus est sanguini mistum. Ab ignis abundantia febres oriri continuas, ab aeris ubertate quotidianas, ab aqua tertianam, a terræ excessu quartanam: animi languores a vaporibus fieri acris pituitæ, amaræ bilis. In curatione nonnisi magno in malo ad medicamenta descendendum, plurimum vero sperandum a corporis apta exercitatione.

Vide fusius ista decerpta apud CLERICUM, neque enim nos hypothesis lubenter immoramur.

Ad historiam medicinæ passim aliqua apud PLATONEM legas.

TIMÆUM gr. lat. cum Commentario CHALCIDII & CICERONIS interpretatione Hamburgi FABRICIUS 1718. fol. edidit B. Tig.

ALCINOUM Platonicum de corpore membrisque hominis & de causis morborum hic dixero, etsi multo posterioris est ævi libellus. Prodiit 1532. 8. gr. lat.

### §. XXVI.

(n) LAERT. V. c. 3.

(o) ATHENÆUS c. 13.

(p) GAL. in *Comm.*

(a) ÆLIAN. *var.* L. IX. c. 22.

## §. XXVI. ARISTOTELES.

NICOMACHI fil. Stagirites, a NICOMACHO MACHAONIS fil. ortus (a), celeberrimus philosophus, cum juvenis voluptatibus obsecutus fuisset (b), ab egestate coactus seplasm aperuit, & medicamenta vendidit pharmacopola (c); medicinam demum ipsam excoluit, neque voluit medicamentum fumere nisi explicata (d) ratione, qua operaretur (e), & causa ob quam præscriberetur. ALEXANDRI M. præceptor, LYCÆI præses, auctor sectæ peripateticæ, denique Chalcide sumto aconito obiit. HIPPOCRATIS scripta legit, ut passim dissentiret. Videtur librum medicum scripsisse, cui CÆLIUS titulum fecit *de adjutoriiis*, libros II. medicinalium forte LAERTIO dictos, in quo phrenitidem (f) non ad mentem quidem CÆLII, definivit. Frigidam etiam in mania commendavit (g).

Passim aliqua vera sunt in iis, quæ habemus, & quæ ad medicinam faciunt. Vermes in capite cervi ubique nasci, sub lingua, ad vertebra, alibi, ante nuperos vidit (h). Mola quinto anno ejecta, cum femina gravidam se putasset (i). Malum pilare in mammis a deglutito pilo (k) subnasci, quod in ISAGOGE (l) reedit, quæ Aristoteli tribuitur. Molæ duræ ut lapis (m). Quæ vesicam habent animalia, iis album quid in urina excepta subsidet (n).

*Problematum* Sect. I. tota est medica, & multa ex HIPPOCRATE habet repetita, potissimum ex l. *de aere aquis & locis*. Aliqua tamen ARISTOTELI propria sunt. Ita in quartana vult per exercitationem sudorem urgeri. Piper abunde sumtum urinam pellere. Elleborum sursum purgare. De vi tempestatum anni. Sed neque aliæ sectiones sunt absque medicis adnotationibus, de sudore, labore. Bovem non tuffire, in calidissimis homines fieri magis longævus, in frigidis febres fieri magis æstuosas.

Plurimæ sunt editiones. Cum commentariis PETRI de APONO & repertorio PETRI de TUSSIGNIANO ex versione THEODORI GAZÆI prodiit Venet. 1518. fol. Ego editione utor SEPTALII Lion 1632. fol. \*. Gr. & lat. cum per amplis comm.

## §. XXVII.

- (a) SUIDAS.
- (b) TIMEUS, ÆLIANUS.
- (c) ÆLIAN. var. L. V. c. 9.
- (d) ID. L. IX. c. 22.
- (e) Ib. c. 23.
- (f) *Acut.* II. c. 13.
- (g) CÆL. *Chronic.* I. c. 5.
- (h) *Hist.* II. c. 15.
- (i) Ib. X. c. 7. *Generat.* IV. c. 7.
- (k) Ib. L. VII. c. 31.
- (l) C. 33.
- (m) *Gener. anim.* L. IV. c. 7.
- (n) *Part. anim.* L. IV. c. 1.



## §. XXVII. COEVI ARISTOTELIS.

ALEXANDER ipse medicamenta invenit. PLUT. Medici in ALEXANDRI M. exercitu numerosi militarunt. Primum dicam CALLISTHENEM, puerorum equidem nobilium magistrum, qui ARISTOTELIS amicus & cognatus, severitate morum corruptæ jam menti principis displicuit, & misera morte longa post supplicia interemptus est. Scripsisse dicitur de *plantis* & de *oculis*, ut medicinam adtigerit.

PHILIPPUS Acarnan, celeberrimus medicus, qui ALEXANDRO post frigidissimum balneum vehementer ægrotanti, cum valens medicamentum præberet, Principis fiduciam expertus est: poculum enim absorbit, cum tamen essent, qui PHILIPPUM veneni dati infimularent.

Contra GLAUCUS, GLAUCIAS ARRIANO, HEPHÆSTIONEM perinde parum continentem, inque febre capream edentem, vinumque bibentem nivatum, cum morti eripere non potuisset, cruci ab impotentis iræ Principe adfixus est (a).

In eadem ALEXANDRI vita PLUTARCHUS ALEXIPPI medici meminit, qui Peucestam sanavit, & ab ALEXANDRO grati animi testimonium meruit.

Et PAUSANIÆ, quem Helleborum CRATERO propinaturum princeps monuit, ut tam valido medicamine summa cum cura uteretur.

HIPPOCRATES IV. DRACONIS f. magni HIPPOCRATIS nepos, abnepos THESSALI, qui filius HIPPOCRATIS fuerat, ROXANÆ medicus (b).

ANDROCYDAS PLINIO dictus, de vini abusu monuit, quæ ipsa causa mortis ALEXANDRO fuit.

CRITODEMUS, & ipse ex ASCLEPIADUM familia, Alexandri vulnera curavit in civitate Malliorum a temerario principe accepta.

THRASYAM Mantineensem, magnum pharmacopolam, in botanicis diximus (c). Sæpe totos fasciculos hellebori absque noxa consumpsisse THEOPHRASTUS (d).

ALEXIAS, THRASYÆ discipulus, acris ingenii homo, reliquam etiam medicinam amplexus est, a qua THRASYAS alienus fuerat (e).

Eadem fere, quæ APOLLONII, PETRONIS fuit in potu condonando parsimonia, antiqui auctoris, & ERASISTRATO prioris, qui febricitantes vestibus opertos ad sudorem cogebat, remittente vero paulo febre frigida potabat, ut sudor abunde manaret, aut copia demum aquæ, etiam cum sale, propinata vomitum extorquebat (f).

Carnes

(a) PLUTARCH. *vit. Alex.*

(b) Ita SUIDAS II. Verum inter Roxanam & HIPPOCRATEM vix putes quinque generationes intercessisse.

(c) B. Bot. L. I.

(d) L. IX. c. 38.

(e) THEOPHRAST. IX. c. 17.

(f) CELS. L. III. c. 9.

Carnes & vinum in febribus concessisse GALENUS (g). Idem PETRON inter optimorum medicamentorum auctores (h) numeratur.

THEOPHRASTUS ERESIUS ex Rhodo insula, Philosophus ob eloquentiam celebris, varia scripsit argumenti medici, de vertigine, de lassitudinibus, quorum codex est in B. D. MARCI; de laboribus, sudoribus, paralyfi, syncope, singultu. Græce prodierunt Francof. 1585. 4. De odoribus, de lapidibus, gr. lat. in oper. TURNEBI, qui latine reddidit.

De sudoribus & vertigine græce latine cum notis GRANGERII Paris. 1576. 8. De suffocatis locus, qui excitari possint, est apud ORIBASIIUM (i). De nervorum resolutione, de animi defectione.

In l. de igne reliquit, in Ponto plurimos ex frigore periisse, plumbum & æs rupta esse. Conjuncta edidit opera viri DANIEL HEINSIUS Leid. 1613. fol. Gr. lat.

L. de igne, de vertigine, de lassitudinibus codices sunt in B. R. P. n. 2278. Græci. POLYDORUS Antipatri medicus, vir summæ sobrietatis (k).

#### §. XXVIII. DIOCLES.

Carystius, ex Asclepiadum schola (a), inter illustrissimos (b) medicos post HIPPOCRATEM laudatus, PRAXAGORA, ut videtur ex PLINII (c) & GALENI variis (d) locis, antiquior, hujus ævi videtur. Totam artem excoluit (e). Ejus libellus ad grandævum ANTIGONUM datus, videtur ad Asiæ regem pertinere, qui inter ALEXANDRI successores fuit.

Ejus libelli codices exstant Vindobonæ (f) in B. Augusta, in Bavaria, græci pariter, MONTEFAUC. I. p. 589. In Medicea BANDINI III. p. 155. in Taurinensi I. p. 385. iterum græce.

Libri etiam DIOCLIS citantur de tuenda valetudine ad PLUTARCHUM (g).

De curationibus L. II. (h). Curationum L. II. (i). Et L. IV. (k).

De febribus (l).

O 2

De

(g) Comm. in viâ. acut. I.

(h) GALEN. compos. gen. L. III.

(i) Synops. L. VIII. c. 57.

(k) ATHENÆUS L. XI.

(a) SEXT. EMPIR. hypoth. III.

(b) PLIN. L. XXVI.

(c) Id. L. XXVI. n. 6. Conf. CÆLIUM acut. III. c. 5.

(d) In JULIANUM, adversus ERASISTRATUM, ad THRASYBULUM ad fin.

(e) GALEN. Thrasylbul.

(f) LAMBECC. VI. 110. 114. 116. 117.

(g) ATHEN. L. I. II. VII. CÆL. Chron. V. c. 1. III. GALEN. aliment. fac. I.

(h) CÆL. Chron. V. c. 1. II. c. 4.

(i) Ib. L. II. c. 4. V. c. 1.

(k) Acut. III. c. 17.

(l) Acut. I. c. 12.

De passionibus, earum causis & curationibus (m).

De prognostico (n).

Archidamus, in quo de oleo egit, a GALENO refutatus (o).

Περί ιντζεικ (p).

De mulierum morbis (q).

De medicamentis venenatis (r).

Epistola de morborum prasagiis & eorum remediis ad ANTIGONUM opera MIZALDI prodiit Parif. 1572. 8. 1607. 8. apud MORELLUM.

BALTH. SCHULTIUS eandem cum scholiis edidit Witteb. 1606. 12. RIV.

In FABRIC. *bibl. Græca* redit gr. lat. inque vol. XII.

Latine Venet. 1545. 8.

Gallice Parif. 1677. 8. 1668. 8.

Germanice *Regiment für alle zufallende Krankheiten des Leibes* Straubingen BOECL. Vertit TRAGUS.

Codex græcus est in B. R. P. n. 2244.

Aliqua de ratione vomitus movendi, alvique. Morbi secundum anni tempora: & alternæ illæ, inter HIPPOCRATICOS libros pariter reperiundæ, dominationes pituitæ, sanguinis, bilis utriusque: ut non immerito dictus sit HIPPOCRATEM sequi.

In præceptis salubribus egit etiam, de equis verno gramine recreandis (s).

In diætetis agit de pane (t), de cerealibus (u), de aquæ optimæ signis (x).

Duos libros facit CLERICUS, alterum de conservanda valetudine, alterum de ciborum præparatione. Idem forte opus fuerit. HARDUINUS duos, unum salubrium, alterum de tuenda valetudine.

De avibus, piscibus, testaceis (y) egit.

Idem

(m) CÆL. *Acut.* III. c. 4. 17. 21. L. II. c. 7. L. I. c. 12. Tard. IV. c. 3. V. c. 1. 2. III. c. 4. 8. L. II. c. 12.

(n) Id. L. IV. c. 8. 4.

(o) *Simpl. fac.* II. c. 5. 6. 18. 19.

(p) EROTIAN.

(q) GALEN. *Comm.* II. in l. VI. *Epid.*

(r) ATHENÆUS XV.

(s) HIEROCLES Veterinarius.

(t) ATHEN. L. II.

(u) GALEN. *fac. alim.* I.

(x) ATHEN. *ib.*

(y) Id. L. III. &c.

Idem docuit, non posse medicamentorum facultates a sapore, a calore, a frigore & ejusmodi conspicuis facultatibus definiri, neque aliam nisi in experientia spem superesse (a).

Locus ex eo libro de præparatione alimentorum & de coquina exstat apud ORIBASIUM (b).

Apud eundem de aqua corrigenda dum coquitur cum alumine addita argilla (c).

De victu itinerantium (d) & navigantium (e).

Carnes dabit catulorum (f), asinorum.

Cibum alium æstate dabit, alium hieme (g).

Ad pathologiam hæc ejus placita pertinent. Morbos fere esse ab alimentorum inæquali commistione (h). Febres fere aliis morbis supervenire (i). Sudorem non esse de natura hominis (k) fani.

Venas pulmonales in peripneumonia pati (l), pleuriticis membranam succingentem (m). Catalepticos vidit, quibus malum per paroxysmos recurret (n).

Icterus post febrem bonum, ante febrem malum esse (o).

Volvulum in tenui intestino chordapsum dixit, in crasso ileum (p).

In universum dies observavit, etiam in eo Hippocraticus. Diem XXI. primo loco post vigesimum diem posuisse (q) GALENUS.

Lumbricos vomitu redditos nihil (r) alieni significare, per inferiora mortuos & inanes melius descendere.

Sterilitatem fieri a curvatione veretri, paralyfi (s) genitalium virilium, ad feminæ membra mala proportione.

O 3

Hydropem

(a) Apud GALENUM *alim. fac.* L. I.

(b) *Coll.* L. IV.

(c) L. V. c. 4.

(d) *Ib.* c. 31.

(e) C. 33.

(f) SEXTUS *hypotyp.* III.

(g) CÆL. *acut.* II. c. 20.

(h) PLUTARCH. *plac.*

(i) *Ib.*

(k) GALEN. *sympt. differ. ad fin.*

(l) CÆL. *Acut.* II. c. 28.

(m) *Ib.* c. 16.

(n) C. 10.

(o) CELS. III. c. 24.

(p) *Id.* IV. c. 13.

(q) GALEN. *decret.* I. c. 4. *Id.* de *dieb. decret.* I. c. 3.

(r) CÆL. IV. c. 4. ex l. *prognost.*

(s) PLUTARCH. *placit.*

Hydropem faciebat hepaticum & splenicum (*t*). Medicamentis utebatur efficacibus. Vomitum (*u*) urinam & sudorem calidis plantis movebat (*x*). Ex vena multum sanguinis mittebat (*y*). Venas etiam linguæ fecabat (*z*).

In pleuritide venam fecabat, alvum ducebat (*a*).

In peripneumonia acerrimos clysteres subiciebat (*b*), purgantia dabat, odora-  
menta capiti admovebat, etiam opium, pane alebat.

In phrenitide juvenum venam fecabat, lavabat (*c*).

In lethargo acutissimas dabat potiones (*d*), sternutationem movebat.

In synanche acria inungebat (*e*), etiam Staphynagriam, quæ fauces inflammat.

In tormento (ileo), iterum HIPPOCRATEM sequebatur, venam fecabat, fovebat (*f*), clysteres dabat acres, & catapotium ex plumbo devorandum.

In cholera vomitum frigida ciebat, vinum nigrum dabat cum polenta &c. (*g*).

In tabe vaporibus utebatur, psychrolusia, allio, vino, sudoremque (*h*) movebat, certe non bene (*i*).

Morbum hypochondriacum bene describit, qui ex (*k*) debilitata ciborum coctione oritur, & in quo flatus dominantur.

In hydrope vomitum, alvum, sudorem movebat (*l*).

Lienosos phlebotomia curabat, jecorios helleboro purgabat (*m*).

In ischiadico malo utebatur diureticis medicamentis (*n*), siccabat, refrigerabat.

In epilepsia ex vinolentia & carneo victu nata venam fecabat, vomitum movebat,

(*t*) CÆLIUS *tard.* L. III. c. 8.

(*u*) ORIBAS. L. VIII. c. 22.

(*x*) CÆL. *tard.* L. III. c. 8.

(*y*) *Acut.* L. I. c. 12. ex l. de febr.

(*z*) Et ex l. de *pass. curat.*

(*a*) CÆL. *acut.* L. II. c. 20.

(*b*) *Id.* L. II. c. 29. ex l. de *passion. cur.*

(*c*) *Acut.* L. I. c. 12.

(*d*) *Ib.* L. II. c. 7. ex l. *passion. cur.*

(*e*) L. III. c. 4. ex l. *pass. curat.*

(*f*) *Ib.* c. 17. ex L. *pass. cur.* & L. 4. de *curat.*

(*g*) CÆL. *acut.* L. III. c. 21.

(*h*) *Tard.* L. II. c. 14. ex l. *pass. cur.*

(*i*) *Ib.*

(*k*) GALEN. *loc. adf.* L. III.

(*l*) CÆL. *tard.* L. III. c. 8. ex l. *pass. cur.* &c.

(*m*) *Ib.* c. 4. ex L. *pass. cur.*

(*n*) *Chron.* L. V. c. 1. L. *pass. cur.*

movebat, & sternutationem, equorum dabat impetigines, superstitiosa remedia (o).

Paralyfin & epilepsiam felix clinicus curabat (p).

In dysenteria lac cum melle, etiam diuretica dabat (q).

Iterum in dysenteria lente purgantia, gallas, opium (r).

In mania frigidam (s).

Hæmorrhagias taurino glutine & amylo compescebat (t), purgabat, vomitum ciebat.

Botanica conf. B. Bot. I. p. 40. Chirurgica B. Chir. I. p. 16.

Alius DIOCLES Chalcedonius citatur a GALENO (u).

### §. XXIX. PRAXAGORAS (a).

NICARCHI f., Cous, ex Asclepiadum familia (b), præceptor PHILOTIMI & HEROPHILI (c). Medicina ejus fere in herbis fuit (d), totam tamen artem coluit (e).

Ejus citantur LL. *curationum* (f).

*Peregrinarum passionum* (g).

L. *de morbis* (h).

L. *de causis passionibus & curationibus* (i).

L. *pharicorum* (k).

De *humoribus* (l).

In

(o) CÆL. *chron.* L. II. c. 4. ex L. II. *cur.*

(p) *Id. tard.* II. c. 4.

(q) *Tard.* L. IV. c. 3. 6. ex l. *pass. cur.*

(r) L. I. c. 6. *ib.*

(s) *Chron.* L. I. c. 5.

(t) *Tard.* L. III. c. 13.

(u) *Comp. sec. loc.* L. VII.

(a) *B. Bot.* I. p. 41.

(b) *GAL. med. fac.* L. I.

(c) *Id. alim. fac.* L. III.

(d) *PLIN.* L. XXVI. n. 6.

(e) *GALEN.*

(f) L. I. apud CÆL. *acut.* L. III. c. 21. *tard.* L. III. c. 11. L. IV. c. 6. Liber II. apud CÆL. *acut.* L. II. c. 4. 8. *Chron.* L. II. c. 4. 5. 12. L. III. c. 8. Liber IV. apud CÆL. *Acut.* L. III. c. 4.

(g) L. III. *Acut.* III. c. 17. 20.

(h) L. II. apud CÆL. *Acut.*

L. III. apud CÆL. *tard.* L. V. c. 2.

(i) CÆL. *Acut.* L. III. c. 17.

(k) SCHOLIASTES NICANDRI. Ejus libri locus est ap. *GAL.* in *aphorismos.*

(l) *GALEN. atr. bil.*

In Pathologicis paralyfin ab apoplexia non separabat, ut neque HIPPOCRATES, neque DIOCLES (m).

Phrenitidem non tetigisse (n) CÆLIUS.

In peripneumonia docuit laborare partem pulmonis spinæ connexam (o), pleuritidem & ipsam dixit pulmonis esse malum (p).

Sedem febris esse in vena cava (q).

Febres acutas dixit lethargicas, phreniticas, uterinas (r).

Febres usque ad pubertatem mortales fieri, frequentius catochos, quæ etiam in lethargum abeant (s).

Pituitæ vitreæ nomine usus est (t), succosque humanos sapore varios (u).

Pulsus voce eo sensu utebatur, quo GALENUS (x), non quo HIPPOCRATES, eosque pulsus quantitate & palpitatione differre, non qualitate (y) docuit. Idem GALENUS in pulsu nuperos PRAXAGORÆ sensum secutos esse.

De diæticis egit. Pomorum succum (z) dixit erodentem. Aquam pluviam laudavit (a).

Rariores eventus passim adnotavit. Famulum suum sex libras panis in diem absumsisse (b), neque inde recreatum fuisse.

Pus cuidam per sedem erupisse, & tamen duodecim annis supervixisse (c).

In curandis morbis, validis, etiam paradoxis auxiliis usus est. Venam utique secuit, putes etiam de venæ sectione scripsisse (d).

In lethargo tenui utebatur diæta, tamen ut merum daret, fomenta pedibus (e) adhibebat.

In cholera vomentibus mulsam calidam dabat (f) potandam.

Ad futuram pleuritidem avertendam acribus utebatur. In ipso morbo venam post quintum diem non secabat: posterioribus diebus alvum ducebat, etiam helleboro,

(m) CÆL. *acut.* L. III.

(n) ID. *ib.* L. I. c. 12.

(o) L. II. c. 28.

(p) *ib.* c. 16.

(q) RUFUS.

(r) GALEN. in *Epid.* L. VI. *comm.*

(s) CÆL. *acut.* L. II. c. 10.

(t) GAL. *sanit. tuend.* c. 9.

(u) RUFUS.

(x) HIPPOCR. *plat. decret.* L. VI. c. 1.

(y) *Compend. puls.*

(z) ATHEN. L. III.

(a) ID. L. II.

(b) ASCLEPIADES ap. CÆLIUM *tard.* L. III. c. 2.

(c) RUFUS *morb. vesic.* p. 7.

(d) GAL. *adversus ERASISTRATEOS.*

(e) CÆL.

(f) ID. *acut.* L. III. c. 21.

helleboro, corpus diu jejunum servabat (g). Peripneumoniam eodem curabat modo, quo pleuritidem (h).

In synanche vomitum movebat, uvam præcidebat, aut dividebat (i).

In tetano vomitu etiam utebatur & clystere (k).

In volvulo audacem administrationem chirurgicam proposuit, quam diximus (l). Vomitum etiam ciebat.

In paralyfi vomitum excitabat, alvum ducebat, lac dabat cum aceto (m).

In tabe & ipse in principio helleborum propinabat (n).

In dysenteria peplio cum lacte alvum evacuabat (o).

In epilepsia vomitu, sternutamento, ustione, incisionibus, alvum ducentibus utebatur (p).

Jecorosos vomitu, venæ sectione, ustione, cauterio curabat (q).

In hydrope malagmatibus indulgebat, etiam sudorem ciebat, dabat diuretica, strobilos, chamæpityn, radicem graminis (r).

#### §. XXX. DISCIPULI PRAXAGORÆ.

PLISTONICUS inter eos fuit (a), pariter ut præceptor in humorum cognitione laboriosus, in quibus morborum fere causam poneret. Inter medicos illustriores GALENUS (b) numerat, & laudat, quod veterum præcepta conservaverit (c).

Glandes ex elleboro factas ano subdebat, ut vomitum excitarent (d); dedit etiam ad odorandum, ut mucum educeret.

Alius ejusdem viri discipulus fuit PHILOTIMUS (e). Totam artem calluit (f) inter claros medicos a CELSO relatus (g).

Curatio.

(g) CÆL. L. II. *Acut.* c. 21.

(h) ID. *ib.* c. 29.

(i) L. III. c. 4.

(k) *ib.* c. 21.

(l) *Bibl. Chir.* I. p. 16.

(m) CÆL. *tard.* L. II. c. 5.

(n) ID. *ib.* c. 12.

(o) L. IV. c. 6.

(p) L. II. c. 4.

(q) L. III. c. 4.

(r) *ib.* c. 8.

(a) *B. Bot.* I. p. 41.

(b) *Metb. med.* L. II. c. 5.

(c) *ib.* L. I.

(d) ORIBAS. *Coll.* VII. *fin.*

(e) GALEN.

(f) ID. *Ibrafsyb. fin.*

(g) *Præf.* L. I.



Humorum studium & pituitam vitream a PRÆCEPTORE recepit (b).

Curationem interiorum adtigit (i), & l. IV. *de alimentis* scripsit, cujus (k) operis primum librum GALENUS non probat, quod ea omittat, quæ sint utilissima (l). Leviter scripsisse de cucurbitis, & aliisque aquosis oleribus: sed etiam ob ea citatur, quæ de piscibus dixit (m).

Locum ex eo opere conservavit ORIBASIVS (n), de carniū animalium differentiis, oleribus.

Alio loco de tempore egit, quo cibus dari debeat. Videtur passim frigidam improbare (o).

Alio elleborum docet raphano inferere (p), & postridie raphanum dare devorandum, ut mitius alvum duceret.

Antidotus PHILOTIMI apud ARCHIGENEM exstat, junioris potius, ut puto, medici (q).

Pleuritidis sedem in pulmone ponebat (r). Dierum observationem non negligebat (s).

Multo celebrior alius fuit Cl. viri discipulus CHRYSIPPUS Cnidius, ERINEI f., medicus, quem a CHRYSIPPO philosopho nuperiori, & a CHRYSIPPO ERASISTRATI (t) discipulo oportet distinguere, & a CHRYSIPPO ASCLEPIADEO, nam etiam CHRYSIPPUS philosophus medica scripsit. Noster quartanæ medebatur adligato phrygiano (u), non nimis hic philosophus. Ægyptum cum EUDOXO Cnidio adiverat (x).

De oleribus scripsit (y), magnus laudator brassicæ (z), ejusque medicina in herbis fere versata est (a).

Magnam in arte medica conversionem molitus est (b), cum venæ sectionem profcri-

(b) GAL. *symp. caus.* L. I. c. 7.

(i) CÆL. *tard.* L. I. c. 4.

(k) L. II. *de piscibus* GALENUS citat *fac. alim.* L. III. *conf.* ATHEN. L. III. ORIB. L. II. c. 65.

(l) GAL. *fac. aïm.* L. I.

(m) ID. L. III.

(n) *Collect.* I. c. 69.

(o) ORIBAS. L. V. c. 32.

(p) *Coll.* VII. *fin.*

(q) Ap. AETIUM L. I. c. 13.

(r) CÆL. *acus.* L. II. c. 16.

(s) GAL. *de dieb. decret.*

(t) DIOGENES LAERT. L. VII.

(u) PLIN. L. XXX. n. 30.

(x) DIOGEN.

(y) LAERT. L. VII.

(z) PLIN. L. XX. c. 9.

(a) ID. L. XXVI. n. 6.

(b) L. XXIX. c. 1.

proscriberet, cujus in locum (c) vincula brachiis injiciebat; idem purgationes alvi primus rejecit, cum tamen vomitum cieret.

Impendenti tamen periculo prospexisse GALENUS fatetur (\*).

De *catocha* scripsit, & ejus l. locus exstat apud CÆLIUM (d). Medicamenta præscripsit nimis acria, etiam diagyridium, castoreum.

Doliare vaporarium in hydrope laudavit (e).

Scripta ejus jam GALENI ævo adeo erant rara, ut metus esset, ne undique perirent (f).

Hujus ejusdem ævi etiam MNESITHEUS (g) fuit Atheniensis, ille celebrior, quem PAUSANIAS laudat & GALENUS (†). In rationali theoria nemini putatur cessisse, neque in arte exercenda (h). Ejus l. erat de *eduliis* (i) eorumque *medica facultate*, in quo egit de carnibus varii generis, de ostreis, conchis, pane. Alias esse radices, alias folii, alias caulis facultates (k).

Morbos subtiliter divisisse & subdivisisse (l). Dulcia & falsa alvum ducere, amara urinam, acerba sistere docuit. In peripneumoniæ principio cepas desideratas saluti fuisse (m). Idem videtur, qui GALENO teste *περι ονομασιων των φαρμακων* scripsit.

Huic interim MNESITHEI voces adscribo, quæ de periculoso sed efficaci hellebori usu (n) deque clysteribus administrandis apud ORIBASIIUM exstant. Inquiri, cur clysteres ob vitiosum ægri situm, & instrumenti, & vesicæ plenitudinem, minus respondeant (o).

Alter medicus ejus nominis, Cyzicenus, minori fuit fama, & ipse de *brassica* scripsit, ægre separabilis (p).

DIEUCHES (q) iterum de *brassica* scripserat (r) & de *alimentis præparandis* (s), hordeo, pane, ptisana, sorbitionibus farinosis &c.

P 2

A GA-

(c) GALEN. *advers.* ERASISTR.

(\*) *De vena sect. adv.* ERASISTR.

(d) *Acut.* L. II. c. 5.

(e) GALEN. *util. respir.* c. 4.

(f) *Advers. Erasistr.*

(g) GALEN. *metb. med.* L. I. cum PLISTONICO.

(†) *Art. curat.* ad GLAUCON.

(h) GALEN. *Introd.*

(i) ATHEN. L. III.

(k) GAL. *fac. alim.* L.

(l) *Id. art. cur. ad Glauc.*

(m) PLUT. *quæst.*

(n) ORIB. *Coll.* L. VIII. c. 9.

(o) C. 38. *ib.*

(p) ATHENÆUS.

(q) *Conf. Bibl. Bot.* I. p. 80.

(r) PLIN. L. XX. c. 9.

(s) ORIBAS. IV. c. 7.

A GALENO ad hanc ætatem refertur (t).

Leviter alvum ducentia recenfer.

NUMENIUS, Heracleotes (u), DIEUCHIS discipulus, de thermis scripsit (x).

Ejus medicamenta CELSUS habet (y).

EUENOR parum cætera notus Halicacabum laudabat (z).

Pleuritidem dixit pulmonis esse morbum (a).

Cisterninam aquam, nempe pluviam laudavit (b).

Radicem ari Ægyptii tusam imponebat ad renum mala & epiphoras (c).

Paracetesin rejecit in L. V. *curationum* (d).

MEDIUS huc fecerit, si CHRYSIPPI discipulus fuit, qui apud ANTIGONUM R. sapienter renuit, amicum principis hydropicium curandum suscipere, quem cum PHILIPPUS Epirotes (e) curare vellet, male feriatuſ homo malagmatibus devoratis & urina pota periit. Non videtur adeo, etsi patria consentit, idem nosſter PHILIPPUS fuisse, qui ALEXANDRI medicus, neque PHILIPPUS, cujus sæpe GALENUS meminit, & quem alias dicemus. MEDIUS cæterum venæ sectione ut alii CHRYSIPPI discipuli abstinebat.

PASITHEMIS a LAERTIO cum MEDIO (f) conjungitur.

HERACLIDES Ponticus hujus ævi fuit, Philosophus & medicus, cujus erat I. περιγινωσκων (g), & alius περιπατης (h), f. de ea nempe femina, quam post longam synopen, cum non videretur respirasse, nec pulsus superesset, EMPEDOCLES restituit.

XENOCRATES PLATONIS auditor, quem diversum esse puto ab alio XENOCRATE nuperiori, sæpe a GALENO citato.

STRATON philosophus, successor THEOPHRASTI (i), physicus, aliqua medica scripsit, *de morbis, de judiciis, (crisibus)*.

ARISTOGENES Thasius, CHRYSIPPI servus & discipulus, ANTIGONI Gona-tæ medicus, pariter a venæ sectione abstinens (k).

APOLLO-

(t) *Metb. med.* L. I.

(u) ATHENÆUS L. I.

(x) *Scholiasſt.* NICANDRI.

(y) L. V. c. 15.

(z) PLIN. L. XXV. c. 105.

(a) CÆL. *Acut.* L. II. c. 16.

(b) ATHENÆUS L. II.

(c) PLIN. L. XX. c. 73.

(d) CÆL. *tard.* L. III. c. 8.

(e) CELS. L. III. c. 21.

(f) *Medicæ* L. V. c. 4. n. 9.

(g) CLEMENT. ALEX.

(h) LAERT. *Empedocl.* GALENUS *Loc. affect.* L. VI.

(i) Id. L. V. c. 3.

(k) SUIDAS. GALEN. *advers. Erasistrat.*

APOLLODORUS, qui de vino ad PTOLEMÆUM LAGI fil. scripsit (1), etiam STRABONI dictus.

METRODORUS ERASISTRATI præceptor, gener ARISTOTELIS, idem medicus (m).

PHANIAS Erefius, cujus Lib. V. de plantis exstiterunt, discipuli ARISTOTELIS. Qui serpentum morsu laniari debebant, eos accepto malo citrio ab aspidibus non fuisse læsos (n). Nuper in herculani ruderibus PHANIÆ opus medicum detectum fuit, non vero expeditum.

POLYIDAS fere cum ANDRONE conjungitur. Ejus celebris est sphragis (o). Et pastillus (p). Non videtur vetustus ille POLYIDAS esse, & nomen *sphragis* mihi potius nuperioris ævi videtur.

MAGONIS Carthaginienfis, qui de *mulomedicina* scripsit, PLINIO dicti, ætatem ignoro, non multo ferioris tamen ævi fuerit. Aliqua ejus loca exstant apud Veterinarios.

ARATI SOLENSIS ANTIGONO carus aliqua habet huc facientia, & compositiones medicamentorum.

### §. XXXI. ERASISTRATUS.

Ex Julide insulæ Cææ urbe (a), ARISTOTELIS, ut PLINIO videtur (b) ex filia nepos, ex sorore nepos MEDII (c), vir illustris, qui magna in aula Syria laude floruit, sectamque vigentem reliquit, quæ GALENI adhuc tempore superavit.

A CHRYSIPPO multa didicisse LAERTIUS auctor est (d), etsi non certo inde eruas, fuisse ejus CHRYSIPPI (e) medici Cnidii discipulum, quem diximus. Sunt etiam qui THEOPHRASTI discipulum fecerunt (f), verisimilem sententiam secuti, alii PLATONIS.

Ægros non adibat, domique se continebat (g). Magnam gloriam adtigit, cum ANTIOCHI SELEUCI filii amore novercæ STRATONICES depereuntis morbum detexit, aptoque stratagemate obtinuit, ut pater SELEUCUS ei amata conjuge

P 3

cederet

(1) PLIN.

(m) SEXTUS *Empir.*

(n) ATHEN. L. III. conf. *B. Boz.* p. 38.

(o) CÆLIUS *Acut.* L. III. c. 4.

(p) TRALLIAN. III. p. 207.

(a) SUIDAS. Coum facit STEPHANUS.

(b) L. XXIX. n. 3. nam SEXTUS nullum filium ejus PŶTHIADIS habet, qui ERASISTRATUS vocetur.

(c) p. 116.

(d) L. VII.

(e) Discipulum facit GALEN. de V. f. *advers. Erasistr.*

(f) LAERT. L. V. c. 2.

(g) GALEN. *advers.* ERASISTR.

cederet (b). Acuti ingenii vir, qui minutissime & fusissime (i) præparationem medicamentorum describebat, ab HIPPOCRATE passim discessit, unde factum est, ut GALENUS eum semi dogmaticum vocaret (k), quum tamen HIPPOCRATEM in aliis secutus sit (l). Gravis enim vir & suæ dignitatis memor (m) fuit, HIPPOCRATEM adeo non deprimere studuit, ut mallet (n) ejus discipulos APOLLONIUM & DEXIPPUM refutare, omisso Coi senis nomine. Malos potius auctores amabat refellere (o), quam bonos. Male HIPPOCRATEM exposuisse (p), GALENUS objecit, forte quod æmulus. Fateri certe norat ingenuus, quæ ignoraret (q), quæ magna laus est.

Univerfam artem adigit, Physiologiam etiam potissimum, neque alienis placitis se submisit. Id ei vitio GALENUS vertit (r). Multa scripsit.

L. *περι της κατ' όλον πραγµατειας* (s).

De re medica L. IX. (t).

De divisionibus (u).

Librum *adversariorum*, in quo suas adnotationes recensēbat.

De rejectione sanguinis, quem puto etiam esse *l. de educatione sanguinis* (x).

De ventre (y).

De febribus (z).

De causis (a).

Contra Medicos Coos (b).

Salutarium præceptorum LL. (c).

De tuenda valetudine (d).

De

(h) GALEN. *Præcogn.* PLUTARCH. in DEMETR. SUIDAS fufe III. p. 296. &c.

(i) *Advers.* ERASISTR.

(k) *Nat. bum.* c. 1. *Metb. med.* L. III.

(l) GALEN. *comm.* I. in *l. de viç. acut.*

(m) *Id.* passim.

(n) GAL. *Caus. procatar* I. c. 15. *comm. in l. de viç. acut.* I. ex *l. de febribus.*

(o) *Fac.* L. II. c. 8.

(p) *Comm. in Epid.* L. VI.

(q) A. GELL. L. XVI. c. 3.

(r) *Caus. procatar.*

(s) ATHEN. L. XV.

(t) SUIDAS I.

(u) GALEN. *adversus Erasistrateos.*

(x) *Ib.* & *de libris suis* L. IV. c. 6.

(y) L. III. CÆL. *tard.* L. IV. c. 3. *Acut.* II. c. 31. L. II. *tard.*

(z) L. I. GALEN. *caus. procatar.* *Comm. in L. I. de viç. acut.* CÆL. *tard.* L. IV. c. 6. *Acut.* L. III. c. 17. GAL. *adv.* ERASISTR.

(a) DIOSCOR. *theriac.* præf.

(b) Ita CLERICUS, non vero satis novi, an proprio libro, an alio, in eos medicos dixerit.

(c) L. II. CÆL. *tard.* L. II. c. 7. *Acut.* L. III. c. 21.

(d) L. I. ap. GALEN. *pletbor.* c. 6.

De medicamentis & venenis (e).

L. de singulorum morborum curatione (f).

L. Anatomicorum de singulis passionibus, idem forte liber (g).

De podagra (h).

De hydrope (i).

De vulneribus (k).

De consuetudine (l).

De paralyfi (m).

L. de summa citat RAZEUS.

Hæc omnia quidem interierunt, multi vero loci ERASISTRATI & ejus placita apud GALENUM & CÆLIUM supersunt. Negabat partem ullam adfici, nisi in qua tumor sit & ulcus (n). Inflammationis ejusmodi tradebat theoriam. Arteriam spirituum, venam sanguinis esse receptaculum. Oscula sanguinea naturaliter contracta convergere, a violenta tamen causa aperiri, sanguinem ad arterias venire, & hominem ægrotare, transire etiam ex arteriis in venas per venæ sectionem & per successionem, metu vacui, quando spiritus effluxit (o).

Paralyseos causam faciebat illapsum humoris noxii in vasa pulmonum, qui sit lentus & tractitius (p).

In tractatione plenitudinis a GALENO carpitur, quod plethoræ ad vires non meminerit (q). Adgnoscebat vere topicam febrem nullam esse absque inflammatione (r).

In peripneumonia arterias pulmonis pati (s). Sedem pleuritis in pleura esse (t). Peripneumoniam alibi omisisse dicitur (u) & curationem tetani (x).

Alios paralyticos tensione nimia laborare (y), (Spasmo) alios conductione.

Hydrops

(e) DIOSCOR. L. V. c. 18.

(f) GALEN. *comm.* III. in. I. I. de *vict. acut.*

(g) CÆL. *Acut.* L. III. c. 4.

(h) ID. *tard.* L. V. c. 2.

(i) *ib.* c. 8.

(k) *Advers.* ERASISTR.

(l) GALEN. c.

(m) *ib.*

(n) GALEN. *Loc. adfect.* L. VI.

(o) *De venæ sect. advers.* ERASISTR.

(p) GALENUS *de atra bile.*

(q) ID. *pleth.* c. 6. ex I. I. de *tuend. valet.*

(r) CELS. L. III. c. 16.

(s) CÆL. *Acut.* L. II. c. 28.

(t) ID. *ib.* c. 16.

(u) C. 29.

(x) Apud CÆL.

(y) *Tard.* L. II. c. 1.

Hydropis causam in scirrho (z) hepatis ponebat.

Vomicam ad cor dixit, ut puto, primus (a).

A paralyfi vesicæ urinæ fieri incontinentiam (b).

Bonitatem aquæ nolebat statim explorari (c), quod idem bonæ aquæ malæque pondus esset.

Quid peregrinantibus faciendum sit in aquis commutandis apud ORIBASIIUM docuit (d).

De victu peregrinantium IDEM (e).

Causas procatarticas adgnoscebat, nolebat tamen haberi in causarum numero. Plus solidis partibus, quam humoribus in causis morborum tribuebat (f).

In febris actione vehementer aberrabat. (g).

Tres causas fecit hæmorrhagiæ, eruptionem, putredinem, anastomofin (h).

Pulsus eo sensu sumsisse GALENUS (i), quo HIPPOCRATES.

Incalescentes particulas in causis morborum numerabat (k).

In ipsa curatione mitiora fere sequebatur consilia, plantisque (l) utebatur, iisque frequenter refrigerantibus, cichoreo, cucurbitis, rejectis metallicis (m). Ab empirismo alienus, negabat absque causæ cognitione morbum curari posse (n). Recte monuit, non esse in omnibus hominibus eundem ejusdem medicamenti effectum: esse etiam qui alia & alia facilius digerant (o).

Simplicia præferebat compositis (p), neque magnas amabat antidotos, in eo ab HEROPHILO diversus.

Video etiam in dysenteria cibus magis quam medicamentis usum esse (q). De dysenteria & hienteria locus ejus est apud GALENUM (r).

Ex theoria timebat, ne e venis sanguis in arterias transfiret.

CHRYSIP-

(z) GAL. *fac.* L. II. c. 8.

(a) CÆL. *tard.* L. V. c. 10.

(b) Id. *ib.* L. II. c. 1.

(c) Ap. ATHENÆUM L. II.

(d) *Syn.* L. V. c. 32.

(e) *ib.*

(f) GAL. *de atra bile.*

(g) Id. *crif.* L. II.

(h) CÆL. *tard.* L. II. c. 10.

(i) GAL. *Hipp. Plat. decret.* L. VI. c. 1.

(k) *Ep.* VI. *comm.* 1.

(l) PLIN. L. XXVI. c. 6.

(m) PLUTARCH. *quest. sympof.* L. IV. 1.

(n) DIOSCOR. *theriac. præf.*

(o) GAL. *fac. alim.* L. I.

(p) Id. *de sect.* PLUTARCH. *symp. quest.* L. IV. 1.

(q) CÆL. *tard.* L. IV. c. 3.

(r) In *apborismos.*

CHRYSIPPUM secutus, venæ sectionem in universum rejiciebat (f). Inedia plethoram studebat conpescere, & exercitatione, atque cibo aquoso oleraceo.

In hæmorrhagia malebat artus vincire (t). Multos autem mortales ob defectum venæ sectionis periisse, quorum ERASISTRATUS in l. *de divisionibus* meminert (x), a GALENO est objectum.

Alvum tamen ducebat etsi rarius (y), rejecta illa specifica certorum humorum adtractione (z). Nonnunquam etiam venam secabat, etsi negat GALENUS (a). Certe de hæmorrhagia locus est CÆLII (b).

Nimis, ut videtur timidus, qui in cholera potioni tantum tres vel quinque guttas aquæ inspergeret (c).

Opium cum junior damnasset, posteriori tempore ejus usum probavit (d).

In febribus negabat interiora humorem requirere, etsi os & fauces requirebant (e). Cibos jubebat dare, quando vires alimentum requirerent (f).

Adversus calorem ægros solabatur spongia capiti imposita & aqua ebria (g).

Se ipsum ægrotantem rubi succo curavit, neque empirice (h).

In cholera tepida vomitum promovebat (i).

In principio volvuli minime (k) certe imperite alvum ducebat.

Minus forte bene in angina vinum & castoreum (l) dabat.

In pleuritide nihil adtulisse præsidii (m) CÆLIUS.

In dysenteria adstringentia imperabat (n).

Peritonæi paralyin facere, ut vesica lotium non retineret (o).

Alia

(f) GAL. *advers. Erasistr.*

(t) *De rejectione* L. I. ex GAL. *advers. Erasistr.* CÆL. AUREL. *Chron.* L. II. c. 13.

(x) GAL. *adv. Erasistr.*

(y) Id. ib.

(z) Id. *purg. med. fac.*

(a) *San. tuend.* L. IV. c. 10.

(b) *Acut.* III. c. 13.

(c) CELS. L. IV. c. 11.

(d) PLIN. XXX. c. 18.

(e) CELS. L. III. c. 3. 4.

(f) Ib.

(g) GALEN. *compos. sec. loc.* L. II.

(h) Id. ib. L. VI. c. 1.

(i) CÆL. *Acut.* L. III. c. 21.

(k) CELS. L. IV. c. 11.

(l) CÆL. *Acut.* L. III. c. 4.

(m) Id. ib. L. II. c. 19.

(n) *Tard.* L. IV. c. 6.

(o) Ib. L. II. 1.



Alia paralyfis paradoxa, in qua æger ambulans gradum sistere cogitur (*p*).

Externis medicamentis multum utebatur. In podagra alvum non ducebat, sed utebatur malagmate ad PTOLEMÆUM dato (*q*). Sic in hæmorrhagia adstrictoriiis cataplasmatibus (*r*).

In jecorosis & lienosis membranas visceris incidebat, medicamenta ipsa visceribus imponebat (*f*), hic animosus; tum in abscessu ad inguen, quem volebat incidi, & peritonæum etiam dividi, si quando pus in abdomen effusum esset (*t*).

In hæmoptoe crura, femora & brachia plurimis locis deligabat (*u*), quod tamen malum in hominibus longo collo præditis fatebatur difficulter superari (*x*).

In hydrope ægrotos jubebat ambulare, uti clysteribus, catapotiiis, parco potu, malagmatibus, cataplasmatibus, medicamentis acribus (*y*). Paracentesin repudiabat (*z*).

Ejus viri aliqua medicamenta ad posteros descenderunt, ut panchrestos (*a*) ad oculorum inflammationem, liquida ad oculum (*b*). Compositio ad purulentos (*c*).

Alius fuit multo minus celebris medicus, ERASISTRATUS SICYONIUS.

#### §. XXXII. HEROPHILUS.

Anatomica laude ERASISTRATUM aliquanto ætate majorem aut coævum potius superavit (*a*); ingenii subtilitate, celebritate non videtur æquasse. Praxagoræ discipulus (*b*), Chalcedone Bithynica natus, Alexandria vixit, diversus utique ab HEROPHILO PHALARIDIS medico, & etiam magis a medico ejus nominis equario.

Statuæ ei dicatæ fuerunt. In practicis ad empirismum accessit, ut semidogmaticus esset (*c*), accurate tamen causas scrutaretur; & nosse vellet, quæ, qualis, quanta morbi causa esset (*d*).

Multum

(p) CÆL. Chron. L. II. c. 1.

(q) Id. tard. L. V. c. 2. Exstat ejusmodi medicamentum apud MARCELLUM *fin*.

(r) Ib. L. III. c. 13.

(f) L. III.

(t) CELS. L. IV. c. 4.

(u) CÆL. tard. L. II. c. 12. CELS. IV. c. 9. GALEN. *meth. med.* L. V.

(x) Id. ib. L. III. c. 8.

(y) Ib.

(z) ORIBAS. ad EUST. III.

(a) AET. L. II. 3. c. 13.

(b) CELS. L. VI. c. 7.

(c) GAL. *med. sec. loc.* L. VI.

(a) B. Anat. I. p. 56.

(b) GALEN. *meth.* L. I.

(c) Id. ib. L. III.

(d) *Med. sec. loc.* L. III.

Multum magnis antidotis & compositis medicamentis (e) tribuebat, ut tamen etiam frequenter herbis uteretur (f). Pulsuum doctrinam adeo subtiliter tradidit, ut pene neminem invenerit, qui sequeretur, cum musice per quantitates quasi tenorum eum describeret (g).

Totam artem tenuit.

Scriptit in HIPPOCRATIS *aphorismos*,

In *prognosticum* (h).

Et *voces obsoletas exposuit* (i).

Male tamen HIPPOCRATEM dicitur interpretatus (k) esse.

Liber ejus erat *de curationibus* (l).

De *oculis* (m).

Codex *commentarii* in *aphorismos* dicitur esse in B. AMBROSIANA Mediolanensi (n).

Multum humoribus (o) in causis morborum tribuebat.

Pulsuum eodem sensu ut GALENUS fovebat.

Pleuritidem morbum pulmonis fecit (r).

In peripneumonia & arterias pulmonum pati docuit & venas, & totum pulmonem (s).

Phrenitidis curationem non dixit (t).

Tetani breviter meminit (u). Opisthotonum rectiora facere, quæ nodorum spinæ evulsione videantur arcuata (x).

Cordis paralyfin dixit subitæ mortis (y) causam.

Decedentes per alvum lumbricos negavit nocere (z).

Q 2

Tumoris

(e) CELS. *praf.* L. V.

(f) PLIN. L. XXVI. n. 6.

(g) ID. L. XI. p. 633. XXIX. c. 1. GAL. *compend. puls.*

(h) *Comm. in prognost.* CÆL. *tard.* L. IV. c. 8.

(i) GALEN. *defn.*

(k) ID. *comm. in VI. Epid.*

(l) AUREL. *tard.* L. II. c. 13. librum I.

(m) AETIUS L. II. 3. c. 46.

(n) MONTFAUC. L. I. p. 498.

(o) CELS. *praf.* L. 1. GALEN. *introduc.*

GAL. *Hipp. Plat. decr.* L. VI. c. 1.

(r) CÆL. *Acut.* L. II. c. 16.

(s) ID. *ib.* c. 28.

(t) L. I. c. 12.

(u) L. III. c. 8.

(x) *Ibid.*

(y) CÆL. *tard.* L. II. c. 1.

(z) ID. *ib.* L. IV. c. 8.

Tremoris causam posuit in genere nervoso (a).

Venam secabat, etiam hic ab ERASISTRATO diversus (b).

Ligaturas artuum perinde adhibebat (c).

Helleboro albo utebatur (d).

Dixit de morbo eorum, qui interdium non vident. In eo malo fellis usum commendabat (e).

Medicamentum HEROPHILI ad sanguinis rejectionem imitatus est ANDROMACHUS (f).

EUDEMUM, cætera vix notum, sed incisorem, solet GALENUS cum HEROPHILO conjungere.

Centum talenta ob servatum regem ANTIOCHUM a PTOLEMÆO donata fuisse CLEOMBROTO Coo medico PLINIUS. Sed ea videtur eadem, quæ ERASISTRATI, historia esse.

### §. XXXIII. SCHOLA ERASISTRATEA.

Uterque vir Cl. cujus nuper opera recensuimus, scholam numerosam reliquit: ERASISTRATUS etiam longævior, cujus celebris aliquando schola Smyrnæ floruit.

Primo loco dicemus STRATONEM alumnum (a) ERASISTRATI, diversum a Philosopho, qui & ipse sectatores reliquerit (b). Citantur ejus ad epilepsiam superstitiosa medicamenta (c), tum aliqua ad STRATONEM adjecta, quæ ALEXANDER ORPHEO auctori tribuit. In summa necessitate sanguinem emittibat (d).

EJUS filius, idemque discipulus ERASISTRATI, APOLLONIUS fuit *Memphites* (e).

EJUS locus est, in quo dicit, omnia animalia in intestinis nata gravia esse, etiam magis si mortua educantur (f). Diabetem cum hydrope dicitur confudisse (g).

### HYBRISTI

(a) GALEN. *tremor.*

(b) *Id. adv. Erasistr.*

(c) CÆL. *tard.* L. II. c. 13.

(d) PLIN. L. XXV. c. 5.

(e) AETIUS L. II. 3. c. 46.

(f) *Ap. GALENUM compos. sec. loc. L. VII.*

(a) GAL. LAERT. L. V. c. 3.

(b) *Id. adv. Erasistr.*

(c) *Ex L. III. TRALLIAN. L. I.*

(d) GALEN. *adversus ERASISTR.*

(e) A GLAUCO distinctus CÆL. IV. c. 8. *tard. Conf. LAMBEC. II. p. 536.*

(f) CÆL. *tard.* L. IV. c. 8.

(g) *Id. ib. L. III. c. 8.*

HYBRISTI medicamentum ab APOLLONIO *Memphite* descriptum esse, auctor est l. *Antidotorum* (h).

XENOPHON ex l. *de partibus corporis humani* notus (i).

CHRYSIPPUS ERASISTRATI discipulus (k), non idem, qui infelix medicus CHRYSIPPI fil., quem PTOLEMÆUS plagis cæsum supplicio adfecit (l).

APEMANTUS, qui venæ sectionem absurdis rationibus rejecit (m).

APOLLOPHANES illustris medicus, magna apud ANTIOCHUM M. auctoritate valuit, & ipse sectator ERASISTRATI. Ejus loca aliqua CÆLIUS conservavit. Cardiacos docuit febricitare.

Ejus etiam aliqua medicamenta ad posteros descenderunt, ut diadaphnidion (n).

Ejus nummi sunt apud MEADIUM (o).

SERAPION, qui apud MEADIUM in nummo adparet, & qui similia dixit eorum (p), quæ ERASISTRATUS, idem forte fuerit SERAPIONI Empirico.

HICESIUS scholæ medicæ Smyrnææ magister, ex secta ERASISTRATI, eâ ætate vixit, quæ STRABONEM antecessit (q).

Huic MEADIUS adscribit libros *de alimentorum materie*, quæ ex chamis, lepidibus &c. quos ATHENÆUS passim citat (r). HICESIUM emplastrum celebre erat (s).

MENODORUS ERASISTRATEUS, amicus HICESII, cujus exstat locus de cucurbitulis (t).

PASICRATES frater MENODORI.

HERMOGENES, Triccentis, Theſſalus, ERASISTRATEUS, GALENO dictus (u), idem forte, qui ἑρμογενὴς MEADII in nummis, idem iterum, qui HERMOGENES CHARIDEMI fil., cujus in lapide (x) 77. libri dicuntur fuisse, inter eos aliqui historici & literarii argumenti.

Q 3

HERACLI-

(h) CÆL. *tard.* L. II. c. 15.(i) GALEN. *introd.*

(k) DIOGENES L. VII. c. 7.

(l) Id. *ibid.*(m) GAL. *adv.* ERASISTR.(n) CÆL. *tard.* L. II. c. 1.(o) *Numm. Smyrn.*(p) CÆL. *Acut.* L. III. c. 17.

(q) STRABO L. I. 12.

(r) L. III. de anguillis.

(s) GAL. *comp. sec. gen.* L. VII. 5.

(t) ATHEN. L. II.

(u) *Simpl. fac.* I. c. 27.

(x) CUPER p. 164.

HERACLIDES medicus ex HICESII secta (y).

PTOLEMÆUS, qui hepar in hydrope durum esse docuit, ut prior ERASISTRATUS (z).

ARTEMIDORUS Sidenſis, ſectator ERASISTRATI(a), cujus locum de cardiaca habet CÆLIUS, quæ tumor cordis ſit (b). Nummum ejus capite inſignem poſſidebat MEADIUS.

Idem forte, cujus medicamenta ſuperſunt (c).

JATRODORUS, cujus icones MEADIUS dedit (d).

Et JASON JASONIS.

ATHENAGORAS.

METRODORUS PASICRATIS fil.

HIPPIAS ARTEMIDORI fil. (e). CHARIDEMUS.

Cæterum hæc ſchola paulo ante STRABONEM hætenus ſuperſuit, ut communis ejus eſſet in morbis medendis methodus. In colica ventriſuis & glandibus alvum movebant (f). Plethora quam ERASISTRATI ſectatores vocant, GALENUS habet (g).

Paulo ante GALENUM MARTIALIS in ea ſecta floruerat, & ipſe GALENUS cum ea perinde, ut cum methodica ſecta, plurimas lites aluit.

#### §. XXXIV. SCHOLA HEROPHILEA.

Numeroſos etiam HEROPHILUS diſcipulos & ſequaces habuit. Sectatores HEROPHILI CÆLIUS nominat (a). Eos præſenſionem eſſe firmam docuiſſe, nihil tamen ſimile habere prædictionum: cæterum pleroſque barbaros fuiſſe (b).

Fuit etiam medicorum HEROPHILEORUM ſchola in fano Menſis Cari (c): multique medicorum ejus ſectæ nummi Smyrneis condecorati fuerunt.

Prius tamen hæc ſchola defecit quam quidem ERASISTRATEA, ut nuperior GAIQ ſectatorem non reperiã, & GALENI tempore pauca exempla librorum ad eam ſectam facientium ſuperreſſent.

Temporum

(y) LAERT L. V. c. 6.

(z) CÆL. tard. L. III. c. 8.

(a) ID. Acut. L. III. c. 14.

(b) Ib. L. II. c. 31.

(c) GAL. ſec. loc. L. V.

(d) MEAD. Numm. Smyrn.

(e) MEAD. ib.

(f) CÆL. L. IV. c. 7.

(g) GAL. compoſ. ſec. loc. L. II.

(a) Chron. L. V. c. 2.

(b) GAL. comm. in prognof.

(c) Apud MEADIUM numm. Smyrn.

Temporum ordo difficillimus fuerit. Primo ergo loco illustriores hujus sectæ scriptores dicam.

CALLIANAX, cœvus & familiaris (d) HEROPHILI, asper ut dicitur medicus (e).

Sic CALLIMACHUS, qui difficiliores voces HIPPOCRATIS est interpretatus (f), etiam PLINIO dictus.

MANTIAS a GALENO inter præstantes medicos numeratus (g), ut tamen ajat, HERAM MANTIÆ medicamenta omisisse, quod minus essent probata (h), & alibi non in primo loco, neque inter eos MANTIAM censeat, qui optima medicamenta indicaverunt (i), quem honorem PETRONI, ANDROMACHO & ASCLEPIADÆ Pharmacioni tribuit. Ex antiquioribus fuit sectatoribus HEROPHILI, cum præceptor fuerit Tarentini HERACLIDÆ. Laudat GALENUS, quod nunquam ad Empiricos transfugerit, ut alii quidem Herophilei (k). Ejus erat *Φαρμακοπωλης ὁ κατ' ἰητροίον*. Et II. de medicamentorum virtutibus, de purgantibus, & clysmis (l). Ingenio quam scriptis clarior (m), vir nequaquam obscurus (n). Medicamenta aliqua ad posteros pervenerunt (o).

HYGIENENUS & HIPPARCHUS MANTIÆ discipuli apud GALENUM (p).

ZENO Herophileus & ipse ante HERACLIDEM vixit, a quo refutatus fuerit. De notis scripsit ad HIPPOCRATEM adjectis, & APOLLONIO *Muri* respondit, a quo sit refutatus (q): sed etiam APOLLONIUS Cyclas in mortuum ZENONEM de iisdem notis scripsit, & GALENUS (r). Eas notas adleverat epidemicis MEMNON PAMPHYLII, ex secta CLEOPHANTINA, in civitate Sida natus, qui textum etiam HIPPOCRATICUM corripit, ut carius PTOLEMÆO librorum studiose venderet. Sectatores tamen suos habuit (s).

Ejus, si idem est ZENO Herophileus, qui multa de medicamentorum facultate scripsit (t), medicamenta (u) aliqua ad posteros descenderunt. Verum

(d) GAL. *Comm. IV. in Epid. VI.*

(e) Apud BACCHIUM *de scriptis HIPPOCRATIS*.

(f) EROTIANUS habet & PLINIUS.

(g) *Compos. sec. loc. L. II.*

(h) *Compos. sec. gen. L. II.*

(i) *Id. ibid. L. III.*

(k) *Compos. med. sec. loc. L. VI.*

(l) *Conf. FABRIC. B. Gr. L. XII.*

(m) LAERT. L. VII.

(n) GAL. *Comm. II. in Epid. III.*

(o) *Id. compos. sec. gen. L. IV.*

(p) *Compos. sec. loc. L. I. 4. &c.*

(q) *Comm. II. in Epid. III.*

(r) *Ib.*

(s) *Ib.*

(t) CELS. L. V. c. I. GALEN. *simpl. med. fac. princ.*

(u) GAL. *compos. sec. gen. L. VI.*

si in colica draſticon dedit, & si CÆLIUS (x) hoc nomine accurate utitur, iste ZENO ſerioris fuerit ævi, quam quidem HEROPHILEUS ille.

ZENO alius Laodiceus, cujus erat antidotus (y).

ANTIGENES (z).

XEUXIS HEROPHILEUS, cujus nomine pluſculi nummi Smyrnæi ſignati fuerunt. Hic vir inter primos HIPPOCRATIS interpretes a GALENO memoratur (a), qui in omnia divi Coi ſcripta commentatus ſit. GLAUCIAM reprehendit, qui negaverat, omnia vitia HIPPOCRATI dicta poſſe in lienem cadere (b). A GALENO paſſim refutatur, qui L. II. exegeticorum XEUXIDIS citat. Magnæ apud Laodiceam ſcholæ præfuit (c).

In nummis conſtanter XEUXIS vocatur, in libris GALENI & STRABONIS ZEUXIS, LAERTIUS empiricum vocat.

BACCHIUS, perinde HEROPHILEUS, in difficilioreſ libros HIPPOCRATIS commentatus eſt, & in voces obſoletas (d), cæterum inter primos (e) interpretes divi ſenis numeratur. Multa omiſiſſe tamen GALENUS monet (f). Sanguinem etiam per ſudationem erumpere prioribus modis addidit, quibus de vaſis ſanguis exit (g). Huic mavult SCHULZIUS commentarios in HIPPOCRATIS *aphorismos* tribuere, quos recepta lectio HEROPHILO tribuit (h).

Scriptit etiam de HEROPHILO ejuſque ſecta, & compendium *de pulſibus* (i).

Difficillimum fuerit expedire tres DEMETRIOS, qui paſſim citantur.

Primus dicitur ſectator HEROPHILI, ejuſque citatur liber VI. *de paſſionibus* (k), ubi de phrenitide definienda agitur, iterumque L. XII. *de paſſionibus*, in quo legimus, DEMETRIUM in toto pulmone ſedem peripneumonix poſuiſſe, pleuritidis ſedem in pulmonis parte, ſatis certe (l) ſubtiliter. In L. XI. idem tympaniten ab hydrope ſeparat (m). Citatur etiam locus, quo fluxum ſanguinis ex incifione & abſque incifione (n) diſtinguit. Alius, ubi de differen-

tia

(x) CÆL. *tard.* L. III. c. 7.

(y) GAL. *antidot.* L. II. c. 10.

(z) ID. *comm. de nat. hum.* L. II.

(a) *Aphor.* 68. ſect. VII. & *περι ιατρικου* init.

(b) In VI. *Epid.* GAL. *comm.* ibid.

(c) STRABO. L. XII.

(d) GALEN. *περι ιατρικου*.

(e) ID. *aph.* 68. ſect. VII. *Conf. de pulſ. differ.* L. IV.

(f) *D. fin.*

(g) CÆL. *tard.* L. II. c. 10.

(h) *Hift.* p. 382.

(i) GALEN. *diff. pulſ.* L. IV.

(k) CÆL. *acut.* L. I. c. 1.

(l) ID. *ib.* L. II. c. 25.

(m) ID. *tard.* L. III. c. 3.

(n) *ib.* L. II. c. 10.

tia tetani, tremoris & saltus egit (o). Definitionem etiam CÆLIUS repetit, quam dedit (p) lethargi.

Sectatores DEMETRII CÆLIUS dicit (q), qui ischiadicis manum exufferint, hujus ut puto DEMETRII.

Alius DEMETRIUS fuit Apameus, ATTALI discipulus, methodicus, multo nuperior, utcumque HEROPHILEUM facit FABRICIUS.

ANDREAS, exosum (r) GALENO nomen, quod in HIPPOCRATEM calumniam effudisset. *Onomasticon* scripsit *medicamentorum* (f), f. *Ναρθηνα* (t), & de iis, *que falso creduntur* (u), ubi murænam ait cum anguilla misceri. Porro *de re herbaria* (x); *de pane*, *de serpentibus* (y), *de medicina genealogia* (z). Aliqua *de hydrophobia*, quam dixit Cynolysson (a). Sectatores habuit, qui *πανλαφοβης* dari (b) addiderunt.

PTOLEMÆI PHILOPATORIS medicum ANDREAM a THEODOTO enectum hunc nostrum esse CLERICUS suspicatur (c): aliqui pro eodem habent, quem GALENUS: & alii constanter ANDRONEM vocant. Panormitanum facit MONGITORIUS (d).

SPEUSIPPUS Herophileus Alexandrinus (e).

APOLLONIUS MUS, DIOSCORIDES PHACAS, GAIUS senioris sunt ævi.

CALLINICUS Herophileus homo rusticissimus (e\*).

#### §. XXXV. DISCIPULI HEROPHILI qui Empiricam scholam orsi sunt.

HEROPHILUM GALENUS semiempiricum dicit, multumque medicamentis compositis tribuisse diximus. Eo facilius fieri potuit, ut aliqui ejus discipuli de theoria desperarent, & experientiæ fidei totos se traderent. Inter eos fuit PHILINUS

(o) CÆL. *acut.* L. III. c. 7.

(p) ID. *ib.* L. II. c. 1.

(q) *Tard.* L. V. c. 1.

(r) *Subfig. Empir.*

(f) GAL. *lect. Hipp.* CELS. L. V. c. 1. LAMB. *de codice Diosc.*

(t) *Schol. in NIC.*

(u) ATHENÆUS.

(x) *B. Bot.* I. p. 49.

(y) ID. L. III. ATHENÆUS L. III.

(z) SORAN. *vit.*

(\*) ATHEN.

(a) CÆL. *acut.* L. III. c. 9.

(b) ID. *ib.* c. 12.

(c) POLYB. L. V.

(d) *B. Sic.*

(e) LAERT.

(e\*) GALEN. *Epid.* VI. *comm.* IV.



LINUS COUS, discipulus HEROPHILI, quem aut primum empiricæ medicinæ auctorem faciunt, aut inter primos recensent, parum cætera notum, qui *de plantis* scripserat (a), & ut pluculi HEROPHILEI in HIPPOCRATEM commentatus fuerat. Ejus medicamentum ad posteros pervenit (b).

Non valde nunc mireris, in ea anatomes, chemiæ, etiam botanices infantia, fuisse cordatos viros, quos hypothesium tæderet. Solo ergo ab experimento persuadebantur disci posse, quæ curandi ratio fidem mereretur, sive ea experientia ipsius esset medici, sive ab alio perito viro recepta. Morbum accurate vero perspicendum esse monebant, ne alieno loco medicamenta adhiberemus; eam morbi historiam ergo ex concursu symptomatum concinnare jubebant, quæ faciant, ut quisque morbus hic, nec alius sit. Siquidem vero casus novialiqui evenirent, morbique nobis non visi, tunc quidem ad analogiam confugiebant (c), eam nempe adhibendam curationem, quæ in adfina malo efficax fuisset. Omittebant autem causarum putabant inquisitionem, & omnem de mechanica cujusque morbi natura quæstionem, & nihil quidquam admittendum, quod aut parum firmum esset, aut obscurum. Ob eandem rationem physiologia abstinebant & anatome. Ita veteres illi Empirici senserunt, cordati ii cæterum & nostra veneratione dignissimi viri. Hæc ex GALENO sumi de *sectis*, de *subfiguratione*, *empirica*, de *optima secta*.

SERAPIONIS (d) Alexandrini, empirici, si differt ab ERASISTRATEO medico, quem citavimus, neque ætas, neque utique historia nota est. Ante HERACLIDEM vixisse (e), scripsisse de *parabilibus medicamentis*, aspere in (f) HIPPOCRATEM esse invecum reperio.

Passim ejus medicamenta apud GALENUM reperiuntur (g). In volvulo dabat (h) purgantia, & opium, tum in cholera; in angina clysteribus & cataplasmatibus (i) utebatur, venamque secabat. In epilepsia varia auxilia miscuit, vomitum movit, purgavit, castoreo, stercoribus, aliis absurdis usus est (k).

Scripsit etiam *curationum Libri* (l), l. ad *sectas* (m).

## §. XXXVI.

[a] ATHENÆUS.

[b] GAL. *compos. sec. loc.* L. VII.[c] *Transitio* GALEN. *loc.* VI.[d] GALEN. *metb. med.* L. II.[e] *Id. subfig.*[f] *Id.*[g] *Antid.* L. II. c. 12. ad scabiem CELSUS L. V.[h] CÆL. *acut.* L. II. c. 17.[i] *Id. ib.* L. III. c. 4.[k] *Tard.* L. I. c. 4.[l] Librum III. citat CÆL. *acut.* L. III. GALEN. *compos. sec. loc.* L. II. Videtur eo tendere GALENUS *subfig. Emp.* L. I. *Curationum de epilepsia* habet CÆLIUS *chron.* L. I. c. 4. *acut.* L. III. c. 4. & 8. de tetano & de phrenitide.[m] CÆL. *acut.* L. II. c. 6. ubi de lethargo, & de epilepsia scripserit, sed obscure.

## §. XXXVI. ALII MEDICI HUIUS ÆVI.

ARISTARCHUS, medicus BERENICES, uxoris PTOLEMÆI PHILADELPHI (a).

XANTHUS TIMONIS PYRRHONII (b) fil. huc posset referri. Sed etiam TIMON medicinam fecerat, neque ab ea PYRRHO alienus fuit.

ARCHIBIUS, qui librum medicum ad ANTIOCHUM R. dederat, huius fere ævi videtur (c).

NICIAS, infelix & perfidus PYRRHI medicus, qui dominum suum veneno necandum receperat, a Romanis Regi traditus, quæ celebris est hystoria (d). Video etiam TIMOCHAREM vocari.

ARCHISTRATUS in *gastronomia s. de dapibus* a CHRYSIPPO STOICO reprehensus, de cibis delicatis & vilibus egit, de pane, de fassamentis, si omnino huc facit (e).

HIPPOCRATES V. & VI. Thymoræi COI scripserunt aliquid de re medica. Sic HIPPOCRATES VII. PRAXIANACTIS fil. (f).

GLAUCON, quem Bupleuron laudasse PLINIUS auctor est, & ante NICANDRUM posuit (g).

CRATIPPUS, qui HERACLIDE prior sit. Ejus medicamenta reperias, & antidotos ad morsum canis rabidi (h).

ÆTHLIUS præceptor nepotis CHRYSIPPI l. scripsit *therapeutemata* (i).

SIMON medicus, SELEUCI NICANORIS ævo (k) paulo antiquior fuerit.

PAMPHILUS Grammaticus ARISTARCHI discipulus, qui vixit sub P. PHILADELPHO, Alexandrinus, qui idem de floribus & materia medica scripsit (l).

## §. XXXVII. MEDICI INCERTÆ ÆTATIS.

Horum, quos nunc cito, ætatem nullo modo licet hariolari, non tamen multo nuperiores fuisse putavero.

SALIMACHUS, idem ut puto, qui alibi dicitur SALIMACHUS (a) Hippocraticus

R 2

[a] POLYAEN. L. VIII. 50.

[b] LAERT. L. IX. c. 12.

[c] PLIN.

[d] ÆLIAN. var. L. XII. c. 33.

[e] ATHEN. L. III.

[f] SUIDAS L. II. 145.

[g] L. XXII. c. 35.

[h] GAL. *antid.*

[i] LAERTIUS.

[k] Ib.

[l] LAMBEC. ib. p. 528.

[a] CÆL. *acut.* L. III. c. 17.

ticus (b). EJUS extant loca de ileo (c). Senioris putet ævi fuisse, cum Romæ ajat multos tamquam contagione aliqua enectos ab incubo (d).

Pythagoricos circa Siciliam medicantes φεραγμαον vocare morbum, qui ileos vocatur, idem (e).

DIPHYLUS Siphnius medicus, scripsit de iis, quæ sanis & agrotis offeruntur, fructibus, baccis, pane, piscibus, testaceis, ostreis, chamis (f).

JOLAUS Bithynus, GALENO (g) cum laude dictus, & DIOSCORIDI (h), scripsit de herbarum facultatibus. Croco ad oculorum defluxiones utebatur (i).

EJUS medicamenta aliqua ad posteros penetrarunt, ut pastillus Bithyni (k); aliud CELSUS (l) habet.

OLON Smyrnæus, qui de victus ratione (m) scripsit. Eum a SOLONE diætario FABRICIUS separat.

DALION herbarius & medicus (n), idem forte, qui peregrinator. Ejus ad parturientes levandas cataplasma (p).

SOLIMENES cujus est l. de medicina ex re herbaria (q).

AGATARCHIDES de herbarum facultatibus & de helleboro.

ARISTOGITON, qui vim vulnerariam herbæ anonymæ laudavit (r).

AGATHOCLES, qui de diæta scripsit (s).

APOLLODORUS, qui de animalibus venenatis (t).

ARTEMON, cujus crudelia ex homine medicamenta recensentur (u).

DIONYSIUS, difficile nomen, multique commune.

TIMARISTUS, de herbis scripsit, & carmen ad dentium dolores docuit (x).

ANTIPHANES Delius. Ejus panoptes, in eo docuit lumbricos meliori eventu per inferiora

[b] CÆL. tard. L. I. c. 3.

[c] Id. acut. L. III. c. 17.

[d] Tard. L. I. c. 3.

[e] Acut. L. III. c. 17.

[f] ATHEN. L. III.

[g] Antid. L. I. c. 2.

[h] Præf.

[i] PLIN. L. XX. c. 13.

[k] TRALLIAN. L. III. p. 207. nisi est ASCLEPIADIS.

[l] L. VI. c. 16.

[m] GAL. comp. sec. loc. L. III. Confer Bibl. Bot. I. p. 43.

[n] PLIN. L. XX. c. 73.

[p] Id. ib.

[q] Ib.

[r] L. XXVII. n. 14.

[s] Schol. NICANDR.

[t] ATHEN. L. XV. &c.

[u] PLIN. L. XXVIII. c. 1.

[x] Id. L. XXV. n. 105.

inferiora decedere (y). Omnem morbum acutum esse a varietate ciborum apud CLEMENTEM ALEX. legitur.

PETRICI *ophiaca* (z).

Opfartyticos non repeto; LYNCEUM Samium, alios (\*), neque *georgicos*. Conf. B. Bot. I. p. 44. sqq.

MENON, cujus, neque ARISTOTELIS, *synagoga medicinae* sunt GALENO judice (†).

### §. XXXVIII. MEDICINA ROMANA.

Ante Græcos non quidem nulla Romæ medicina fuit, ut PLINIO irato excidit (a). Passim enim de medicis legimus, qui morbis curandis (b) non suffecerint, qui ægros ad aquas salubres (c) ablegaverint. Sed perpetuis in bellis, cum non possent numerosissimi milites etiam in victoriosis præliis non vulnerari, absque medela victores exercitus fuisse omnino improbable videtur. Id certum est, in morbis epidemicis fere ad superstitiones, ad clavum pangendum, ad promissos *ex voto* ludos, ad dona diis dicata, Romanos recurrere.

Exteram vero Medicinam primum Romam advenisse putes, quando ÆSCULAPIUS anguis Epidaurii specie circa annum urbis 460. Romam ob morbum pestilentialem accersitus advenit. Eum enim mutum Deum sacerdotes comitatos esse non dubium videtur, qui iidem medici fuerint. Perinde enim, ut Epidauri, DEUS de medicina in templo Tiberinæ insulæ respondebat, idque sanum suspen- sionum sanatorum tabulis & donis plenum (d) fuit.

Chirurgiæ Græcæ prima taberna publice dicata est ad A.V.C. 535, quo ARCHAGATUS LYSANÆ fil. Romæ medicinam aperuit (e), quem tamen chirurgum, ut suo loco diximus, Romani, mitiori curationi adfueti, odio habuerunt.

M. PORCIUS CATO, bonus equidem civis, sed austerus Græcanicarum artium in universum osor, etiam medicos Græcos damnavit, philosophi ut urbe pellerentur laboravit. Ipse tamen medicinam fecit, & de ea scripsit, non facturus sua sapientia Græcorum medicorum vacationem. Absurdus enim carminibus in chirurgicis malis, in victus ratione absurdus pariter cibus, palumbibus atque crudis aliocum carnibus durisque cibus iussit uti (f).

Da

[y] CÆL. L. IV. c. 8.

[z] PLIN. L. XXI. c. 40. 46.

[\*] ATHENÆUS L. VIII.

[†] In l. *Hipp. de nat. bum.*

[a] Sexcentis annis populum Romanum brassica pro remedio usum esse. PLIN. L. XX. c. 9. & L. XXIX. c. 1.

[b] DIONYS. *Halicarn.* II. p. 282. 301.

[c] Locus excidit, qui LIVII est.

[d] Tabula exstat apud MERCURIALEM *art. gymn.* L. I. c. 1.

[e] Ita pro *ιστρησιω* PLAUTUS in MENÆCHMIS,

[f] PLUTARCHUS in CATONE.

*De divisione medicinae non repeto, de qua ostendi in B. Chir. p. 18. neque ante hæc tempora nullam fuisse, neque post hæc tempora perfectam. Nam & Chirurgo medicinam fecisse probabile fit, & medicos etiam præcipuos manu sua potissimum in Græcia curasse, ut ex GALENI exemplo discimus.*

§. XXXIX. MEDICI ATHLETICI & GYMNASTICI.

Potuissem dudum de his gymnasio dicatis medicis dixisse. Antiquissimæ enim apud Græcos exercitationes fuerunt, cum summi honores victoribus tribuerentur, nullaque liberalis educatio absque his artibus esset. Frequens autem erat medicinæ faciendæ occasio, cum in luctis luxationes, in pugnis vulnera, in nimio labore febres non possent vitari. Sui ergo gymnasiis erant medici, quorum alii superioris ordinis liberæ juventutis valetudini præsiderent, qualis PRODICUS fuit; alii *aliptæ* & *jatraliptæ* corpora ex lege artis defricarent, ungerent, luxa restituerent, fracta conciliarent, hi quidem gymnasii medico subjecti, qui postea & ipsi suo ex arbitrio curaverint, seque medicos dixerint. Erant etiam inter eos medicos, qui victus rationem regerent, & citatur PYTHAGORAS (a) Samius aliptes, quem etiam philosopho cognomini cœvum faciunt, qui robori, imperato carni-um usu, prospexerit.

De PYTHAGORA etiam invenio, qui de herniis scripsit (b).

GORAM nominat ORIBASIIUS (c).

Fragmenta de his Athletarum institutis & medicis HIERONYMUS MERCURIALIS collegit.

M. CALPURNIUS HILARIS medicus ludi fuit (d).

DIOTAS jatraliptes GALENO dictus (e).

DEMETRIUS aliptes (f). HARPOCRATES PLINII jun. dictus, cui romanam civitatem idem impetravit. M. AURELIUS ASCLEPIADES, qui & HERMOTIMUS (g) aliptes.

Inferioris demum ordinis MEDIASTINI fuerunt.

Conf. J. JAC. BAIER *jatraliptice veterum* Altdorf. 1723. 4. \*.

[a] LAERT. VIII. p. 815.

[b] ID.

[c] *Collect.* L. I. c. 40. cui hoc carni-um inventum tribuit. Nisi sub corrupto GORÆ nomine PYTHAGORAS latet.

[d] MERC. p. 64.

[e] *Med. sec. loc.* L. VII.

[f] *ib.*

[g] MERCUR. p. 60. p. 61. 62.

## §. XL. EMPIRICI.

De duobus APOLLONII Antiochenis (a) patre & filio nihil superest.

GLAUCIAS in HIPPOCRATEM & peculiariter in L. VI. *Epid.* (b) est commentatus, & varia pro tuenda sanitate scripsit (c). Negabat vitia ab HIPPOCRATE dicta omnia in lienem cadere posse: eum locum ZEUXIS refutavit (d). De ejus in Hippocrate lectione GALENUS (e).

Princeps, ut videtur (f), empiricæ sectæ fuit HERACLIDES TARENTINUS Mantix discipulus (g), vir candidus, qui nollet a vero discedere, ut sectæ ferviret (h).

Ejus numerosa scripta fuere; *curationum internarum* (i) *liber de medicina* (k). *Macrobiblus* (l). *Nicolaus* (m). *Convivium*, s. *de victus ratione* (n). *Ad Antiochidem* (o). *Adversus ASTYDAMANTEM*. *De pulsu adversus HEROPHILUM* (p). *De componendis & explorandis medicamentis* (q). *Στρατιωτης*. *De ratione curandorum eorum, quæ sunt extrinsecus* (r) qui liber chirurgici videtur fuisse argumenti. In omnes libros HIPPOCRATIS commentatus est (s), & in L. II. popularium citatur (t). Secundum empiricorum morem utebatur opio (u), hyoscyamo, vino. Similia sæpe adhibebat eorum, quæ dabant dogmatici (x), & primus

[a] GALEN. in *introd.*

[b] *Id. comm. in eum l.*

[c] *ib.*

[d] *Id. in VI. Epid.*

[e] *ib.*

[f] *Exercitatus et si HIPPOCRATE inferior*, GAL. *sec. loc. VI.*, Optimis medicamentis præsertim circa pharmaca usus est: expertissimus in medicamentis, *sec. gen. L. III.* Ex usu & experientia speculationem collegit, GAL. *de dieb. decret.* Multa & probata medicamenta scripsit, GAL. *sec. loc. I.* Vir non vulgaris, GALEN. *med. sec. loc. L. II.* Inter præstantes medicos, *ibid.* Nobilis empiricus, CÆL. AUR. *acut. II. c. 9.* Posterior & maxime probabilis empiricorum CÆL. I. c. 17.

[g] p. 127.

[h] GAL. in *l. de arte comm. L. III.*

[i] Liber II. apud CÆLIUM *Tard. L. II. c. 7. Acut. L. II. c. 8. Tard. L. III. c. 8.*

Liber III. apud CÆL. *acut. L. III. c. 4. ib. c. 8.*

L. IV. *ib. c. 17.*

[k] GALEN. *comp. sec. loc. L. I. L. IV.*

[l] *ib.*

[m] CÆL. *acut. L. I. c. 17.*

[n] ATHEN. L. II.

[o] GAL. *comp. sec. loc. L. III.*

[p] *Id.*

[q] Apud GALENUM.

[r] *Id. L. IV. in HIPP. de arte.*

[s] *Id. περί ιατρικῆς init. & ad Apbor. VII. 68. in Epid. VI.*

[t] *Id. comm. L. VI.*

[u] CÆL. *acut. L. III. c. 21.*

[x] *Curat. acut. L. III. c. 8.*

mus empiricorum ad subtiliora ratiocinia transgressus est (y). In quartana primo die alvum ducebat, inde abstinentiam ad septimum diem imperabat (z).

De phreniticis fufe egit (a). Eos in tenebris constituebat, repetitos subiciebat clysteres: fomenta capiti admovebat, vaporabat, dabat diacodium, inediam imperabat. Venæ sectionem non admittebat, nisi in eo casu, quando malum in solo capite esset. Adparet, non undique caufarum cognitioni renuntiasse.

In lethargo acribus, recte certe, utebatur (b).

In pleuritide altero (c) die clystere utebatur, cataplasmata admovebat, & APOLLOPHANIS, senioris adeo, malagma; idem vinum dabat, nisi caput doleret.

In angina, si a frigore orta esset, venam non fecabat (d).

In volvulo diagrydio alvum expediebat (e).

Cardiacis venam fecabat, calida dabat (f).

In angina venam fecabat, etiam sub lingua, curationem adhibebat ex cepis, panace heracleotico &c. Vomitus etiam movebat (g).

Ubi bilis aut cruditas male habebat, subinde bibendum præcipiebat (h).

Ab hydrope catafarca distinguebat asciten, qui & tympanites (i).

Laudat in universum in medicamentaria re GALENUS, ut tamen CRITO ea prætermiserit, quæ HERACLIDES minus probata haberet (k).

Plantarum viribus cognoscendis totum se dedit, earumque descriptioni vires medicatas subiecit.

Plurima ejus medicamenta ad posteros descenderunt, sternutatoria (l), psilothrum, quod auripigmentum ingrediebatur (m): ad aurium hæmorrhagias & carnes fungosas (n): catapotium ad tussim & somnum parandum ex opio (o): Antidotus ex cicuta, myrrha (p), opio.

Aliqua etiam ejus medicamenta AETIUS repetit.

Nescio

(y) BARCHUSEN *hist. med.*

(z) CELS. L. III. c. 15.

(a) CÆL. *acut.* L. I. c. 17.

(b) Id. *ib.* L. II. c. 9.

(c) *ib.* c. 24.

(d) L. III. c. 4.

(e) *ib.* c. 17.

(f) L. II. c. 38.

(g) L. III. c. 4.

(h) CELS. L. III. c. 6.

(i) CÆL. *tard.* L. III. c. 8.

(k) *Compos. sec. gen.* L. II.

(l) GALEN. *compos. sec. loc.* L. II.

(m) *ib.* L. I.

(n) L. III.

(o) CELS. L. V. c. 25.

(p) GALEN. *compos. sec. loc.* L. VII.

Nescio quo loco duos APOLLONIOS disponam, CYCLAM, qui mortuo ZENONE *de notis* scripsit ad HIPPOCRATIS Epidemicos adjectis, quas spurias esse contendit, ZENONEMQUE refutavit (q). Eum magis infectandi ZENONIS causa scripsisse, quam veri eruendi GALENUS (r), sectatores tamen suos habuisse. An idem sit cum APOLLONIO empirico, quem GALENUS eodem loco dicit in ZENONEM scripsisse, non dixerim.

GLAUCIAM APOLLONIUM CÆLIUS habet, qui in II. *de interioribus* (s) reliquerit, rejectos lumbricos crisin instantem denunciare, non boni vero omnis esse, qui pleni sint & succulenti (t).

CALLICLES (u) DIODORUS (x) HERODOTUS discipulus MENODOTI, sed id nomen pluribus medicis commune fuit. DIODORUM REINESIUS a DIODOTO recte distinguit.

CRITO Empiricus ERASISTRATI ævo GALENO dictus.

### §. XLI. NICANDER. ALII COÆVI.

ATTALIDÆ reges Pergami universi medicinam amarunt & coluerunt, ut etiam medicamentorum & venenorum vires per experimenta indagarent (y).

ATTALI medicamenta aliqua ad posteros pervenerunt, ut ad jecoris vitia, icterum, hydropem, etiam a MARCELLO repetita. Eum ATTALUM medicum PHILOMETOREM STRABO (z) nominat, Galatonicen SUIDAS.

STRATIUS medicus, a fratre ATTALI EUMENE comes ei datus, retinuit ATTALUM, ne contra fratrem simultati Romanorum serviret (a).

NICANDER Colophonius, ATTALO coævus (b), Apollinis sacerdos, Poëta, qui etiam *Georgica* scripsit (c).

Scripserat etiam *ιασεων συναγωγην* (d).

*Prognosticorum* HIPPOCRATIS *poëticam paraphrasin* (e). Et *de epilepsia* L. III. (f).

Superfunt

- (q) *Comm. II. in L. III. Epid.*
- (r) *Comm. III. ibid.*
- (s) *Comm. II. in eum I. Respondisse ZENONEM.*
- (t) *CÆL. tard. L. IV. c. 8.*
- (u) *GAL. meth. med. L. II.*
- (x) *Ibid.*
- (y) *PLIN. PLUTARCHUS in DEMETRIO.*
- (z) *L. XIII.*
- (a) *LIVIVS.*
- (b) *Ultimum ATTALUM vocat SUIDAS.*
- (c) *ATHEN. L. III. &c.*
- (d) *SUID.*
- (e) *Id.*
- (f) *CÆL. Chron. L. III. c. 4.*

Tom. I.

S



Superfunt autem ejusdem poemata *περι θηριακων*, & *περι αλεξιφαρμακων*, medici utrumque argumenti, quorum altero serpentes aliaque animalia describuntur, quæ morsu nocent; altero medicamenta recensentur, quibus venenis obstititur, etiam iis venenis, quæ intus sumuntur, sive metallicis, sive ex plantarum classe repetitis, demum ab animalibus. Fidem non maximam Poëtæ tribuas, cæterum opiniones priscorum tradidit, & aliqua intercedunt non mala. Lixivium suadet ad lac in mammis gravidarum in grumos coactum (g).

Editiones dixi in B. Bot. I. p. 55. Suffecerit vero ea, quam ANGELUS MARIA BANDINI Florent. a. 1769. 8. maj. \* edidit, Græce, Latine & Italice cum variis lectionibus, adnotationibus & metaphrasi Græca EUTECNII, ad codicem Bibliotheca Vindobonensis descripta, fatis equidem inutili.

Scholia Græca docti viri melius addidisset Cl. BANDINIUS, quæ habemus Græce Venet. 1499. fol. BB. & 1523. 8. \* ad historiam medicinæ passim lucem adlatura.

DIPHILUS Laodicensis ad Theriaca commentatus est (h), tum PAMPHILUS (i); THEON (k), PLUTARCHUS & DEMETRIUS, qui male dictus est *Phalereus*. In Theriaca MARIANUS seculi VI. auctor.

CLEOPHANTUS, qui ASCLEPIADE sit antiquior, fere hujus fuerit ævi, sæpe PLINIO dictus. A frigida, quam ægris indulgebat, dictus est *δοσιψυχος*. Ante accessum tertianæ caput ægri multa calida perfundebat, deinde vinum exhibebat (l). Secutus est hic ut plerumque ASCLEPIADES. EJUS est antidotus Mithridatica (m) & antidotus (n) simpliciter dicta.

Sectam reliquit, de qua MEMNON fuit, Sidetes PAMPHILIUS, auctor notarum in *Epidemicorum Hippocratis* L. III. (o) & quem corrupti codicis HIPPOCRATIS GALENUS reum facit (p).

ANTIGENES, alius ab ANTIGENE Herophileo. EJUS fuit *l. de febris & tumoribus* (q). Si QUINTI fuit discipulus, multo nuperioris fuit ævi: verum tunc vix potuisset a CÆLIO citari.

CALLIGENES medicus PHILIPPI II. Regis Macedonum.

ZOPYRUS

- (g) *Alexipharmac* p. 370.  
 (h) ATHEN. L. VII.  
 (i) SUIDAS.  
 (k) STEPHAN. *de urb.*  
 (l) CELS. L. III. c. 14.  
 (m) *Comp.* L. IX. PLIN. L. XXVI. n. 8.  
 (n) Ap. GAL. *antid.* L. II. c. 1.  
 (o) p. 127.  
 (p) *ib.*  
 (q) CÆL. *acut.* L. II. c. 10.

ZOPYRUS (*r*), qui regi Mithridati antidotum composuit, ambrosiæ nomine (*f*). Multa ejus loca medici argumenti reperiuntur apud ORIBASIIUM. Medicamenta, quæ humores ex naribus, oculis, trahunt (*t*), quæ urinam a liene, jecore & renibus trahunt (*u*), quæ ex pulmonibus (*x*), porro sudorem moventia (*y*); exulcerantia (*z*), abstergentia (*a*), lac promotiva (*b*).

Non fuerit ZOPYRUS ALEXANDRI fil. medicus, cujus marmor RHODIUS habet (*c*).

ZOPYRI discipulus fuit APOLLONIUS Citieus, qui HIPPOCRATIS præcepta in medicando secutus est (*d*). In lienosis venæ sectionem rejiciebat (*e*). EJUS l. *curationum* citatur a CÆLIO (*f*).

NICOMEDES Bithyniæ rex, maximi ingenii, & ipse medicinam coluit, suamque habuit antidotum (*g*).

Celebrior vero fuit magni MITHRIDATIS Eupatoris antidotus (*h*), a GALENO tradita (*i*), quæ eadem ANDROMACHI; aliter ab AVICENNA dictata (*k*). Scriptio alia MS. superest in B. MEDICEA (*l*).

Eum regem ajunt, cum mori vellet, nullum venenum invenisse, cui per consuetudinem antidoti non resisteret, curiosus in medicina, ut undique eo pertinentia colligeret. Ejus commentarios POMPEIUS jussit a POMPEIO (*m*) LENEEO liberto suo latine reddi. Antidotus erat manu Regis scripta, quam ju-

S 2

glandes

(r) B. Bot. I. p. 56.

(f) GALEN. *antid.* c. 8. & ult. CELS. L. V. c. 23. Habet & CÆLIUS *tard.* L. II. c. 14. & AETIUS L. III. I. c. 37.(t) *Collect.* L. XIV. c. 45.

(u) C. 50.

(x) C. 53.

(y) C. 56.

(z) C. 58.

(a) C. 61.

(b) C. 74.

(c) *Lexic. scribon.* p. 252.(d) *Coll. NICETE* p. 171.(e) CÆL. *tard.* L. III. c. 4.(f) *Id. tard.* L. II. c. 4.(g) GAL. *de Antid.* L. II. c. 8.

(h) CELS. L. V. c. 23.

(i) GAL. *antid.* L. II. c. 7.

(k) P. 524.

(l) PLUT. L. XXV. p. 387.

(m) PLIN. *ib.*

glandes (*n*), ruta, fal & ficus sola ingrediebantur. POMPEIUS ipse LENÆUS inter primos romanorum de *re medica scripsit* (*o*), si pro romano habeas. Cæterum etiam alia MITHRIDATIS sunt medicamenta, ut arteriaca (*p*).

PTOLEMÆUS Physicon, malus cætera princeps, medicæ arti favit, & scholas medicas ALEXANDRIÆ constituit. Ejus scholæ in re medica tanta fuit celebritas, ut sexto inde seculo ad famam sufficeret, si quis artem Alexandriæ didicisset (*q*).

DOMNINUS Philosophus, paulo ASCLEPIADE antiquior, huc pertinet. Ei ÆSCULAPIUS præcepit, ut suillam ederet, adeo ad rem, ut morbus rediret, si ab ea carne vel unica die abstineret. PLUTARCHO vero Atheniensi una decumbenti, cum DEUS idem consilium impertisset, hæmoptoe laboranti DEUS (*r*) facillimum se præbuit, ut & statim adnueret, & aliud ei remedium commendaret.

HEROPHILUS medicus equarius, qui nomen C. MARIJ (*s*) filii usurpavit, ut factionem sibi conciliaret.

CRATEVAM MITHRIDATI cœvum diximus (*t*). ALEXIS ab ejus nomine comœdiam dixit, cui *Meditrina* titulum fecit (*u*).

#### §. XLII. ASCLEPIADES.

Bithynus, ex Cio (*a*), quam civitatem posteri Prusiam dixerunt, philophysicus etiam dictus (*b*), MITHRIDATI cœvus (*c*), qui eum per legatos invitavit, POMPEIO prior (*d*).

Novæ sectæ auctor, ex Rhetore medicus (*e*) factus, ad ultimum senium integerrima valetudine Romæ vixit (*f*), summis viris, inter eos LUCIO LICINIO CRASSO celebri oratori amatus (*g*). Princeps post HIPPOCRATEM APULEIO (*h*). ATHENÆUS solum ASCLEPIADEM & HERACLIDEM PONTICUM citabat (*i*).

Scripta

(n) PLIN. L. XXIII. n. 77.

Habet etiam EUPATORIS MITHRIDATI antidotum ACTUARIUS *meth. med. ad V. 6.*

(o) PLIN. L. XXV. n. 3.

(p) GAL. *compos. sec. loc.* L. VII.

(q) AMMIAN. MARCELL. L. XXII.

(r) SUIDAS.

(s) VALER. MAX.

(t) B. *Bot.* l. p. 57.

(u) ATHEN. L. III.

(a) GAL. *introd.*

(b) PLIN. L. VII. c. 37.

(c) GAL. *compos. sec. loc.* L. VII.

(d) PLIN. L. XXVI. n. 7.

(e) Id. *ib.*

(f) *ib.*

(g) CICERO *de Orator.* L. I.

(h) COCCHI ad NICET. ORIB. p. 154. & ASCLEP. vit. p. XII. sqq.

(i) GALEN. *tremor.* c. 6.

Scripta ejus exstabant non pauca, *de elementis* (i); *de tuenda sanitate* (k), *de vini datione* (l); *de hydrope* (m), *de tabe* (n). Scripta ad MITHRIDATEM *de rebus medicis* (o). LL. *de passionibus celeribus* (p), *de periodicis* (q) & *de catalepsi* (r), *de clysteribus* (s), libri ad Erasistratum *contradictorii* (t); libri ad GEMINIUM (u); l. *definitionum* (x), *de communibus adiutoriis* (y); παρασκευαστικά (z). In HIPPOCRATIS loca difficillima commentatus est, ejusque lectionem subinde GALENUS reliquis prætulit (b), cum alibi vetustam lectionem contra ASCLEPIADEM tueatur (c). Fragmentum vide apud NICETAM.

Vir ingenio valens & eloquentia, in physiologicis equidem EPICURI sententiam secutus est, & eam sectam, quæ nostro ævo mechanica dicitur, & quæ ad suas causas corporeas omnia phænomena corporis humani refert (d).

Pathologica iisdem superstruxit fundamentis, & licet HEROPHILEIS alicubi accenseatur (e), mihi potius ad ERASISTRATI sententiam accessisse videtur, contra quem passim scripsit. A CLEOPHANTO multa recepit, ad victus rationem facientia.

Humores corporis humani particulis fieri, (f) aliis crassis, aliis tenuibus docebat, crassissimo sanguine, tenuissimo spiritu. Eos humores sanitatis facere integritatem (g), quando per suos poros libere moventur; morbos contra, quoties a poris nimis angustis vel obliquis impediuntur, & fit stasis (h).

S 3

Ita

- (i) GAL. *de Elem.*  
(k) CÆL. L. I. c. 3.  
(l) CÆL. *acut.* L. II. c. 29.  
(m) *Id. tard.* L. III. c. 8.  
(n) AETIUS L. III. 2. c. 30.  
(o) PLIN. L. XXV. n. 3.  
(p) L. I. apud CÆL. *acut.* L. II. c. 9. 4. & in L. *de phrenitide*. Liber II. ap. CÆL. *acut.* II. c. 5. 9. 22. 29. 33. 39. L. III. ap. CÆLIUM *acut.* L. III. c. 17. 21. *tard.* L. II. c. 7.  
(q) apud CÆL. *acut.* L. II. c. 10.  
(r) *Tard.* L. II. c. 13.  
(s) *Id.* L. V. c. 2. *Acut.* L. II. c. 33.  
(t) *Id.* L. II. c. 7.  
(u) *Acut.* L. II. c. 13.  
(v) *Id.* L. I. c. 15.  
(z) Ibi docet medicum quemque debere, neque unicum medicamentum, ad quemque morbum paratum habere ap. SCRIBONIUM. Habet etiam CÆLIUS *tard.* II. c. 13.  
(b) *Aphor.* II. 31. *Comm.* V. ad *Epid.* VI.  
(c) L. I. 22.  
(d) CÆL. *acut.* L. I. c. 14.  
(e) *Id.* *ib.* L. II. c. 39.  
(f) CÆL. *acut.* L. I. c. 14. Morbi sunt a corpusculis mole excedentibus GALEN. *introd.*  
(g) GALEN. *meth. med.* L. IV.  
(h) CÆL. *acut.* L. I. c. 14.

Ita dolores nasci, & febres ardentes & intermittentes (*i*), a particulis in poros impactis & retentis.

Inter intermittentes febres quotidianas fieri ab impactis corpusculis crassissimis, tertianas a tenuioribus, quartanas a tenuissimis (*k*). Ophthalmiam crassis particulis in venis hærentibus tribuit (*l*). Phrenitidem stationem s. obrusionem corpusculorum in cerebri membranis (*m*) esse. Morbos chronicos a mala dispositione & laxitate pororum nasci, quam CÆLIUS barbare vocat perforationem carnis in parvam formulam viarum, quæ possit corpori solita nutrimentaingere (*n*).

Sic in practicis ERASISTRATI mitem curandi rationem fere imitatus est, atque purgatione (*o*) alvi abstinuit; venæ sectionem tamen non sustulit, quoties dolor urgeret (*p*); Romæque cum viveret, ad luxum & mollitiem Romanorum artem accommodavit.

Abstinentiam carniū, frictions, etiam salinas & muscis factas (*q*); gestationes (*r*); balnea (*s*), etiam frigida imperavit.

In pueris tamen sanisque exercitationem sustulit (*t*).

Vinum subinde ægrotis permittebat (*u*), quod nutrimentum denset, fluxionem resolvat (*x*): vinum in ipsa propinabat ophthalmia, & in febribus (*y*).

Lectos pensiles, balnea ipsa pensilia excogitavit.

Veteres spreuit, eorum placita contempsit (*z*).

Naturam HIPPOCRATICAM sæpe nocere monuit (*a*).

Criticos dies rejecit (*b*), & selectum humorum (*c*), & plethoram (*d*);  
veteres

(i) CÆL. *acut.* L. I. c. 14.

(k) Ib.

(l) Ib.

(m) Ib.

(n) *Tard.* L. III. c. 8.

(o) L. I. c. 14. CELS. III. 4. fere in omni malo. L. V. c. 1. quod ventriculo noceret.

(p) GALEN. V. S. *adv.* ERASISTR.

(q) *Id. compos. sec. loc.* L. I.

(\*) CELS. I. c. 12. CÆL. *acut.* L. c. 110. Etiam in hæmorrhagia.

(r) CELS.

(s) L. II. c. 17.

(t) GAL. *de sanit. tuenda* L. I. c. 8.

(u) APULEIUS *florid.* L. IV. CÆL. *acut.* L. I. c. 15.

(x) GAL. *apbor.* VII. 46.

(y) CÆL. *acut.* I. c. 14.

(z) GAL. *adv.* ERASISTR.

(a) *Id. cris.* L. II. c. 8. CÆL. *acut.* L. I. c. 14.

(b) GAL. I. c. CÆL. I. c. 19.

(c) *Id. fac. nat.* I. c. 13.

(d) in JULIANUM.

veteres criminatus est, quod eorum medicina meditatio morbis esset (e).

Medicamenta multa descripta reliquit, etiam composita (f). Eorum aliqua ad posteros descenderunt, ut acre medicamentum ad alopeciam. Muscarum capita cuti jubet admovere (g). Pastillus BITHYNI hujus ne fuerit Bithyni an JOLÆ (h).

In diatrilo primorum dierum abstinentiam imperavit, ex antiquis repetitam, deinde a METHODICIS iteratam; siti etiam ægros torfit & vigiliis (i).

Posteriora per tempora morbi indulgentissimum (k) se præstitit, ut etiam vinum permitteret, & cibum quem ægri mallent (l).

In ipsa febre gestationem permittebat.

Clysteribus alvum ducebat, si quando ei videbatur necesse, in istis uberior (m).

In phrenitide fricitione leni utebatur, aquæ potu, victu tenui, ita somnum obtineri (n) sperabat; vinum ad ebrietatem usque imperabat (o): amabat dare vinum thalassomenum sive aqua marina mistum. Venam incidebat. Ægros in lucem transferebat, gestabat (p).

In lethargo acria stimulantia dabat, vinum, sinapi (q): eum morbum a catalepsi separabat (r).

In epilepsia venam secabat, clysterem subdebat, ipsam venam imperabat (s), impura dabat medicamenta (t).

In angina venam rarius secabat, sub lingua etiam (a) & in fronte; tonsillas dividebat, & partes super eas. Probat laryngotomiam, veteribus non ignoratam.

Cardiacam, non satis notum nuperis morbum, a stomachico malo pulsu separabat, qui in arteriis debilissimus, in corde vehemens esset, cum in stomachicis arteriæ valide micarent, & cordis saltus esset imbecillus (x). Fuerit ne internum anevrysmata, quod veteres morbum cardiacum dixerunt?

Sed

[e] GAL. V. S. *adv.* ERASISTR.

[f] CELS. V. *præf.* VI. 7.

[g] GAL. *compos. sec. loc.* L. I.

[h] TRALLIAN. VII. p. 207.

[i] CELS. L. III. 4.

[k] ID. L. II. c. 14.

[l] L. III. 6.

[m] L. I. c. 12.

[n] L. III. c. 18.

[o] CÆL. I. c. 14. 15.

[p] ID. L. I. c. 15.

[q] *Acut.* L. II. c. 9.

[r] L. I. c. 10.

[s] *Chron.* I. c. 4.

[t] Si ejus sunt quæ AETIUS habet I. 2. c. 15.

[u] CÆL. *acut.* L. III. c. 4.

[x] ID. *ib.* L. II. c. 35.

Sed noster ait frequenter cardiacos febricitare (y). Frigidi hic vini usum dam-  
nabat (z), clystere utebatur & cataplasmate adstringente (a).

In tetano sanguinem mittebat (b), ejus morbi species distinguit (c), acria  
& acres clysteres (d) adhibebat.

Spiritum exturbatum caput opplere scripsit (e).

In pleuritide, quæ pleuræ morbus sit (f), venam secabat: Romæ tamen &  
Athenis (g) monebat, male inde ægros habuisse, melius in Pario & in Helle-  
sponto. Bibenda dabat acria, rutam, hyssopum. Phlomon (mollientem her-  
bam) ægre admittebat.

In peripneumonia bronchia docebat laborare (h). In eo malo venam non  
secabat (i), clysteribus tamen utebatur acribus.

Medicamentum exstat ASCLEPIADÆ ad quartanam (k), quod apium, fal-  
via, castoreum ingreditur.

Cæterum in periodicis febribus vomitum clysteri præponebat (l). Quoti-  
dianam febrem periculosam esse, & in hydropem abire. Romæ febres frequen-  
tes esse; cum lethargi similitudine etiam funestas (m) fieri, ante nuperos.

In Cholera vinum cum polenta dabat (n).

In volvulo frictione utebatur (o).

Artus in hæmorrhagia ligare non probat (p).

In alvi fluxu jubebat frigidam bibere (q).

In ictero dabat aquam falsam, quæ alvum duceret; in diarrhœa frigidam (r).

In hydrope frictionem (s), paracentesin, punctiorem quatuor a talo di-  
gitis, cibi & potus abstinentiam (t) suadebat.

In

[y] *Acut.* II. c. 33.

[z] *Ib.* c. 39.

[a] *Ib.*

[b] *Tard.* L. III. c. 3.

[c] *Acut.* L. III. c. 7.

[d] *Ib.* c. 8.

[e] *GALEN. de sanit. tuend.* L. III. c. 3.

[f] *CÆL. Acut.* L. II. c. 16.

[g] *CÆL. acut.* L. II. c. 22.

[h] *Id.* *ib.* c. 29.

[i] *Ib. acut.* I. c. 28.

[k] *AETIUS* L. II. c. 84.

[l] *CÆL. acut.* L. I. c. 14.

[m] *Id.* *ib.* L. II. c. 10.

[n] *L.* III. c. 21.

[o] *Ib.* c. 17.

[p] *CÆLS.* IV. c. 4.

[q] *Id.* *ib.* c. 19.

[r] *Ib.*

[s] *L.* III. c. 21.

[t] *CÆL. tard.* L. III. c. 8. *CÆLS.* *ib.*

In mania cantilenam imperavit (u): ejusmodi fuerit phreniticus ille, quem ASCLEPIADES musica sanasse dicitur (x).

In catarrho inconstantior vinum alias permisit (y), alias prohibuit (z).

In paralyfi ex relaxatione tamen adurentia (a) adhibuit.

In stomachi affectionibus opio usus est (b) & hyoscyamo.

In morbo articulari negavit nervum esse (c) qui doleat, cum nervus nihil sentiat.

Non probat CÆLUS, quod in faucium exulceratione phthifica acetum acerrimum jubeat forbere (d).

Tabidos aiebat etiam sine febre (e) suppurari, ex humore seroso in thoracem delapso, qui pectoris hydrops esse videtur.

Hæmoptysin in succulentis difficiliter curari (f).

Maxima laude & suo ævo floruit, & apud posteros inter summos medicos relatus est a SCRIBONIO LARGO (g), SEXTO (h), CELSO (i).

Bustum ejus Romæ effossum BLASIVS CARYOPHYLLUS (k) cum elogio insculpto dedit, quæ icon apud CLERICUM redit. Sed etiam ANTONIVS COCCHIUS proprio libro ASCLEPIADIS elogium scripsit Florent. 1758. 4. \* & fuse de eo dixerunt in *Encycloped.* L. III.

CÆLIUS, ASCLEPIADI minus favens, vitio vertit, quod aliorum medicorum medicamenta mutaverit aut rejecerit, fastu ductus aut invidia (l). Id ex refutationibus probabile fit, quibus non HIPPOCRATEM solum, sed etiam ERASISTRATUM & CLEOPHANTUM exagitavit, quorum tamen placita sequebatur (m).

Mortuum qui putabatur ex feretro suscitavit (n).

Qui superstitiosa medicamenta apud ARCHIGENEM citata reliquit, TRALLIANO dicta, fuerit alter ASCLEPIADES, *pharmacion*. Fuit etiam Prusienfis ad Olympum alius ASCLEPIADES, cujus lapidem GRUTERUS habet.

## §. XLIII.

(u) *Chron.* I. 5. CENSORIN. *dies nat.* 12.

(x) ISIDOR. *etymol.* IV. fin.

(y) In l. 3. *celer.* apud CÆL. *tard.* II. c. 7.

(z) Ib in l. ad GEMINIUM.

(a) CÆLIUS *tard.* L. II. c. 1.

(b) GAL. *compos. sec. loc.* L. VII.

(c) *Id. fac. nat.* L. II.

(d) L. IV. c. 4.

(e) AETIVS L. IV. 4. c. 65.

(f) *Id. tard.* II. c. 12.

(g) nempe *epist. ad CALLISTUM*.

(h) *adversus mathem.*

(i) L. IV. c. 4.

(k) In *diff. Misc. Rom.* 1718. *Giorn. de lett. d'Ital.* II.

(l) *Acut.* L. I. c. 15.

(m) PLIN. L. XXIII. n. 29.

(n) CÆL. L. II. c. 6. PLIN. L. VII. c. 37.



## §. XLIII. SCHOLA ASCLEPIADE.

Multos discipulos habuit, ejusque secta eo ævo florebat, quo SORANUS scripsit: et si enim methodicæ sectæ semina ab ASCLEPIADE repetas, purior tamen methodus dogmatica illi causarum indagatiōi nunquam indulgit, quæ apud ASCLEPIADEM toti curationi erat pro fundamento. Ita legas, sectatores (a) ASCLEPIADIS in cardiaco malo tumorem, nempe inflammationem agnoscere, secundum eos ex corpusculorum obtrusione natum. Non aliam admittebant hæmorrhagiæ (b) causam, præter eruptionem.

Fuerunt autem inter discipulos ASCLEPIADIS, ALEXANDER Laodicensis, cujus de lethargo locus est apud CÆLIUM (c). Pressuras, sic scribit, in eo morbo agnovit, ignoravit etiam dimissiones intercedere.

CLODIUS (d) in tetano laser exhibebat. De curatione & morbi inde nati (e) scripsit (f). An idem CLODIUS APOLLONIUS, cujus antidotum GALENUS habet.

TITUS (g) venerem adversus icterum laudabat (h). In peripneumonia bis de die defricabat (i). Ejus plenum nomen videtur fuisse T. AUFIDIUS Siculus (k).

NICON Agrigentinus (l), CICERONI laudatus (m), cujus cum nomine MICONIS apud CELSUM (n) medicamen exstat. Is NICON CICERONI dictus, de polyphagia scripserat.

PHILONIDES Dyrhachenus, cujus (o) quadraginta quinque libri exstiterunt (p).

Fuit etiam PHILONIDES Ennensis, cujus l. 18. *de medicina* (q) GALENUS citat, & *de veratro* (r).

Idem, ut puto, qui PHILONIDES Catanensis, cujus tr. *de febris* est inter auctores *de febris* Venetiis 1576. fol. editos.

Ejus

- (a) CÆL. *acut.* L. II. c. 31.
- (b) *Tard.* L. II. c. 10.
- (c) *Acut.* III. c. 1.
- (d) *lb.* c. 8.
- (e) *lb.*
- (f) *Chron.* L. IV. c. 5.
- (g) *Tard.* I. c. 5. *Acut.* III. c. 8. II. c. 29.
- (h) *lb.* L. III. c. 4.
- (i) *Acut.* II. c. 29.
- (k) STEPHANO
- (l) *Id.*
- (m) *Famil.* VII. n. 20.
- (n) V. c. 8 ad papulas.
- (o) iterum STEPHANUS ex HERENNIO PHILONE.
- (p) STEPHANUS.
- (q) *differ. puls.* L. IV. c. 10.
- (r) DIOSCOR.

Ejus Catanensis PHILONIDÆ discipulus fuit PACCIUS ANTIQCHUS, cujus medicamentum TIBERIO (f) Cæs. revelatum est: erat HIERA PICRA, ex qua magnum quæstum habuit. Ejus etiam colica (t) dicitur.

ALEXANDRUM PHILALETHEM eo refert THEODORUS PRISCIANUS, solet autem HEROPHILEIS accenferi.

MOSCHION *corrector* (u) dictus, quod aliquas magistri sui opiniones emendasset. Ejus erant cosmetica, sæpe GALENO dicta. Qui nobis innotuit MOSCHION, muliebrum scriptor, is quidem SORANO posterior, de methodica secta fuit.

#### §. XLIV. THEMISON.

Laodiceus, princeps discipulorum ASCLEPIADIS, qui magistri præcepta paulatim eo deflexit, ut denique sectæ methodicæ fuerit fundator (a); multa enim, quæ male ex Asclepiadis placitis (b) docuisset, maturioribus annis reformasse (c) CÆLIUS AURELIANUS repetito inculcat. Quare ob immatura placita illa a methodicis passim refutatur (d). Non fuerit infelix clinicus JUVENALI dictus, cum CELSO prior vixerit. A cane rabido demorsus ex aquæ metu convaluit, teste CÆLIO.

Primus de morbis chronicis plene scripsit (e). Multi ejus sunt libri. *Tardarum passionum* L. III. (f), *de acutarum passionum curationibus* (g), *epistolarum* quarum aliæ ad DIMANTUM (h), aliæ ad ASILIUM (i). *Salutarium* (k) libri, *periodicarum* (l).

Cognitionem causarum ut supervacua neglexit (m), ut ipsi sufficiat, si ad ea animum adtenderimus, quæ morbi communia habent. Morbos omnes fieri,

T 2

(f) MARCELL. c. 20. SCRIBON. n. 97.

(t) GAL. *compof. sec. loc.* L. IX.

(u) GALEN. *differ. puls.* L. IV. c. 16.

(a) *Id. meth.* 1.

(b) CÆL. *tard.* I. c. 4. §. 16. *Acut.* L. II. c. 12. *tard.* IV. c. 5.

(c) CÆL. *Acut.* I. c. 16. II. c. 4.

(d) *Id. ib.* III. c. 17. &c.

(e) *Tard.* præf.

(f) L. I. CÆL. *tard.* L. IV. c. 6. III. c. 2. II. c. 4.

L. II. ex CÆL. *tard.* III. c. 4. §. 6. 7. II. c. 19. V. c. 1. 2.

(g) *Id. Id. acut.* II. c. 9. I. c. 16.

L. I. *ib.* c. 6.

(h) L. IX. *tard.* c. 5.

(i) L. I. & IV. CÆL. *ib.* c. 6. L. II. in *tard.* IV. c. 1.

L. IV. *tard.* III. c. 6. L. II. *acut.* III. c. 18.

(k) L. I. CÆL. *tard.* II. c. 7.

(l) *Acut.* II. c. 11. 12.

(m) CELS. præf.

fieri, a strictura, a laxatione, vel ab utraque. Discrimen morbi cujusque, a dogmaticis introductum, fere respuebat.

In phrenitidis prima diatrilo nutriebat, adhibebat refrigerantia, quotidie radebat, lavari jubebat, alienus hic a methodicorum præceptis (o).

In febre cibum dabat post paroxysmum, recte hætenus (p).

Apoplexiam faciebat capitis morbum, paralyfin aliarum partium (q).

In lethargo post triduum utebatur motu (r), sternutamento, cataplasmatibus, frigida capitis lotione.

In catalepsi acria fomenta adhibebat, castoreum, diacrydium (f).

In anginae principio poscam dedit (t), laryngotomiam probavit (u).

In peripneumonia scarificabat, declinante paroxysmo gestabat (x).

Hæmorrhagiæ unicam faciebat viam, nempe eruptionem (y).

A satyriasi in Creta multos interfectos fuisse ait, & apud Mediolanum se etiam vidisse nonnullos interire (z). Frigidos hic fetus & cataplasmata imperat.

In cardiacis vino, acribus, gestatione utebatur (a).

In volvulo oleum cum cumino (b), & clysteres injiciebat ex muria (c).

Maniacis, ut ASCLEPIADES, venam secabat (d), vinum vero suadebat & amorem (e).

Nihilo melius in catarrho vinum dabat (f).

In epilepsia empirica fere (g) medicamenta dabat, helleboro purgabat, venam secabat, caput divisura incidebat, cranium urebat, bregma perforabat (h).

In cephalæa hirudines fronti adhibebat, frictionem durissimam, acerrima; interne calida: hisque non juvantibus, ut empirici, ad frigida transibat (i).

Primus

(o) CÆL. *acut.* I. c. 16.

(p) CÆLS. III. 4.

(q) CÆL. *acut.* III.

(r) *Acut.* L. II. c. 9.

(f) L. II. c. 12.

(t) L. III. c. 3.

(u) C. 4.

(x) *Acut.* IV. c. 31.

(y) CÆL. *tard.* L. II. c. 10.

(z) *Id. acut.* L. III. c. 18.

(a) *lb.* L. II. c. 40.

(b) L. III. c. 17.

(c) CÆLS. L. IV. c. 15.

(d) CÆL. *tard.* L. I. c. 5.

(e) *lb.*

(f) *Acut.* L. II. c. 7.

(g) AET. L. I. 2. c. 16.

(h) CÆL. *tard.* L. II. c. 4.

(i) *lb.* L. I. c. 1.

Primus hirudines nominat, non vero videtur invenisse, certe ex CÆLII vocibus

In stomachica passione libro I. solutionem (l), in secundo ventositatem accusabat (m).

In asthma purgat & acria dat (n).

Venerem in ictero commendat (o).

De cachexia primus plene scripsit (p) hactenus neglecta.

Atrophix unctionem in sole opponebat (q).

In paralyfi venam secabat, acribus fovebat (r).

Ad hæmorrhagias malum punicum cum aloe dabat ex frigida, venam secabat (s).

In hæmoptysi ejus sectatores abstinentiam septem dierum imperabant (t).

In ischiade clystere utebatur (u), & sinapismis, aliisque irritantibus.

In jecorosis venam alternis diebus secabat, jecur vulnerabat, vel cautere urebat. Sic lienem (x).

In hydrope exercitium corporis, gestationem, helleborum dabat, scillam & sinapismos (y).

In arthritide venam secabat (z).

De elephantiasi plene egit (a), & primus (b), venam secuit, dedit emetica, unguenta adstringentia, balnea, helleborum &c.

In dysenteria chronica sanguinem de omnibus venis, etiam auribus, oculorum angulis, detrahebat (c).

Verminantibus pulsus inæqualem esse & pene deficere (d).

T 3

Ejus

(l) *Tard.* L. III. c. 2.

(m) *Ib.* L. I. c. 4.

(n) L. III. c. 5.

(o) *Ib.* c. 4.

(p) *CÆL. tard.* L. III. c. 5. 6.

(q) C. 7.

(r) L. II. c. 1.

(s) *Acut.* L. III. c. 13.

(t) *Tard.* L. II. c. 12.

(u) *Ib.* L. V. c. 1.

(x) L. III. c. 4.

(y) *Ib.* c. 8.

(z) L. V. c. 2.

(a) L. IV. c. 5.

(b) Primum ASCLEPIADE tempore visum malum: sic aquæ metum PLUTARCH. *quæst.*

L. VIII. 9.

(c) *Tard.* L. IV. c. 6.

(d) *Ib.* c. 8.

Ejus diacodium exstat apud GALENUM, quod noster primus descripserat. Hieram etiam habuit suam (e) & Acopa (f).

EUDEMUS THEMISONI sectator, qui clysteres frigidos injiciebat in morbo cardiaco (g). Fuerit EUDEMUS senior, cujus medicamentum GALENUS (h) recenset. Negavit quemquam evasisse, qui a cane demorsus aquam metuerit (i); idem medicus & adulter LIVILLÆ.

VECTIUS VALENS, alter THEMISONIS discipulus, pariter infamis MESSALINÆ adulterio. Ejus medicamentum GALENUS habet & MARCELLUS (k). In L. III. curationum specialium nomen singulis speciebus anginae fecit (l).

PROCLUSUS alius THEMISONIS sectator, distinguebat leucophlegmatiam, quæ initium esset hydropis, tympaniten quæ progressus, declinationem quæ ascites (m).

Alius fuit THEMISON Macedo, ANTIOCHO carus (n).

#### §. XLV. ALII SECTATORES ASCLEPIADÆ.

Numerosi & ipsi fuerunt, quorum aliorum tempora nota sunt, non perinde aliorum.

M. ARTORIUS ASCLEPIADES (o), CÆSARIS OCTAVIANI medicus & amicus, quo adhortante ante pugnam Philippicam castra reliquit, quæ BRUTUS expugnavit. IDEM ex naufragio post pugnam Actiacam interiit, ejusque splendidum exstat cenotaphium Smyrnæ repertum, quod PATINUS descripsit. In hydrophobia stomachum pati persuadebatur (p).

ANTONIUS (q) MUSA, libertus & ipse (r), post ARTORIUM AUGUSTI IMP. medicus, quem, a CAMELLIO (s) calidis male curatum, refrigerantibus medicamentis restituit, & potissimum etiam lactuca, & frigida lotione. Balneis etiam

(e) *Comp. sec. loc.* L. VII.

(f) *Compof. sec. gen.* L. VII.

(g) *Acut.* L. II. c. 38.

(h) *Compof. sec. loc.* L. IX.

(i) *DIOSC.* VI.

(\*) *Compof. sec. loc.* L. IX. VII.

(k) p. 114.

(l) *CÆL.* L. III. c. 1.

(m) *CÆL. tard.* L. III. c. 8.

(n) *ATHENÆUS* L. VII.

(o) *CÆL. acut.* L. III. c. 14.

ERASISTRATI sectator GAL.

(p) *CÆL.* l. c.

(q) *B. Bot.* I. p. 63.

(r) *ASCLEPIADIS de secta* PLIN. L. XXIX. 1.

(s) *PLIN.* L. XIX. c. 8. *DION.*

etiam frigidis corpora adstringere curavit (*t*), & multum cichorio usus est, etiam ad alvum ducendam (*u*).

In angina stercus caninum imposuit (*x*). Viperæ carnibus ulcerosos curabat (*y*).

Ejus in re medicamentaria insignis fuit peritia, & multæ ejus compositiones ad posteros pervenerunt (*z*), collyrium (*a*) & aliæ ad oculorum mala compositiones a GALENO repetitæ (*b*), ad hæmoptysin (*c*), arteriaca (*d*), apud AETIUM aliæ.

Et ipse usum anuli aurei ab AUGUSTO (*e*) obtinuit, qui universis medicis in ejus gratiam immunitatem concessit. Fuerit ne ANTONIUS archiater, cujus ischiadicum ORIBASIIUS habet (*f*). JAPYS VIRGILII secundum MEADIUM in honorem ANTONII MUSÆ a VIRGILIO dictus est. Multos libros scripserat (*g*).

Quinque porro medicos DIOSCORIDES recenset (*h*), quos vocat ASCLEPIADAS, quam vocem malunt legere Aselepiadeos.

NICERATUM (*i*) qui de *catalepsi* scripsit (*k*). Ejus varia sunt medicamenta. Ad ventriculum extus imponendum (*l*). Aromaticum ad dyspnœam (*m*): ad icterum (*n*), ad dysenteriam (*o*), dolorem sedans (*p*).

JULIUS BASSUS (*q*), alias TULLIUS, idem forte qui BASSUS medicus CICERONI dictus (*r*). NIGRI amicum CÆLIUS vocat (*s*).

Ejus

(*t*) PLIN. L. XXV. n. 38.

(*u*) GAL. *compof. sec. loc.* L. VIII. c. 8.

(*x*) Ib. L. VI.

(*y*) PLIN. L. XXIX. c. 39.

(*z*) GAL. *compof. sec. loc.* L. VI.

(*a*) apud MARCELLUM.

(*b*) GAL. *compof. sec. loc.* L. I. V, VII.

(*c*) Id. ib. L. VII.

(*d*) Ib.

(*e*) DION. L. 53.

(*f*) ORIBAS. *syn.* L. III.

(*g*) GAL. *compof. sec. loc.* L. VI.

(*h*) *Pref.*

(*i*) B. *Bot.* I. p. 60.

(*k*) CÆL. *tard.* L. II. c. 5.

(*l*) GAL. *compof. sec. loc.* L. VIII.

(*m*) Id. ib. L. VII.

(*n*) cum ciceribus & asparago, GAL. *compof. sec. loc.* L. IX.

(*o*) cor ranæ cum melle tritum PLIN. L. XXXII. c. 31.

(*p*) GALEN. *compof. sec. loc.* VII. SCRIBONIUS quo LIVIA & ANTONIA usa.

(*q*) Ita SCRIBONIUS.

(*r*) *Famil.* VII. 20.

(*s*) Ib.

Ejus medicamenta (*u*): ejus colica (*x*), antidotus, qua utebatur (*y*). Acopa (*z*). In hydrophobia clysteres dabat & sternutamenta (*a*).

PETRONIUS DIODOTUS, qui in medicamentis excelluit (*b*). FABRICIUS PETRONIUM NIGRUM vocat, & a DIODOTO separat. Non tamen probabile videtur, eodem ævo duos botanicos vixisse, NIGRI nomine utrumque. Unicum facit PLINIUS, qui *antilegomena* ei tribuit.

SEXTIUS NIGER (*c*) sæpe apud DIOSCORIDEM citatus, tamen etiam reprehensus. Diligentissimum dixit in medicina PLINIUS (*d*), qui de *materia medica* scripserit, secundum EROTIANUM (*e*) a DIOSCORIDE passim exscriptus (*f*). Salamandram, puto scincum, ad venerem ciendam laudabat (*g*). Malvam mali succi esse docebat (*h*).

CASSIUS FELIX, aliquanto his potius nuperior, qui omnes ævi fuerunt AUGUSTEI. CASSIUS ergo medicus TIBERII ævo vixit, aut aliquanto prius. Ejus Colicam servus ATIMETUS TIBERII Cæsaris legato SCRIBONIO dedit, etiam CÆLIO dictam, quæ zingiber recipiebat (*i*), & lacrumam papaveris, atque castoreum (*k*), CELSO laudatam. Ejusdem antidotus (*l*). Febricitantem frigida sanavit, cujus morbum cognoverat ab ebrietate natum (*m*) esse. Medicamentum ejus ad pulmonum dolores est apud veterinarios. Hic fuerit CASSIUS FELIX, cujus materiam medicam five antidotarium SIMON JANUENSIS & MATTHÆUS SYLVATICUS sæpissime citant. Chirurgica etiam scripsit, morborumque definitiones dedit, libros nempe duos *de practica*.

Vulgo pro eodem solet (*n*) haberi CASSIO, cujus *questiones* supersunt. Is vero mihi ASCLEPIADÆ quidem laudator & sectator (*o*) ferioris autem videtur ævi, qui ipsam *curam metasyncriseos* habeat (*p*), *methodicorum* (*q*) nomen, nondum, ut

[u] ORIB. *syn.* L. III. GALEN. *compos. sec. loc.* L. VII.

[x] GAL. *compos. sec. loc.* L. IX.

[y] SCRIBON. c. 29. MARCELL. p. 213.

[z] GAL. *compos. sec. loc.* L. VII.

[a] CÆL.

[b] GAL. *compos. sec. gen.*

[c] B. Bot. I. p. 60.

[d] L. XXXII. n. 13.

[e] in voce λειριον.

[f] Conf. B. Bot.

[g] PLIN. L. XXIX. n. 23.

[h] Ib. L. XX. c. 21.

[i] SCRIBO c. 29.

[j] CÆL. *tard.* L. IV. c. 7.

[k] CELS. V. c. 25. IV. c. 14. Habet & GALENUS *compos. sec. loc.* L. IX.

[l] SCRIBON. n. 76.

[m] CÆL.

[n] Conjunctos reliqui in *Bibl. Chir.*

[o] *Probl.* 33, 69, 70.

[p] Ib. 15, 16.

[q] Ib. 8.

ut puto, AUGUSTI ævo notum, neque CELSO, qui CASSIO FELICE prior sit. Varii generis cum ea problemata sint, continent etiam pathologica & practica non maximi momenti.

Editiones citavi in anatomicis. Bona est, quam ANDREAS RIVINUS dedit Lips. 1653. 4. \*. Gr. lat. cum notis. Alio cum titulo *de curandis morbis CASSII* codex existat.

Fuerit etiam tertius CASSIUS Empiricus (r) Pyrrhonius, qui analogiam ab usu toto libro abdicavit.

LECANIUS AREUS Tarsensis, cui DIOSCORIDES librum dedicavit (f).

Sectæ etiam ASCLEPIADÆ fuerit CHRYSIPPUS (t), qui de lumbricis scripsit, inque libro III. reliquit, mortuos lumbricos, si decesserint, mortem portendere (u).

Ejus medicamenta repetuntur a GALENO (x).

AREI ASCLEPIADEI libros citat IDEM (y). EJ. ad palpebræ mala (z). Medicamentum quod a DIOSCORIDE habuit.

METRODORUS *de medicamentorum facultatibus* scripsit, & adstringentia omnia (a) refrigerare docuit. Incertum est num idem sit, qui de *plantis* scripsit.

ÆLIUS GALLUS ASCLEPIADES, si id nomen sectæ fuit, ut CÖCCHIO visum. Idem forte qui GALLUS, alias GALENO dictus (b), alias ÆLIUS, cujus theriaca dicitur, ut nuperior sit ANDROMACHO, & conjuncto nomine Antidotus ÆLII GALLI (c), quæ CÆSAREM liberavit, qua etiam CHARMIS usus est:

Alius vero fuerit, GALLUS MARCUS ASCLEPIADEUS, cujus medicamentum dixit (d).

Omnibus vero pensitatis, duos ÆLIOS GALLOS fuisse invenio, vetustiore, qui ante CHARMIDEM, ante CLAUDII adeo tempora, vixit, & alium, qui ANDROMACHI Neronis medici emplastrum (e) correxit.

Fuit & T. ÆLIUS ASCLEPIADES AUG. LIB.

§. XLVI.

(r) GALEN. *subfig. Empir.*

(f) ID. *compos. sec. loc. L. III.*

(t) LAERT. L. VIII.

(u) CÆL. *chron. L. IV. c. 9.*

(x) *Compos. sec. loc. L. III. sec. gen. L. V.*

(y) lb. L. VIII.

(z) L. V.

(a) GAL. *simpl. med. fac. L. I.*

(b) *Compos. sec. gen. L. V. compos. sec. loc. L. VII. IX. Stomachica L. VIII.*

(c) *Antidot. II. c. 11. 14. compos. sec. loc.*

(d) GALENUS *compos. sec. loc. L. VIII.*

(e) B. *Bot. l. p. 110.*



## §. XLVI. HEROPHILEI NUPERI.

Horum ætatem ad tempora AUGUSTEA referas, aut priora, cum STRABO eorum mentionem fecerit (a).

ALEXANDER PHILALETHES, qui de *pulsu* scripsit (b).

DEMOSTHENES ALEXANDRI discipulus, qui pariter se dixit *Philalethen*: scripsit & ipse de *pulsu* (c), & de *oculorum morbis* L. III, cujus libri fragmentum MATTHÆUS SYLVATICUS possidebat, multaque ejus loca citat & chirurgica & anatomica, ut locum de lapidis in vesica generatione, & instrumenta aliqua. Ejus erat collyrium Nilum, sed conf. *Bibliothecam Chirurgicam* (d).

Alius est a DEMOSTHENE MASSILIOTA (e), quem dicemus, & cum quo alias eum conjunxi, Cl. viros fecutus.

CLEON ophthalmicus (f). Ejus collyrium (g) & gluten (h). Ante DEMOSTHENEM ponit FABRICIUS.

ARISTODEMUS, ALEXANDRI discipulus (i), qui de *pulsu* scripsit (k).

CHRYSERMUS quem, & APOLLONIUM Murem, HERACLIDES CRYTHR. audivit. Plantarum vires dixit (l). A pipere in cardiacum malum incidisse SEXTUS EMP.

APOLLONIUS Mus, Herophileus (m), STRABONE aliquanto prior, scripsit l. 28. de *secta* HEROPHILI (n), & libros 29. de *pulsu*, in quibus locus est, quo de pleuritide agit, cujus sedem ponit & in membrana & in pulmone (o).

An idem fuerit APOLLONIUS (p) HEROPHILEUS, cujus *parabilia* (q) GALENUS citat? Putes, cum APOLLONIUM MUREM de facultate medicamentorum scripsisse CELSUS auctor sit (r); ille vero GALENO dictus pariter in medicamentis plurimus fuerit, cujus multas scriptiones GALENUS repetit, ut de aurium & narium malis (s). Ad venena. Ad fucillata

(a) L. XII.

(b) B. *Anat.* I. p. 63.

(c) Ib. l. c.

(d) ORIB. *syn.* L. III.

(e) B. *Chir.* I. p. 30.

(f) CELS. L. VI. c. 6.

(g) ORIBAS. *syn.* L. IV.

(h) ex AETIO.

(i) GAL. *compos. sec. loc.* L. IX.

(k) *diff. puls.* L. IV.

(l) GAL. *compos. sec. loc.* L. III. An idem forte CHRYSÆUS, etiam GALENO dictus.

(m) Non discipulus, ut excidit in B. *Bot.* I. p. 51, verum sectator.

(n) CÆL. *acut.* II. c. 13. 51. conf. B. *Anat.* I. p. 63.

(o) Id.

(p) B. *Chir.* I. p. 60. B. *Bot.* I. p. 100.

(q) GAL. *Antid.* II. Diligentem & Aiclepiadeum vocat *compos. sec. loc.* L. V. l.

(r) L. V. c. 1. Libri APOLLONII ib. L. III.

(s) *Compos. sec. loc.* L. III.

gillata (t), oxyporium (u); Thespianum (x); alia (y). Porro ejus medicamenta ad achores (z) ad capitis dolores, vana ista & empirica. Ricini folia (a) tusa ad ardorem ex sole. Ad capitis dolorem a meri potu. Nusquam tamen de hemigrania egisse ID. GALENUS monet. Ad sonitus, gravitatem auditus, illapsa in aurem corpuscula, aurium mala &c. Antidotus apud GALENUM. Longus denique locus est de venæ sectione & scarificatione. Negat se venæ sectionem rejicere, quæ in maximis malis sit præsidio (b). Scarificationem maxime convenire mulieribus, quibus menses deficiunt (c). In Asia scarificationem felicissime in pestilentia cessisse, cum ad duas libras sanguis detraheretur (d). Laudat GALENUS (e), quod cum discrimine medicamenta imperaverit, carpit tamen alibi, quod causas non distinxerit (f), quod conyzam inter refrigerantia numeraverit. Addit diu ALEXANDRIÆ vixisse, & ante ARCHIGENEM & ANDROMACHUM juniorem (g). Crudelia medica ex homine proposuisse PLINIUS (h). Mihi videtur, ad Empiricorum morem, absque causarum discrimine, aut temporum, medicamenta ad quemque morbum proposuisse.

HERACLIDES ERYTHRÆUS, APOLLONII amicus, CHRYSERMI discipulus, STRABONIS ævo (i) vixit. Septem ejus fuerunt *de pulsu* libri (k).

An is fuerit HERACLIDES Philosophus, cujus (l) antidotus rhaponticum recipiens a TRALLIANO dicitur: an potius HERACLIDES Ponticus.

DIOSCORIDES PHACAS, Herophileus, & ab interprete HIPPOCRATIS diversus, & ab (m) auctore materiæ medicæ. *Terebinthus* etiam dictus est, ob cutis tubercula (n).

GAIVS Herophileus, cujus medicamenta passim GALENUS citat. In aquæ timore cerebri membranas pati CÆLIO teste docuit. Neapolitam dici, & eo nomine a GALENO intelligi FABRICIVS.

U 2

§. XLVII.

(t) *Compos. sec. loc.* L. V.

(u) MYREPS. n. 28.

(x) GAL. *compos. sec. loc.* L. VII.(y) *Ib.* L. IX. VII. VIII.(z) *ex l. parab.* GAL.(a) *Compos. sec. loc.* L. I. cum laude.(b) ORIB. *coll.* VII. c. 19.

(c) C. 20.

(d) *Ib.*

(e) C. 2.

(f) *Compos. sec. loc.* L. III.(g) *Ib.* L. III. V. VII.

(h) L. XXVIII. n. 2.

(i) STRABO L. XIV.

(k) GAL. *puls. diff.* L. IV. c. 10.

(l) L. X. p. 618.

(m) GALEN *defin. Lect. Hipp.*

(n) PAUL. IV. 24.

## §. XLVII. MEDICI AB ASCLEPIADE AD CELSUM.

Medici quos CICERO [non paucissimos sibi notos citavit, eos primo loco dicemus.

CRATERUS, celebris clinicus, cui plurimum tribuebat (a), & cujus summam in arte auctoritatem fuisse HORATIO credas & JUVENALI, fœvum suum viperarum carnibus imperatis sanavit, cui caro de ossibus defluebat (b). Ejus etiam aliqua medicamenta & antidotus superest, adversus animalium morsus. Eam GALENUS habet (c).

Prior fuerit CODIUS TUSCUS, cujus antidoto CRATERUS utebatur (d).

NYMPHODORUS, cujus pastillum ad dysenteriam ARCHIGENES expertus laudavit, cujus etiam medicamentum ad serpentia ulcera ex auripigmento & calce AETIUS habet (e). CELSO etiam dicitur (f).

CORNELIUS ARTEMIDORUS Pergamenus ex cohorte VERRIS apud CICERONEM, etiam a PRISCIANO citatus. Hunc putant aliqui esse CORNELIUM medicum, quem GALENUS citat, potius quam CELSUM.

Fuit & Q. CORNELIUS medicus, qui sibi & SENTIÆ ELIDI medicæ lapidem inscripsit.

PHIDIPPUS, DEIOTARI R. medicus (g) apud CICERONEM.

A. ROPILUS medicus (h).

ALEXION, quem CICERO summum vocat medicum, & cujus acerbam mortem luget (i).

ASCLAPO vel ASCLAPION Patrensis (k), cujus mores & animum commendat & quo ad TIRONEM curandum usus est.

LYSO, cujus diligentiam non laudat (l), in eodem TIRONE curando adhibitam.

CLEOPHANTUS, alius a CLEOPHANTO priori, quem spectatum vocat hominem (m).

CLEARCHUS qui CATONIS Uticensis vulnus deligavit (n).

GLYCON, quem cum vulnera PANSÆ veneno vitiaffe fama ferret (o), BRUTUS

(a) TULLIUS ad *Attic.* L. XII. c. 13. 14.

(b) PORPHYR. *abstinens ab anim.*

(c) *Compos. sec. loc.* L. VII.

(d) GAL. *antid.* L. II. c. 7.

(e) L. III. 1. c. 49.

(f) L. VIII. c. 20.

(g) pro DEIOTARO.

(h) CICERO.

(i) ad *ATTIC.* XV. c. 1.

(k) *Epist. ad Memmianum* XX. Ep. XVI. n. 11. ad *ATTICUM.*

(l) ad *TIRON.* 4.

(m) *Orat. pro QUINTIO.*

(n) PLUTARCHUS.

(o) BRUT. *Epist.* L. VI.

TUS innocentem fuisse ab eo crimine testatur. Idem forte, quem SCRIBONIUS citat (p).

ANTISTIUS medicus Cæsaris vulnera inspexit, cum in senatu trucidatus esset (q).

Medicum suum J. CÆSAR habuit, cum a Piratis captus esset.

STRATO medicus, servus ROPILI medici, qui de veneno dato accusatus, torturæ est subiectus. Ei Patronus tabernam exercendæ medicinæ causa donavit (r).

CLODIUS PLATORI per medicum suum (s) venas aperuit.

NIGIDIUS FIGULUS, senator Romanus, CICERONIS in Catilinaria conspiratione adjutor, qui idem de *animalibus* scripsit. Fabulosa ejus narratio existat apud GELLIUM (t).

M. TERENCEIUS VARRO, eruditissimus Romanorum, Corcyræ valetudinem publicam fervavit aquilone fenestris inmisso, malignis ventis exclusis (u). De condienda aceto carne (x) præcepta dedit &c.

Medici nonnulli a CELSO citati huc faciunt, quos vel CÆSARIS, vel certe AUGUSTI, temporibus vixisse certum sit, nisi si qui sunt antiquiores.

THRYPHONES duo, pater & filius, Gortyniata (y). Cephalicum Tryphonis legas, & medicamentum ad colorandas cicatrices (z).

SOCRATES chirurgus, cujus ad capitis dolorem medicamentum existat apud GALENUM (a). In hydrope urebat (b).

CRATO. Ejus compositio ad purulenta (c).

POLYARCHIUS (d). Ejus medicamentum ad stomachum (e). Ejus *epistola ad omnia interna* (f).

ATHENION. Ejus catapotia (g).

MEGES. Medicamentum quo usus est (h).

U 3

Ut

(p) *Compos.* 206.(q) SUTTON. in *Cæs.*

(r) pro CLUENTIO.

(s) Cic. de *haruspic. resp.*

(t) L. VII.

(u) *Agricult.* I. 4.

(x) PLIN. L. XX. c. 82.

(y) GALEN. *compos. sec. gen.* L. V. SCRIBON. c. 175.

(z) CELS. L. VI. c. 5.

(a) *Eupor.* III.(b) CÆL. *tard.* L. III. c. 8. I. c. 9.

(c) CELS. L. VI. c. 18.

(d) ID. L. V. c. 18.

(e) MARCELL.

(f) GALEN. *compos. sec. gen.* L. VII.

(g) CELS. L. V. c. 25.

(h) GAL. *compos. sec. loc.* L. III.

Ut CHARIXENUS, ita APOLLIONIUS medicamentum (i) habuit, GAL. Ejus CHARIXENI medicamenta GALENUS repetit (k). Arteriaca (l). Ad dyspnœam ex origano & iride (m). Adversus tabem (n).

MENODOTUS Nicomediensis Pyrrhonius (o) empiricus, transitum s. epilogismum, sensui & memoriæ addidit. Venam non secabat nisi plethora urgente. Injuriose in alios scripsisse GALENUS (p) SEXTI præceptoris, præceptor fuit ferioris adeo ævi. ERASISTRATUM empiricum docuit (q).

THEUDAS de experimento & exercitatione (r). Ab analogia viam ad experimentum dixit. Diversitatem medicamentorum dixit in L. I. *curat. salubr.* MENODOTO cœvus fuit.

MENOETUS ab HERA citatus (s).

HERODOTUS ARIEI Tharsensis fil. discipulus MENODOTI, SEXTI præceptor (t). Ejus *lite* fuit ex falicibus, quam HERAS ab eo habuit (u).

PROTARCHUS, EJ. medicamentum ad scabiem, ad ulcera (x).

THEODOTUS collyrium CLEONIS emendavit (y).

PHILO Tarsensis (z), cujus celeberrimum est Philonium (a). Medicamentum suum verficulis aenigmaticis descripsit. Ejus collyrium CELSUS habet (b), ut certe potius vetustiore esse putes: est & sotira (c); & colica (d). A CLE-  
R CO ad AUGUSTI tempora refertur.

Fuit & PHILO Triccenensis methodicus (e), idem puto, qui inter convivas PLUTARCHI numeratur (f). Separat a priori FABRICIUS, & ei soli antidotum tribuit (g). Difficile est judicium.

## HERENNIUS

(i) *Compos. sec. loc.* L. V.

(k) *ib.* L. VII. IX., in quo asarum & elaterium *sec. loc.* III.

(l) ORIB. AETIUS. II. 4.

(m) *Compos. sec. loc.* L. VII.

(n) *ib.*

(o) LAERT. p. 108. GALEN. *metb. med.* L. II.

(p) *Subfig. Empir.*

(q) *Compos. sec. loc.* L. VI. 1.

(r) GAL. *comm. in vici. acut.* IV.

(s) *Id. compos. sec. gen.* L. II.

(t) LAERT. in SEXTO.

(u) *Compos. sec. gen.* L. V.

(x) CELS. L. V. c. 18.

(y) *Id.* L. VI.

(z) GAL. *compos. sec. loc.* L. IX. c. 4.

(a) *Id. rat. cur.* II. 6. *Antidotus Philonis* ARETEUS *cur. diut.* II. c. 5.

(b) CELS. L. VI. c. 6.

(c) *Id.* *ib.*

(d) ORIBAS. *syn.* IV.

(e) GAL. *metb. med.* L. I. c. 7.

(f) *Quæst. conviv.* VI. c. 2.

(g) ORIB. *syn.* III. ARET. *diut.* II. 5. TRALLIAN L. X. p. 577. GAL. *sec. loc.* VII.

HERENNIUS PHILO (b) de re medica scripsit, ab utroque PHILONE diversus. Eo opere historia veterum medicorum continebatur.

PHILO judæus, cætera ignotus l. *quomodo quis tempore pestilentie sibi consilere debeat* hebraice vertisse dicitur WOLF Bibl. Hebr.

CTESIPHON, GALENO sæpe dictus (i). Ejus malagma ad papulas (k).

DIONYSIUS, an MILESIUS, sæpe GALENO dictus. Ejus collyrium (l), consilium ad hæmorrhoides (m). Oxyporum DIONYSII (n).

MENEMACHUS Ejus varia medicamenta (o). Alius ab eo fuit MENEMACHUS, GALENO cœvus (p).

MOSCHUS, MEDUS, PANTHEMUS, SOSAGORAS, ARISTON, THEOXENUS, DEXIUS, PHILOCRADES, HECATEUS, DIOGENES, BOETHUS, TIMÆUS, EUTHYCLEUS, IRENÆUS, THEODOTUS, HERMON, HIERA, PTOLOMÆUS, EUPELISTUS, NILEUS, PHILETES in *Chirurgica Bibliotheca* dicti sunt.

HERAS Cappadox, ante MUSAM & ASCLEPIADEM vixit (q). Discipulum HERACLIDIS TARENTINI facit FABRICIUS. Locum nunc non coram habeo, quo vir Cl. nititur. CLERICUS CLAUDII cœvum facit: id vero fieri nequit, cum a CELSO citetur. Ex præcipuis est medicamentorum auctoribus, cujus diligentiam GALENUS laudavit (r), etsi multa ex ATTALO & HERACLIDE habet. Ναρθηνας (s) s. *medicamentarii* auctor fuit, & libri de *facultate medicamentorum* (t), idem cujus numerosissima (u) medicamenta in botanicis diximus: Diacodium; Antidotum (x); ad dysenteriam (y). Ex libris Heræ ad capitis dolorem (z); ad aurium mala (a); stomachicum (b). Hirudines in angina adhibebat (c); ad hydropem (d).

Nig

(h) apud STEPHANUM.

(i) *Introd. Compos. sec. gen.* L. VI.

(k) CELS. L. V.

(l) L. VI. c. 6.

(m) CÆL. *chron.* L. II.

(n) MARCELL.

(o) CELS. VI. 10. GAL. *sec. loc.* L. III.(p) *Method.* L. XII. 6.(q) GAL. *compos. sec. loc.* L. VI.(r) *ib. compos. sec. gen.* L. VI. & II.(s) *Bibl. Chir.* p. 36.(t) & l. de *medicam. compositione.*(u) *B. Bot.* p. 69. *B. Chir.* p. 36. GAL. *sec. loc.* L. III. ORIB. *syn.* III.(x) *Compos. sec. loc.* L. VII.(y) *ib.* L. II.

(z) L. III.

(a) ex charta usta, auripigmenti scobe.

(b) GAL. *compos. sec. loc.* L. VI.(c) *Id.* *ib.*

(d) AET. L. III. 2. 26.

Nisi duo fuerint NILEI, ANTIPATER ante CELSUM vixit; citatur enim a GALENO potio ANTIPATRI (e), ut NILEUS. ANTIPATER etiam a SCRIBONIO citatur (f). Locus equidem est, ubi ANTIPATER videtur inter methodicos recenseri (g), & in l. *de introd.*, qui GALENO tribuitur, inter methodicos utique legitur. Hujus medici medicamenta citantur (h), & ARISTOCLIS, quo ANTIPATER usus est (i), & libri ANTIPATRI (k), & l. *tertius epistolarum* (l) ad GAUUM, ubi dicitur magnam vim esse numeri trini in omnibus diatritis, quæ voces iterum ad methodicum hominem spectare videntur. Has tenebras vix datur dissipare. Peritisse post pulsum intermittentem, cujus causa fuerit in pulmonis ulcere GALENUS.

THARRIAS quidam, ut CELSUS (m) scribit, *de lethargo* scripsit, & uterum aqua plenum fasciis constringit, quod addit CELSUS se videre a multis repeti (n).

POSIDONIUS philosophus hujus fuit ævi, verum non videtur medicus esse ejus nominis, cujus placita fere cum ARCHIGENE conjunguntur, & quem alio loco dicemus.

#### XLVIII. SECVLI AVGVSTEI.

CLEOPATRA regina & hujus seculi fuit, & Cæsarei, regina artium studiosa, etiam medicinæ, quæ, perinde ut ATTALUS, venenorum experimenta capiebat, & antidotorum.

EJUS, aut certe cognominis feminæ, libri olim exstabant *de ornatu* (a), in quibus de pilorum vitiis agebatur, & de univèrsa cosmetica.

Exstant etiam in gynæceis C. WOLFII libri duo *de morbis muliebribus*, nomine CLEOPATRÆ inscripti, manifesto quidem spurii. Multa vana & supersticiosa medicamenta continent. Abortiva docent.

EJ. *de singulorum morborum curatione* l. citat AETIUS IV. c. 98. & PAULUS.

Medicas omitto, quæ solebant leviora feminarum mala, sed etiam malum hystericum curare. Conf. quæ in *B. Chir.* diximus (b).

OLYMPUS

(e) *Compos. sec. loc.* L. IX. & *Antid.* II. c. 10.

(f) *Composit.* 167.

(g) *Metb. med.* I.

(h) *Compos. sec. loc.* L. III.

(i) Stomachicum GALEN. *compos. sec. loc.* L. VI. tribuitur, inter methodicos utique legitur.

(k) *Compos. sec. loc.* L. IX.

(l) *CÆL. tard.* L. II. c. 13.

(m) *CELS.* L. III. c. 20.

(n) C. 21.

(a) *GAL. compos. sec. loc.* L. I. c. 8. Conf. *Bibl. Chir.* p. 29.

(b) & le CLERC. p. 433. 199.

OLYMPUS, reginæ CLEOPATRÆ medicus, ejus mortem descripsit.

PHILOTAS, M. ANTONII triumviri medicus. Ejus medicamentum apud CELSUM existat (c).

GLAUCUS medicus Alexandrinus.

HYGINUS Augusti l. Ejus aliqua medicamenta superfunt (d).

FLORUS, ejusdem conditionis.

CAMELIUS AVGVSTI, post ARTORIUM & ante MUSAM, medicus, idem qui calidis fomentis AVGVSTO nocuisse visus est. Jatraliptam fuisse aliqui, quos refutat CL. MOEHCEN, ut potius pro epistata Gymnasia habeat (e).

C. VALGIUS, qui de plantarum in medicina usu primus Romanorum scripsit.

EUPHORBVS JVBÆ junioris medicus, ANTONII MUSÆ frater, cujus nomen in celebri planta ejus nominis conservatum est. In curando AVGVSTO idem fratri adjungitur (f).

L. APVLEIVS CELSVS, Centuripinus, SCRIBONII præceptor. Ejus erat antidotus (g) adversus rabidi canis morsum, in experimento, ut alia ejusmodi medicamenta inutilis, quæ tamen a MARCELLO etiam ejus cum APVLEII nomine conservatur (h). De eo viro lege in GIORN de LETTERAT XIII. 210.

CALLINICVS, cujus malagma PACCIVS (i) in commentarios retulerat.

ANAXILAUS superstitiosus scriptor, Pythagoreus, præstigiator, ab AVGVSTO Imp. Roma pulsus (k).

M. VITRVVII elegantissimi scriptoris de architectura opus, varia habet huc facientia, de electione salubris loci pro ædibus (l). Ex hepate diu conservato bonam de loci salubritate conjecturam faciebat. De aquis mineralibus & thermis, fontibusque medicamentis egit (m). De fontibus noxiis frigore, metallico veneno. Aliqua ad aquarum analysin, etiam per coctionem.

ÆMILIVS MACER præter l. de plantis, etiam de theriaca scripsit, librum dudum etiam amissum.

Effæos, pios homines therapeutes etiam medicinam fuisse FABRICIVS.

## §. XLIX.

[c] V. c. 19. PLUTARCH. ANTON.

[d] Bibl. Cbir. p. 37. GALEN. compos. sec. gen. L. II. ib. L. IV.

[e] Saml. von Münzen n. 33.

[f] PLIN. L. XXV. c. 38.

[g] SCRIBON. compos. c. 14.

[h] p. 114.

[i] GALEN. compos. sec. gen. L. VII.

[k] FABRIC. bibl. L. XII. p. 56. fust.

[l] L. I. c. 4.

[m] L. VIII. c. 4.



## §. XLIX. A. CORNELIUS CELSUS.

Ab ipso retro HIPPOCRATE interierunt omnia, quæ adeo numerosa de re medica scripta fuerant. Superest CELSI satis plenum opus, qui latine quidem scripsit, sua tamen ex Græcis potissimum habet, ex HIPPOCRATE, exque ASCLEPIADE. Medicus num fuerit etiam nunc ambigitur: non videtur tamen tam bono ordine, tamque dilucide præcepta veterum expositurus fuisse, nisi hæcenus in artis opere ipse versatus fuisset, & ostensum est suo proprio iudicio ubique esse usum.

Num sit CORNELIUS medicus GALENO (a) dictus dubitari potest, de PLINIO non dubium est scripsisse de eo tamquam de medico.

De ætate non potest ambigi, THEMISONE aliquanto nuperior, ante COLUPELLAM vixit, vergente ad finem AUGUSTI CÆSARIS regno.

Librorum octo, quos CELSUS *de re medica* reliquit, quatuor priores toti sunt argumenti clinici.

In *præf.* L. I. brevem historiam medicinæ tradit, & empiricorum argumenta adversus dogmaticorum rationes expendit, perite certe, & integro cum iudicio, ut causas evidentes & proximas requirat, obscuras merito negligat.

Inde agit de ratione victus sanorum hominum & sua sponte viventium. Liberam satis vult parumque legibus adstrictam medicis.

Deinde etiam eos docet, qui morbos volunt avertere. Exercitationes Romano more describit; vomitum & alvi ductionem, ut non valde commendat, ita non undique tollit, ASCLEPIADE cautiore. Præcepta ut in nonnullis morbis victus sapienter regi possit, etiam in pestilentia.

In L. II. anni temporum, ventorum, ætatis potestates in corpore humano exponit, HIPPOCRATEM fere secutus. Morbi bona malave signa ex eodem HIPPOCRATE. Consilia ad medendi artem in universon. Venæ sectionem neque ubique administrat, neque nunquam, adque vires potissimum respicit, hæc si suffecerint sanguinem mittere non recusaturus. Arterias, venas, nervos distinguit. Venam ex proximo partis affectæ fecat. Cucurbitulis frequenter utitur. Alvum perinde non libenter ducit, cum ventriculum debilitare timeat: neque alio scopo unquam ventrem solvit, nisi minuendæ morbi materiæ. Omnibus catarcticis aloën miscet, ut ventriculo parcat. Clysmatibus ergo mavult uti. Multis exceptionibus opportunitates circumscribit, in quibus alvum licet ducere. Frictionem ab ASCLEPIADE primum vehementer commendatam, & ipse laudat. Gestationem male ad ipsas febres extensam, eo in casu rejicit. Balnea ab ASCLEPIADE impensius commendata satis laudat, & rectam lavandi rationem describit. In cibis sapienter satis & vere distinguit, qui valentes sint, qui imbecilli, aque viribus corporis discriminis in ciborum selectu causas sumit.

(a) *Compos. sec. loc.* L. IX.

In L. III. propius ad curandos morbos accedit, & ut initia excipiantur docet. In univcrsum in febris raro alvum ducere permittit, & primorum dierum abſtinentiam haecenus retinet, ut tamen ægrum ali velit, quoties vires recreatione egent. Quare, ut accurate vires poſſit obſervare monet, non poſſe unum medicum multis ægrotis proſpicere. Nihil eſſe in diebus paribus & imparibus firmi, perinde ut ASCLEPIADES. Febres ſingulæ. Tertio fere die cibum indulget, debilibus in dies. Potum nimis reformidat, etiam in ardente febre, ſudorem tamen die quarto data frigida & multa veſte injecta exprimit. Venam non ſecat. Pulsus indicia non eſſe fida. Ad ſtrictum fere & laxum corporis habitum reſpicit. In quarta biduo cibo abſtinet, balneis frequentibus febrem impugnat, alvum etiam ducit. In peſtilente febre perinde venam ſecat. In phrenitide, ut fere ubique ſolet, nihil admittit perpetuum, lucem enim alias nocere, prodeſſe alias. In lethargo frictionem admittit, verum ne ſomnum faciat, cucurbitulam occipiti admovet. Cardiacis ſudorem compeſcit adſperſo lithargyri pulvere, vinum propinat, clyſteres nutrientes injicit, hic primum, ni fallor, commendatos. Hydropem etiam a liene fieri. Abſtinentiam obtineri facilius in ſervis qui cogi queant, hinc in ſervis hydropem facilius curari. Tabidos jubet Alexandriam navigare, quod conſilium nuper renovatur. Ictericos purgat, etiam valide ſi vires ſuffecerint.

L. IV. morborum a capite ad calcem curatio. Tetanum non interpolata frictione conatur ſuperare. Sanguinis eruptio ex ruptura aut anastoſi. In ulcerofis faucibus acetum ab ASCLEPIADE præſcriptum noſter rejicit. Sic vincula adverſus hæmorrhagiam artubus injicere defendit, contra eundem ſcriptorem, etiam experimento producto. In elephantiaſi oſſa vitium pati. Lacte alinino & abſtinentia a vino ſanati podagrici.

Reliqui libri fere præter medicamenta aliqua & antidotos, argumenti ſunt chirurgici.

Editiones diximus in *B. Chirurgica I.*

Seorſim prodiit fragmentum CELSI *de natura & proprietate ciborum Venet.* 1545. 8. \* cum nonnullis aliis libellis.

*De febris* in collectione Veneta.

*De balneis* pariter in collectione Veneta.

Librum I. qui de victus ratione agit, HIERONYMUS THRIVERIUS BRACHELIUS *caſtigatum & commentario illustratum* edidit Antwerp. 1539. Leiden 1593. 4.

In eundem librum JOD. LOMMII eſt commentarius *de ſanitate tuenda* Lovan. 1558. 8. Leid. 1724. 8. \*, quem CELSI defenſorem alias dicemus.

ſcripſerat etiam *de veterinorum morbis* librum COUMELLE laudatum, a PELAGONIO citatum & a VEGETIO.

Huc facient, J. HENRICI KROMAYER *erroris confessio sapienti conveniens, ad locum CELSI L. IV. 16. Jen. 1724. 4.*

NIC. MAHUDEL *reflexions sur le caractère les ouvrages & les éditions de CELSE Hist. de l'Acad. des Inscr. T. IV.*

GEORGHII MATTHIÆ de CORNELII CELSI *medicina* Gotting. 1766. 4. \*. Uti- que AUGUSTO imperante vixisse, propriam sententiam dixisse, propria ad experi- menta sententiam tulisse. Medicum veri nominis fuisse.

DAN. WILH. TRILLER *de morbo celiaco singulari a C. CELSO descripto* Wit- teberg 1765. 4. \*. Colicam fuisse spasmodicam flatulentam.

MICH. CHR. JUST. ESCHENBACH de CELSO *non medico practico* disp. edidit Greifswald. 1771. 4. \*. Nusquam a veteribus, ubi quam maxime debuisset, inter medicos recensum fuisse, a PLINIO potissimum & QUINTILIANO.

*Flosculi in medicina ex C. CELSO sunt in collectione RUSTICI Placentini Ve- net. 1507. 8.*

#### §. L. A CELSO ad SCRIBONIUM.

TIBERIO imperante & CLAUDIO.

MENEKRATES Zeophletensis (a), TIBERII & CLAUDII medicus, non satis dissimilis prioris MENEKRATIS, & perinde fere fastuosus auctor libri *medicamentarii*, cujus formulæ integris (b) verbis erant descriptæ, quare ei titulum fecit *insignium medicamentorum* (c) *hologrammatom*. Idem fuerit qui TIBERIUS CLAU- DIUS KYREINA MENEKRATES Cæsarum medicus. A GALENO optimis de medi- camentis scriptoribus accensetur (d). Varia ejus medicamenta GALENUS ha- bet (e). A CÆLIO etiam ad epilepsiam citatur (f).

CHARICLES illustris medicus, TIBERIO non ignotus, qui deficere vitam principis ex pulsu intellexit. Ejus dolorem sedans medicamentum (g) citatur, & leucen (h), etiam ad dyspnœam (i), ad capitis dolores (k).

ANTHEROS libertus TIBERII, qui viva torpedine podagram felicissime sustulit (l).

L. JUNIUS MODERATUS COLUMELLA, in suo *de agricultura* opere, mor- bos etiam animalium eorumque curationes adtigit. Passim aliqua huc faciunt. Hydropem subcutaneum pelle incisa sanari (m).

AMBRO-

(a) Conf. B. Bos. p. 70.

(b) GAL. *compos. sec. loc. L. VII.*

(c) apud Gruter. DLXXXI.

(d) *Compos. sec. gen. L. III. compos. sec. loc. L. VII.*

(e) Ib. L. VII. Celebre ejus est *diacbylon stomaticum sec. loc. L. VI.*

(f) *Tard. L. I. c. 14.*

(g) GAL. *compos. sec. loc. L. VII.*

(h) Id. ib. L. X.

(i) Ib. L. VII.

(k) L. II.

(l) SCRIBON. c. 41.

(m) L. VII. c. 7.

AMBROSIUS (*n*) medicus Puteolanus.

ANTONIUS CASTOR herbarius, longævus, multa artis exercitatione clarus (*o*), cujus aliqua sunt medicamenta (*p*).

SALUSTIUS Mopsvestanus (*q*) qui Tiberii ævo de re medica scripsit.

ATIMETUS CASSII medici servus (*r*), quem TIBERIO legavit.

CRATISTUS a DAMOCRATE laudatus apud GALENUM.

APION grammaticus, cujus est (*f*) medicamentum ad carbunculos. APION de metallica medicina scripsit (*t*), an idem.

LUCAS Evangelista & medicus, ut ostendit BENEDICTUS GOTTLÖB CLAU-SEWITZ in diff. de Luca Evangelista medico Hall. 1740. 4. \*. FREINDIUS adnotavit, magis propriis vocibus esse usum, quoties de morbis sermo erat.

DAMOCRATEM hic recenseo, qui MENECRATE nuperior sit, & ab eo diachylon receperit (*u*) THEMISANE etiam nuperior. Legitur SERVILIUS DAMOCRATES medicus, cujus passim exstant antidoti (*x*), aliave medicamenta (*y*). Inter descriptores medicamentorum a GALENO refertur, carminibus fere suas scriptio-nes comprehendere solitus, magnus laudator Iberidis (*z*).

Ejus *Philiatrurum* GALENUS citat (*a*). Diximus sanctam esse ab eo usu lactis capræ lentisco pastæ filiam SERVILII (*b*), qui imperante AUGUSTO Con-sul fuerat. Non satis novi ubi SCHULZIUS legerit, post ANDROMACHUM de-mum vixisse.

MARCIANUS, cujus antidotus AUGUSTO Cæsari componebatur. Aliqua (*c*) MARTIANI medicamenta AETIUS habet, nescio an ejusdem. Sed alius fuit MAR-TIANUS GALENO coævus (*d*).

XENOPHON Cous, CLAUDII medicus (*e*) gratiofus, qui varia pro suis civibus privilegia obtinuit. Ejus nummus a Cl. MOEHSEN recensetur (*f*). CLAU-

X 3

DIUM

[n] SCRIBON. c. 152.

[o] GAL. *compos. sec. loc.* L. II.

[p] ad capitis dolorem ID. ib. L. II.

[q] SUIDAS.

[r] SCRIBON. *comp.* 120.

[f] GAL. *compos. sec. gen.* L. VI.

[t] PLIN. L. XXIV.

[u] GALEN. *compos. sec. gen.* L. VII.

[x] ID. *antid. de theriac. ad PIS.* c. 12. *sec. loc.* L. VII. GAL. *antidot. B. Chir.* p. 47. *Compos. sec. gen.* L. III.

[y] *Compos. sec. loc.* L. VII.

[z] B. Bot. p. 71. GALEN. *de theriac.*

[a] *Compos. sec. loc.* L. VII.

[b] PLIN. L. XXV. c. 28.

[c] SCRIBON. n. 46.

[d] Conf. B. Chir. I. p. 47. AET. III. 1. c. 27. & IV. 1. ubi dicitur esse ex l. MAR-TIANI. Is certe est junioris, cum ante ad theriaca pertineat.

[e] TACIT. L. XII.

[f] *Münzen* n. 33.

DIUM veneno dicitur interemisse. Alium a XENOPHONTE LAERTII pariter COUM, eundem cum hoc nostro FABRICIUS fecit.

PAMPHILUS (*g*), qui mentagra curanda ditatus est, qui morbus eo ævo sæviit, idem forte, qui PAMPHILUS *μυγματοπολης* (*h*).

CALPETANUS, ARRUNTIUS, ALBUTIUS (*i*), RUBRIUS hoc ævo magnas divitias medicando quæsiiverunt.

Q. STERTINIUS enormes ex medicina reditus cepit: cujus frater CLAUDIO a medicina fuit. Uterque frater Neapolin ædificiis ornavit, & magnas divitias heredibus reliquit.

ALCON vulnerarius (*k*).

ATHENIPPUS apud SCRIBONIUM LARGUM.

### §. LI. SCRIBONIUS LARGUS.

Et ipse ad CLAUDII ævum pertinet, qui Dominæ Messalinæ (*a*) & sui cum CLAUDIO itineris meminerit (*b*). Asclepiadem passim suum vocat & laudat, L. APULEII CELSI discipulus, qui ipse PHILONIDIS ASCLEPIADEI discipulus fuerat, Empiricæ tamen sectæ propior, totus in medicamentis est. Sæpe supersticiosus & vanus. Undique solebat formulas corradere, etiam a mulierculis & magno in colligendis scriptionibus utebatur studio (*c*), quo veras obtineret. Non videtur latine scripsisse, cujus & dictio nimis barbara sit, & cujus GALENUS passim meminerit & SCRIBONII nomine & LARGI, quem vix credo latinum scriptorem ullum citare. Medicinam ipse fecit, & ægri meminit, quem, cum stercus per os rejiceret, clystere oleoso & aphronitro curaverit (*d*). Theriacæ quidem vocem habet, ut tamen non remedium significet ex vipera sumtum, sed medicamentum adversus viperarum morsus, & omnino probabilis sit CORNARI conjectura, qui Græce scripsisse monuit, etsi RHODIUS repugnat. Ante ANDROMACHUM & juniorem ASCLEPIADEM vixit, a quibus passim citatur.

Cæterum *compositiones* SCRIBONII sunt 271, quibus accedunt aliquæ a GALENO SCRIBONIO adscriptæ (*e*), quæ in collectione solita non exstant.

Editiones sunt Basil. 1527. \*. 1529. 8. ERN. Paris. 1528. fol. \*. J. RUELLIO castigante 1529. 8. ERN.

SCRIBO-

[g] PLIN. L. XXVI. c. 1. GAL. *compos. sec. loc.* L. V.

[h] GALEN. *compos. sec. loc.* L. VII.

[i] PLIN. L. XXIX. c. 1.

[k] *B. Cbir.* p. 55.

[a] L. I. c. 11.

[b] *lb.* c. 42.

[c] C. 4.

[d] C. 28.

[e] GAL. *compos. sec. loc.* L. VII. IX. *antidoti sec. loc.* L. IV. LARGI nomine *compos.* L. V.

Venetis in collectione ALDINA 1547. fol. In collectione H. STEPHANI 1567. fol.

Elegantem editionem reddidit J. RHODIUS, cum amplis notis, quas alias dicemus Patav. 1655. 4. \*.

Intercidit editio, quam ex codicibus VATICANÆ bibliothecæ J. B. WINDTHIER parabat (*f*).

SCRIBONII *antidota contra adsumtas malos potiones* Basil. 1532. 4. B. Tig.

Duæ epistolæ SCRIBONII sunt, quæ passim CELSO tribuuntur, dictionis a puritate seculi Augustei alienissimæ.

Ad SCRIBONII historiam lege CAGNATUM (*g*) & VINKIUM (*b*).

A MARCELLO adeo flagitiose est transcriptus, ut etiam voces manserint, SCRIBONIO soli aptæ, ut *præceptor noster Valens*.

§. LII. MEDICI ANTE ANDROMACHUM.

Difficillimum studium est distinguendorum temporum, quibus hi medici flourerunt, quorum vix ulla est memoria, præter aliqua medicamenta, quæ a GALENO nominantur. Aliquantum profeci ex ordine, quo Pergamenus hæc medicamenta citat, quæ sæpe ex ANDROMACHO, sæpius ex ASCLEPIADE Pharmacione producit, ut eorum auctores oporteat ante ANDROMACHUM & ante eum ASCLEPIADEM vixisse, a quibus citentur. CLAUDII posterioribus annis eorum aliqui vixisse possunt, plerique NERONIS.

QUADRATUS, cujus Acopon habet ANDROMACHUS (*a*), & pastillum (*b*).

ANTIMACHUS EJUS acopon ad podagram (*c*).

PHILOCLES: EJUS acopon ad podagram (*d*).

ASPHALARTHESIUS EJUS acopon (*e*).

GLYTUS, ejus acopon (*f*).

CLETUS.

ABASCANTIUS medicus Lugdunensis (*g*).

Ejus

[f] FABER ad HERNANDEZ p. 756.

[g] *Obss.* L. III. c. 14.

[h] *Amæn.* p. 387.

[a] GAL. *compos. sec. gen.* L. III.

[b] Id. *compos. sec. loc.* L. II.

[c] *Compos. sec. gen.* L. VII.

[d] lb.

[e] lb.

[f] lb.

[g] *Compos. sec. loc.* L. VII.

Ejus medicamentum in quo euphorbium: antidotus (h): colica (i).

PHANIUS (k).

CRISPUS libertus (l). Ejus medicamentum ad tussim (m). An hujus ambrosia JUNII CRISPI (n).

APHRODA; cujus acopon (o). Arcanum ab Aphroda. (p). Alysson (q) ex hyofcyamo, castoreo (r), chamæmelo.

CASTUS EJ. acopon (f).

ORION pectendorum capillorum artifex, Ejus acopon (t).

MELITO, EJUS aridum (u).

SOTION, quo persuadente, SENECA victum vegetabilem aliquamdiu observavit (x).

PHILINUS (y).

PHILOXENUS (z), Medicamentum ejus terebinthinatum (a).

EUBULUS. EJUS medicamentum ad dysenteriam (b).

PUBLIUS præceptor, si GALENI præceptor ab isto alius fuerit (c).

MACEDO. EJUS med. ad vitia vesicæ (d).

EPIGONUS, cujus Isidem CRITO habet (e).

DARIUS, cujus est lexipyretos (f).

AGATHOCLES librum *de diata* (g) scripsit.

ARISTO.

[h] L. II. *Antid.* c. 12.

[i] *Compos. sec. loc.* L. IX.

[k] *Compos. sec. gen.* L. V.

[l] *Compos. sec. loc.* L. II.

[m] *Add. sec. gen.* L. V.

[n] MARCELL. p. 162.

[o] *Compos. sec. gen.* L. VII.

[p] *Antid.* L. II. c. 1.

[q] *ib.* c. ult.

[r] *Compos. sec. loc.* L. VII.

[t] *Compos. sec. gen.* *ib.*

[u] *ib.*

[v] L. V.

[x] *Epist.* L. XIX.

[y] GAL. *compos. sec. loc.* L. VII.

[z] *id.* *ib.* L. IV.

[a] PLUT. L. VII.

[b] GAL. *compos. sec. loc.* L. IX.

[c] *id.* *compos. sec. gen.* L. V.

[d] *Compos. sec. loc.* L. X.

[e] *Compos. sec. gen.* L. V.

[f] *ib.*

[g] Scholiast. NICANDR.

ARISTOCLES Ejus ad cynanchen ex gallis & aceto (b). Pastillus (i). Ad hepatis morbos (k).

ALCIMION, Ejus aridum (l), pastillus (m).

ACHILLAS, -conpunctor dictus (n). Ejus pastillus (o).

SPHENDUSA (*Spendusa* FABR.) Ejus compositio ad aurium dolores (p).

CRITO, & ipse ANDROMACHO antiquior (q). Collegit, quæ CLEOPATRA & HERACLIDES habent, & omnia conservavit (r), ut minus probata omitteret. In imperatoris ædibus medicinam fecit (s). Ejus est l. de pharmacis (t). In eo apophlegmatismi. Ej. l. de ornatu (u). In eo medicamenta ad tingendos capillos. Ejusdem est stomachicum ex multo (x), ex formicis, arteriacum (y), diacodium (z), psilothrum cum auripigmento & calce viva (a). Ex allio (b) ad achores (c). Illitio ad tumores (d). FABRICIUS ad tempora TRAJANI rejicit, non lecto ANDROMACHI loco.

HARPALUS. Ad febres periodicas (e), ad omnes dolores (f). Nonneidem ARPALUS (g).

HALIEUS Ej. acopon ad podagram (h).

PERIGENES, cujus libris ANDROMACHUS usus est (i).

BLASTUS.

(h) GAL. *compos. sec. loc.* L. VI.

(i) *Id. compos. sec. gen.* L. V.

(k) *Compos. sec. loc.* L. VIII.

(l) *Compos. sec. gen.* L. V. VII.

(m) *Compos. sec. loc.* L. VII.

(n) *Compos. sec. gen.* L. VII.

(o) L. V.

(p) *Compos. sec. loc.* L. III.

(q) *B. Chir.* p. 59.

(r) GAL. *compos. sec. loc.* L. III.

(s) *Ib.* L. III. *Compos. sec. gen.* L. II.

(t) *Compos. sec. loc.* L. II.

(u) L. III. citatur a GALENO *sec. loc.* V. L. I. *libri IV. sec.*

(x) *Compos. sec. loc.* L. VI.

(y) *Ib.* L. VII.

(z) *Ib.*

(a) L. I.

(b) ORIBAS. *syn.* L. III. c. 1.

(c) *Compos. sec. loc.* L. I.

(d) AET. L. IV. c. 1.

(e) GALEN. *Antid.*

(f) *Compos. sec. loc.* L. III.

(g) *Antid.* II. c. 10.

(h) *Compos. sec. gen.* L. VII.

(i) *Compos. sec. loc.* L. VII.



BLASTUS, cujus arteriaca (k).

DIOPHANTES Lycius medicus (l). Ejus colica (m). Antidotus (n).

Videtur alius fuisse DIOPHANTUS chirurgus (o).

XENOCRATES ab ANDROMACHO citatus, quem avorum suorum tempore GALENUS vixisse ait (p). Aphrodisiensis erat. Scripsit *de utilitate ex animalibus percipienda* (q), in quo libro multa fordida medicamenta congeffit (r), gallinarum stercus, femem humanum (s). Ridicula etiam aliqua dixit, ut de granis coriandri, quorum unum ad unum diem, duo ad duos menses supprimat (t).

Ej. etiam fuit *Onomasticon των Φαρμακων* (u): & I. *de theriaca*, I. *de emplastris præparandis* (x).

Ej. *de alimento ex aquatilibus* I. a FABRICIO recuf. in B. Græc. V. IX. græce & latine, ex versione J. B. RASARII. Nupera plenior est editio. *Ξενοκράτους περί της απο ενδύσεων τροφης cum latina interpretatione* J. B. Rasarii & C. Gesneri scholiis nunc primum integritati restituit, varietate lectionis animadversionibusque illustravit, glossarium adjecit J. GEORG FRID. FRANZIUS Lips. 1774. 8. \*. Varias lectiones docti viri ad Gesneri editionem adscriptas habuit noster, multum etiam usus est scholiaste OPIANI, eaque scholia editioni Rittershusii Leid. 1597. addita sunt. Cæterum ipse XENOCRATES fere ad sapes respexit, aut ad faciliorem, vel graviorem, coctionem cujusque piscis, quæ fiat in ventriculo; subinde, rarius tamen, vires medicatas adnotavit; pisces utcumque descripsit. Notæ ex veteribus collectæ, & lectionum nonnunquam aliquæ emendationes. Glossarium etiam ex veteribus.

Prodiit etiam cum JANO DUBRAVIO de piscibus.

Codices MS. sunt in *Vaticana*, inque B. R. *Par.* HARDUIN. ad PLIN., qui male refert ad XENOCRATEM PLATONIS discipulum.

Multa ejusdem viri medicamenta a veteribus citantur. Ejus antidotus (y). Ad aurium dolores (z). Medicamentum cum hyoscyamo (a). Aliud (b) aridum. Pastillus

(k) GALEN. *compof. sec. loc.* L. VII.

(l) *Compof. sec. gen.*

(m) *Compof. sec. loc.* L. IX.

(n) *Antid.* II. c. 12.

(o) *Compof. sec. gen.* L. II. FABRIC.

(p) *Compof. sec. loc.* L. III. *Simpl. med.* L. VI.

(q) GAL. *simpl. med.* L. VI. c. 36. 56.

(r) AETIUS L. I. c. 18.

(s) GAL. I. c.

(t) PLIN. XX. c. 32.

(u) *Leç. Hipp.*

(x) ORIBAS. *coll.* XV. c. 3.

(y) GAL. ad PISON. *Antid.* II. c. 10. hic additur apud NICOSTRATUM.

(z) *Compof. sec. loc.* L. III.

(a) lb. L. VII.

(b) L. V. *aridam.*

Pastillus ad quartanam (c). Ejus ad epilepsiam medicamentum (d). Pulvis (e).  
Malvam infundebat ad tenesumum, dysenteriam (f).

LYCOMEDES (g).

MARCELLINUS. Ejus acopon (h). Antidotus MARCELLINA (i) nisi a  
MARCELLO dicta est.

BONUS præceptor (k).

ACACIOS (l).

LAMPON Pelusiota (m).

Sed etiam DEMOSTHENES Massiliota NERONIS tempore vixit. Ejus fuit  
medicamentum ad carbunculos (n). Hunc putat esse FABRICIUS, quem GALE-  
NUS subinde simpliciter Massiliotam vocat. Sunt qui cum PHILALETTE con-  
fundant. Vix intelligas cur BARTHUS negaverit, medicum aliquem existisse,  
cui DEMOSTHENI nomen fuerit.

Deinde ex ANDROMACHO citantur apud GALENUM.

SOSICRATES (o).

ANDRONICUS (p).

ONETRUS (q). PODANITHRA (r).

EUGENIUS (s).

RHIPALUS (t).

PRYTANIS (u).

NICOSTRATUS (x), non idem, qui meretrici hellebori copiam moriens  
reliquit (y).

BECRITIUS ad dysenteriam (z).

Y 2

SAMITHRAS

- (c) TRALLIAN L. XII. qui laudat.
- (d) Id. dicti L. I.
- (e) MYREPS. 85.
- (f) PLIN. L. XX. c. 21.
- (g) GAL. *compos. sec. loc.* L. VII.
- (h) Id. *ibid.*
- (i) TRALLIAN. L. X. p. 577.
- (k) *Compos. sec. loc.* L. VII.
- (l) *Ib.*
- (m) L. VIII.
- (n) *Compos. sec. gen.* L. VI.
- (o) *Compos. sec. loc.* L. VII.
- (p) *Ib.*
- (q) *Ib.*
- (r) *Ib.*
- (s) *Ib.*
- (t) *Ib.*
- (u) *Ib. ad omnes dolores sec. loc.* L. III.
- (x) *Ib.* L. IX.
- (y) *Ib.* L. VIII.
- (z) *Ib.*

SAMITHRAS (a).

XANITES (b).

SYMPHON ab ARETÆO citatus (c).

ANTONIUM philosophum Epicureum, qui *de passionibus* scripserit, non novi quo referam, si omnino ex passionibus medici sunt generis. Citatur a GALENO *de dig. & curand. anim. affect.*

§. LIII. RUFUS. DIOSCORIDES.

Sed etiam RUFUM hic recenseo.

Et DIOSCORIDEM ANAZARBEUM, celebrem materię medicę auctorem, quem GALENUS & ab Alexandrino DIOSCORIDE, & a nupero glossographo distinguit (a). Ejus fuit arteriaca (b). Remedium ad febres periodicas (c). Medicamentum quod AREO ASCLEPIADÆ tradidit (d). Adipson ex glutinosis (e). Catapotium (f). Medicamenta ad morbum comitalem (g). Consilia ad febrem (h), ad atram bilem (i). Ustionibus (k) usus est.

Libri de *materia medica* notissimi sunt. In iis cæterum passim laudatis capit GALENUS, quod medicamentis nimia tribuat (l).

ASCLEPIADIS & DIOSCORIDIS præcepta medica sunt in *B. Vindobon.* VII. p. 248.

*Euporista* ab ORIBASIO & ab AETIO (m) citata vide in *B. Botanica* (n). Edidit, absolutis quæ MOIBANUS orsus erat, C. GESNER Argent. 1565. 8. Eadem recusa sunt cum DIOSCORIDE a J. ANT. SARACENO: eorum virorum uterque *euporista* pro genuino opere habet. Collectio est medicamentorum bonorum malorumque, ut ea ferebat ætas.

Vita est inter duodecim vitas STEPHANI de VILLA Burgos 1647. 8.

RUFUS Ephesus a SUIDA ad TRAJANI ævum refertur: id vero locum habere nequit, cum ab ANDROMACHO NERONIS medico adeo manifeste citetur (o).

Quare

(a) Ib.

(b) Ib.

(c) *diut. cur.* II. 5.

(a) *Leç. Hipp.*

(b) *Compos. sec. loc.* L. VII.

(c) AET. L. II. 1. c. 88.

(d) GAL. *compos. sec. gen.* L. VI.

(e) ORIB. *syn.* VII. c. 39.

(f) Ib. L. III.

(g) AETIUS VI.

(h) apud eumd.

(i) AET. III. 1. c. 2.

(k) in *Ischiade* AET. III. 4. c. 3.

(l) de *simpl. facult.* 5.

(m) ad EUNAPIUM in princ.

(n) p. 87.

(o) GALEN. *compos. sec. loc.* L. VII. Dolorem sedans RUFII quo utor, voces sunt ANDROMACHI.

Quare ægre SUIDÆ credo, atque textum AETII aliter video interpretari posse (p), quem ipse adduxeram, potest enim AETII esse textus, non RUFII (q).

Vir insignis fuit, GALENI, in laudando parci, elogia meritis. Virum maximum ORIBASIIUS vocat (r).

Multa scripsit, quorum pars exigua superest. Perierunt *therapeuticorum* libri (s), de *dieta l. quinque* (t), de *dieta navigantium* (u), de *antiqua medicina* (x), de *lacte*, de *melle*, de *vino*, singuli libelli (y). Ita SUIDAS & de *purgantibus* codex est in B. *Medicea* BANDINI III. p. 152. Verum præter hæc omnia superest de *renum* & *vesicæ morbis* fragmentum accurate scriptum, ut renum inflammatorum signa, curatio, ad sanæ rationis nutum accommodata, & vesicæ ulcus, atque lactis in eo utilitas recte exponantur.

De altero de *purgantibus pro varietate morborum* fragmento, existat apud ORIBASIIUM locus (z). Codex est in B. VOSSIANA B. Brit. n. 2182. & in *Augustana*. In eo quærit; quando purgare conveniat; superne in pituitosis, inferne in biliosis. Quo anni tempore. De selectu purgantium & censu.

Hæc fragmenta Græce existant apud G. MORELLUM Paris. 1555. 8. \*. 1556. 8. ASTRUC. Latine in collectione Principum. Venet. 1552. 4. ut lego. Basil. 1581. 4. \*. J. P. CRASSO interprete tum Paris. 1554. 8. ut lego. Græce & latine ex ed. GUILIELMI CLINCH Londin. 1744. 4. \* quæ nitida est editio, etsi non valde castigata. MARTINI BOGDAN editio intercidit.

Scripserat etiam de *atra bile* (a) adeo accurate, ut nihil superesset dicendum. Locus existat apud AETIUM (b).

De *rebus venereis* excerpta supersunt. Est apud ORIBASIIUM locus de peregrinando (c). Unguentum acre ad ciendam venerem, in quo grana Cnidia (d). Quæ venerem adjuvant (e). Qui feminis loco flatum emiserint (f). Qui nul-

Y 3

lum

(p) *Serm.* III. c. 27.(q) *Conf. B. Bot.* p. 107.

(r) ad EUNAPIUM.

(s) *GAL. præf. ad L. VI. de simpl.*

(t) SUIDAS.

(u) *Ib.*(x) *Ib.*(y) *Ib.*(z) *Coll.* VII. 26.(a) GALEN. de *atra bile*.(b) *L. II. 2. c. 9.*(c) *Synops. L. III. & Coll. VI. c. 38.*(d) ORIBAS. ad EUST. *L. III.*(e) *Coll. VI. c. 38.*

(f) AETIUS III. 3. c. 35.

lum semen in coitu emittebat, utique vero in somno; eum hominem sicis & calidis, & castoreo sanavit (g). Eorum II. codex Græcus est in B. R. P. n. 2240.

HIPPOCRATEM ita est interpretatus, ut GALENI laudes meruerit (h). Locum etiam citat in VI. L. Epidemicorum (i). In prædictionum I. ZEUXINI empiricum reprehendit, de urinis coctis (k). Vetustam lectionem passim retinebat (l).

L. de medicina citatur in B. Scorialensi (m).

De peste locus superest (n). Calida medicamenta dat, ubi cutis friget, & aloe alvum ducit.

L. de regimine infantum: de medicamentis popularibus, de morbis oculorum, l. ad vulgus; l. de morsu canis rabidi & de jejuniis a RHAZEO citantur.

EJ. erotemata medica II. sunt in B. Vindobonensi (o); & synopsis de pulsibus ei tributa B. Med. BANDINI III. p. 151.

Vericulos RUFII citat GALENUS (p), eosdem forte, quos RENDTORFIUS edit, apud FABRICIUM excusos in L. IV. B. GR. quos eosdem LAMBECTIUS PAMPHILO tribuit (q).

Idem libellus l. ad privatos homines videtur esse, qui de dieta, ex quo multa se sumsisse ORIBASIIUS (r), & quem l. ad vulgus RHAZEUS vocat.

Ex iis libris sunt loci de aqua (s).

Ex l. I. de parandis eduliis (t), coquinaria, quædam medica.

Ex l. II. de potionibus (u) locus est, de aquis nitrosis, inebriantibus, vitiosis. De vino (x), sapa (y). De aceto (z). De vinaceis in aqua coctis, quæ potum salubrem reddant (a). Hic DIOSCORIDES citatur.

Locus

(g) AETIUS III. 3. c. 35.

(h) Comm. in Epid. Citat etiam in l. de ordine leg. libr.

(i) GAL. III. in Epid. VI.

(k) ID. Comm. II.

(l) Comm. in Epid. VI.

(m) MONTFAUCON l. p. 623.

(n) ORIBAS. ad EUST. IV. c. 25. PAUL. II. c. 36. AETIUS II. r. 95.

(o) LAMBEC. VI. p. 104.

(p) GALEN. comp. sec. loc. L. I. c. 1.

(q) Conf. B. Bot.

(r) Ad EUNAPIUM.

(s) AETIUS L. III. c. 165.

(t) ORIBAS. IV. c. 2.

(u) ID. coll. V. c. 3.

(x) C. 7.

(y) C. 9.

(z) lb. L. I. c. 11.

(a) lb.

Locus de vomitu, quem in multis morbis (*b*) commendat. De lactis potu. Lac recens multum (*c*) jubet bibere; uberius si sumferis eo fine, ut alvum ducat, minori, si unice suis fuerit alere. De eodem lactis usu (*d*). Fufe de clysteribus (*e*), eorum materie varia, eorum in febribus continuis natura, quæ non debeat acris esse. De glandibus (*f*). Anagallidem ad morsum canis rabidi jubet imponere (*g*), quod remedii genus nuper commendatur. In ictero purgat; non prius tamen, quam victus ratione adtenuante obstructa resolverit: tunc vero vehementer (*h*). Medicamenta RUFII. Hiera ex colocyotide (*i*), & hiera simplex ejusd. (*k*).

MENIUS RUFUS (*l*) de medicamentis scriptor a nostro diversus.

Alius RUFUS quem MESVE citat, qui centaarium scripserat calefacere (*m*).

Confer quæ diximus in *B. Botanica* I. p. 107. 108, in *Anatomica* p. 78, in *Chirurgica* p. 78.

#### §. LIV. ALII MEDICI NERONI COEVI.

CRINAS Maffiliensis NERONE imperante, Astrologiam cum medicina conjunxit, medicamenta ad ephemerides dimensus, & ipse per artem ditatus, patriam heredem fecit (*a*).

CHARMIS, perinde Maffiliensis, frigida balnea jam a MUSA laudata Romæ commendavit, & ex eo invento divitias corrasit. Antidotum ejus GALENUS habet (*b*).

STATIUS ANNÆUS amicus Senecæ, cum SENECA ex venis incisis mori non posset, venenum ei propinavit (*c*).

CLAUDIUS AGATHEMERUS, medicus Lacedæmonius, PERSIO dictus.

EROTIANUS opus suum ANDROMACHO dedicavit. Ejus ergo *glossarium* possidemus Paris. 1564. 8. \*. Græce excusum. Edidit etiam BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS Venet. 1566. 4. & FOESIUS cum HIPPOCRATE Genev. 1657. f. \*. Ad historiam medicam, & ad intelligendas difficiles voces HIPPOCRATIS usui esse potest.

Codicem

(b) AETIUS I. 3. c. 118.

(c) ORIB. *collect.* II. 61.

(d) ID. ad EUST. IV. c. 40.

(e) ID. *coll.* VIII. c. 29.

(f) C. 29.

(g) AETIUS L. II. 2.

(h) ID. L. III. 2. c. 18.

(i) ORIBAS. *collect.* L. VIII. c. 47. *Synops.* L. IV. & III. AETIUS L. I. 3. c. 115.

(k) ID. *syn.* L. III.

(l) GALEN. *compos. sec. gen.* L. VII.

(m) L. II. c. 10.

(a) PLIN. L. XXIX. c. 1.

(b) *Antid.* L. II.

(c) TACITUS.

Codicem citat COCCHIUS ad NICETAM p. 50, & in B. VOSSIANA alius erat n. 2722. etſi titubante cum titulo, tum in Vindobonenſi LAMBECC. VI.

THEON ALEXANDRINUS gymnafſtices auctor, cujus erant quatuor libri *de particularibus exercitiis* (d), quem GALENUS paſſim carpit, ejuſque conſilia refutat (e).

MARINUS, idem qui celebris incifor. In HIPPOCRATEM commentatus eſt, eumque GALENUS paſſim refutat. Negaverat inter ventriculum & diaphragma pituitam conſiſtere poſſe, defendit GALENUS poſſe utique (f). Aliis etiam locis interpretationem MARINI carpit (g). Arteriaca MARINI dicit (h).

Ejus filius MARINUS POSTHUMIUS, PLINIO dictus, & FABRICIO.

MARCELLUS medicus NERONIS ævo, paſſim GALENO, PAULO & ALEXANDRO dictus. An ejus MARCELLINA.

L. ANNÆUM SENECAM liceat nominare, cujus loca ad medicinam pertinentia multa ſunt, neque ratione carentia. Collegit ea J. JACOBUS KIRSTENIUS, in tribus *de Seneca medico* diſſ. & commentariis illustravit Altdorf 1738. 4 \*. 1741. 4 \*.

#### §. LV. THESSALUS.

Trallibus natus, & ipſe NERONIS tempore vixit, cui librum dicavit vir temerarius. Inter mulieres in tetrina educatum fuiſſe, & flagitioſe vixiſſe GALENUS (a). Omnis antiquitatis (b) oſor & contemptor (c), ſuique nimis plenus (d), magnus promiſſor, qui intra (e) ſemefſtre tempus artem totam docere receperit, idemque ægris ad adulationem uſque indulſerit.

Ejus opera varia ſunt L. *de regulis ſ. de diæta* (f), *de comminationibus* que prioribus (g) ſcriptoribus ignotæ fuerint. De *ſyncriticis* (h). *Epifſola ad Neronem* (i). *Generalium* l. 2. (k). *Comparationis* L. II. (l).

*Methodum,*

(d) GALEN. *ſanit. tuend.* III. c. 3.

(e) ad THRASYBULUM ad fin.

(f) *Aphor.* 54. ſect. VII.

(g) *Aphor.* VI. 24. 54.

(h) GALEN. *compof. ſec. loc.* L. VII.

(i) *de diæb. criz.* I.

(j) GAL. *meth. med.* I. *Viſſ. acut. comm.* I.

(k) HIPPOCRATEM, DIOCLEM, PRAXAGORAM.

(l) PLIN. XXIX. c. 1.

(m) *Meth. med.* I.

(n) GAL. *fac. ſimpl.* V. c. 25. *CHEL. tard.* II. c. 1. II. c. 5. *Acut.* I. c. 1. III. c. 24. 6. 17. V. c. 2. 6. Librum 2. citat.

(o) Ib. GALENUS in JULIANUM.

(p) Ib.

(q) Ib.

(r) *CHEL. Chron. graf.* III.

(s) *Id. acut.* L. III. c. 17.

*Methodum*, cujus primordia apud ASCLEPIADEM exstabant, & quam in senio suo aliquousque THEMISON ornaverat, nolter complevit (*m*), ut sectæ (*n*) dignitatem tenuerit, multos ipse nactus discipulos (*o*). Pororum non adeo symmetriam in integrum restituere studuit, quam totum eorum statum innovare, quod vocabat *metasyncrism* (*p*), CÆLIUS recorporationem. Diatriton non quidem invenit, sed firmiter constituit. Convenientiæ plurimum tribuit sed in apparentibus, cum monstrosæ essent quas THEMISON dixisset (*r*). Signa morborum futurorum sustulit (*s*). Morbos omnes ad strictum & laxum retulit, reiectis omnibus aliis discrimenibus (*t*), causarumque consideratione. Purgantia medicamenta reiecit (*u*).

Sed plura de methodo dicemus, quando ad SORANUM sermo progressus erit. Post THESSALUM enim methodus magnas adhuc mutationes passa est, ut passim eum virum CÆLIUS increpet, & alia ut methodicum aiat dixisse, alia male (*x*): Methodicos passim a THESSALO dissidere, jam GALENUS notaverat (*y*).

Ex lege communitatis omnia mala, quæ sub eandem denominationem caderent, eadem ratione curabat, omnia cruenta similiter sanabat &c. In (*z*) ulceribus diuturnis nimis communiter medicamentum ex sinapi adhibuit (*a*). Vociferationes, gestationes, & alia ejusmodi frustra suasit (*b*). Semitertianam dixit, quæ dimidio major sit tertiana, extensa in modum quotidiani circuitus (*c*). In strictura magna (*d*) inque phrenitide venam secabat, non perinde in hæmoptysi (*e*). De cardialgia fuscè egisse videtur (*f*). Non probabat cutem pulveribus siccantibus adspersi; omnes cardialgicos negabat febrem pati (*g*). Catarrhum ad solutionem revocabat, in eo acria dabat, a CÆLIO reprehensus (*h*).

## §. LVI.

[m] Unicus ex principibus nostris CÆL. *acut.* c. 77. Add. *auct. l. introd.* quæ est inter GALENUS.

[n] GALEN. *metb. med.* L. IV.

[o] Id. ib. L. I.

[p] Conf. GAL. *simpl. med.* L. V. &c.

[r] *Metb.* L. I. p. VIII. 6.

[s] CÆL. *acut.* L. I. c. 1.

[t] GAL. *metb.* L. I. c. 6.

[u] Id. *contra JUL.*

[x] *Acut.* L. III. c. 17. *tard.* L. II. c. 5. L. V. c. 2.

[y] *Metb.* L. I. p. VIII. 6.

[z] GALEN. *metb.* L. VI.

[a] L. IV.

[b] Ib.

[c] GALEN. *typ.*

[d] CÆL. *Acut.* L. I. c. 1.

[e] GAL. *metb.* L. V.

[f] CÆL. L. II. *acut.* c. 37.

[g] C. 33.

[h] *Tard.* L. II. c. 7.



## §. LVI. ANDROMACHI pater &amp; filius.

ANDROMACHI Cretenfes, pater & filius, inter NERONIS medicos fuerunt. Eorum *prior*, vir facundia insignis, auctor est celeberrimæ antidoti, quæ etiam nostro ævo theriacæ nomine in pharmacopoliis proſtat, miſcelæ variæ, in qua & excitantia dominantur, ut viperarum carnes, & ſopientia ut opium: univerſa tamen in compoſitione calor prævalet & viſ ſudorifica. Continuo magna novi medicamenti fama fuit, ut apud ARETÆUM, non multo juniorem, theriaca sæpe nominetur, imperator vero ANTONINUS (a) quotidie ea antidote uſus ſit, & eam Auguſti in propriis ædibus ſuos in uſus ſibi parari curaverint. Propriis etiam duobus libris theriacam GALENUS celebravit, qui in ea theriaca præparanda ipſe laboravit. Proprio græco carmine ANDROMACHUS medicamentum ſuum deſcripſit, NERONI dicato, paſſim excuſo, & nuper Noriberg 1754. 4. maj. \*. Græcæ & latine. Formula exſtat apud GALENUM ad PISONEM, & AETIUM III. 3. c. 13. Adverſus viperæ morſum compoſita antidotus, inde & ad alia venena traducta fuit, deinde ad febres intermittentes, in quibus curandis GALENUS ea utebatur. Inde cum variolas & peſtem, & alias cum eruptione conjunctas febres, veneno tribuerent, quod neceſſe eſſet expelli, theriacæ uſus ad omnes etiam calidas febres traductus fuit: noſtro etiam ævo populare medicamentum eſt, quo magna ſtrages hominum editur, quoties alieniſſimo tempore, & quando naturæ conatus oportuerat moderari, theriacæ uſu ſanguinis motus incitatur.

ANDROMACHUS *ſilius* numeratur a GALENO inter eos, qui præſtantiora medicamenta (b) collegerunt, carpitur tamen, quod nimis multa miſcuerit (c), cauſarum & temporum discrimina omiſerit (d), & rationem conſciendorum medicamentorum (e). Multa priorum collegerat, ut ubique ex GALENI de compoſitione medicamentorum libris adparet. Sua etiam addiderat, medicamenta ad aurium dolores (f). Melina (g) infuſa ad dyſenteriam, feculas adſtringentes (h), gallas, cinnamomum, opium. Ad calculum (i). Adverſus omnes dolores (k). Diacodia (l). Paſtillos (m). Ad ſplenem (n). Ad hepar (o). Arteriaca (p).  
Ad

- [a] GAL. L. II. *Antid.* c. ult.
- [b] *Compoſ. ſec. gen.* L. II. III.
- [c] *Compoſ. ſec. loc.* L. VII.
- [d] *Compoſ. ſec. gen.* L. IV. VI.
- [e] *Ib.* L. III. VI.
- [f] *Compoſ. ſec. loc.* L. III.
- [g] *Compoſ. ſec. gen.* L. II.
- [h] *Compoſ. ſec. loc.* L. IX.
- [i] *Ib.* L. I.
- [k] L. III.
- [l] L. VII.
- [m] *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
- [n] *Compoſ. ſec. loc.* L. IX.
- [o] *Ib.* L. VII.
- [p] *Ib.*

Ad fanguinis vomitum (g). Stomatica medicamenta (r). Colica cum opio castoreo, aromatibus, etiam cum semine hyoscyami (f). Arida, siccantia (t), ad vesicæ ulcera (u). Ut innumera alia omittam. Conf. B. Bot. I. p. 103. B. Chir. I. p. 63.

Scripterat *de medicamentis internis* (x), *de externis* (y). De *oculorum medicamentis* (z). Hunc esse puto ANDROMACHUM, qui alumine ad fanguinis de vesica fluxu usus est (\*).

## §. LVII. ARCHIATRI.

Cum hoc nomen hic primum cum ANDROMACHO occurrat (a), aliqua de hac dignitate dicemus, etiam minus accurate ad scopum nostrum facit.

Primus ANDROMACHUS hoc titulo dictus est, & eo cum titulo ANDROMACHUS in libris ARETÆI repetitur (b). Litigatum vero est inter eruditos, num Archiater principem medicorum denotet, num principis medicum. Nostro ævo non dubium est, quin principis medicus ea voce designetur. Vis vero sermonis Græci potius medicorum principem denotat. Ita ἀρχιεγεις non principis est sacerdos, sed sacerdotum utique princeps. Huc etiam ACCURSII & CONRINGII (c) facit sententia, & (d) MEIBOMII. Consentiant etiam GRUTERI lapides, in quibus superpositi medicorum nominantur (e), & supra medicos, & dominus medicorum.

Posteriori etiam ævo certum est, non una in urbe, neque in aula sola archiateros constitutos fuisse, sed in pluculis civitatibus, Romæ, Byzantii, Alexandriæ, Tyri, Edeffæ, & in singula demum urbe Valentis & Valentiniani ævo, tot archiateros quot erant urbis regiones. Numerus supplebatur ex consensu septem, non amplius Archiaterorum. Medicos vero Cæsarum hoc ipso titulo venisse video, non archiatri (f).

Contra MERCURIALIS eo sensu archiatri titulum sumasit, quo solent nuperi, quod ANDROMACHUS NERONIS dicatur archiater.

Z 2

Verum

- [g] Ib.
- [r] Ib. L. VI.
- [t] L. IX.
- [f] *Compos. sec. gen.* L. V.
- [u] AET. L. III. 3. c. 30.
- [x] *Antid.* L. I. c. 7. *compos. sec. gen.* I. c. 16.
- [y] GAL. *compos. sec. loc.* L. VI.
- [z] Ib.
- [\*] L. X.
- [a] apud EROTIANUM.
- [b] *Cur. acut.* L. II. c. 5.
- [c] Coroll. *ad disp. de incubat.*
- [d] in CASSIODORUM p. 15. sqq. contra ALCIATUM.
- [e] ALCIMIANUS *superpositus medicorum* ap. MEIBOM.
- [f] MEIBOM. VINK. *amæn.* p. 149.

Verum mihi quidem videtur, noviter archiatros Palatii dictos esse, vetustati ignotos, inde nuperam significationem mansisse, posterius etiam collegium esse Archiatrorum, penes quos selectus erat medicorum, & ævi forte CONSTANTINIANI. Insignis fuisse ARCHIATRORUM comitis honores, ut ducibus & vicariis æquaretur, CASSIODORUS. Antiquiores ergo fuerunt archiatri, a principatu inter medicos dicti, & superiores, qui Aulæ peculiariter addicti.

Nomen archiatri post ANDROMACHUM datum est CYRO APOLLONII F. THEONI Alexandrino, quem diximus, MAGNO & DEMETRIO Antonini Aug. archiatris, ORIBASIO, PRISCIANO, TIMOTHEO ejus fratri, EPICETEO Theodosii medico, JOHANNI, ARMINIO, EUSEBIO, GELASIO, PASINIO, COSMO, CÆSARIO, CYRO EDESSENO archiatro, EUTYCHIANO (g), EUSTATHIO, OLYMPIO, ANDRÆE (ARCHIATRORUM comiti), aliis, & in marmore nominatur P. JULIUS EUTYCHIUS & C. TETTIUS & AETIUS CAIUS.

CLAUDIO SOLONI archiatro GALENI Euporista dicantur.

Erudite de his egit CLERICUS, C. HOFMAN in *var. lect.*, & J. ERN. HEBENSTREIT in *programme de archiatriis medicis & professoribus.*

#### §. LVIII. MEDICI VARII.

##### ANTE PLINIUM.

LYCUS Neapolitanus (a) PLINIO dictus, duo συγγραμματα ἐξήγηται scripsit (b). Neapolitam sæpe ob medicamenta sua GALENUS citat, an istum.

Non idem fuerit, qui LYCUS Macedo, cujus GALENUS sæpe meminit, qui in HIPPOCRATIS Aphorismos ita est commentatus, ut GALENUS absque demonstratione scripsisset (c), & HIPPOCRATEM parum intellexisset atque fugillasse (d) queratur, quem, & QUINTUM, non dubitet inter eos interpretes numerare, quos contemnit (e).

Proprio libro GALENUS ostendit (f), LYCUM Hippocratem calumniatum esse, qui libellus & nunc superest.

Scripsit etiam in *Epidemicos morbos*, & ibi a GALENO (g) captus.

De

[\*] SPONIUS *Misc. erud. antiq.* p. 142. eum putat fuisse medicum LIVIÆ DRUSI uxoris. Verum ANDROMACHUS vulgo primus archiater nominatur.

[c] apud MARCELLUM c. 14.

[d] PANELLI p. 359.

[e] L. XX. c. 83.

[f] EROTIANUS.

[g] GALEN. *ad Aphor.* L. III. 1.

[h] *ind. lig. libr. Comm. in Epid.* VI.

[i] lb.

[j] *Comm. in Epid.* L. VI.

[k] *Comm.* III.

De Empiricorum facta fuit, & ejus medicamenta aliqua ad posteros pervenerunt, ut purgans (b).

Ex LYCI commentariis de clysteribus dyfentericorum locum idem habet ORIBASIIUS (i); in eos multa adstringentia, etiam auripigmentum recepit, tum cataplasmata (k) imposuit.

Verum cum iste LYCUS SATYRI condiscipulus fuerit, quem & GALENUS audivit, vix poterit PLINII LYCUS esse.

QUINTUS (l) LYCI nuperi præceptor pariter etiam in HIPPOCRATEM commentatus est (m), & pariter GALENI contentum meruit: empiricus (n) idem & infelix medicus, qui Roma per invidiam pulsus (o) fuit. Ejus erat antidotus lapidem frangens ex semine lini (p).

Alia dolorem sedans ex opio (q).

APELLES Thasius, passim PLINIO dictus (r), & ob superstitosum medicamentum cum PELOPE conjunctus.

APOLLODORUS, forte antiquior, qui scripsit de *bestiis venenatis*, etiam ATHE-NEO dictus, & ÆLIANO L. XV, nisi idem est cum antiquo, dudum a nobis citato.

ARTEMON, cujus crudelia & turpia medicamenta PLINIUS damnat (s).

BOTRYS Atheniensis, cujus compositionem GALENUS habet (t).

APOLLONIUS Pythæus (u).

CÆCILIUS BION (x), qui medicamentum ex lingua asini a barbaris didicit.

L. TUCCIUS VALLA.

DIONYSIUS. Hoc nomen plusculi medici gesserunt. Primus Mileto natus, hinc Milesius dictus est. MILESIUM (y) putant esse, de quo CÆLIUS (z), qui de *oneirogono* scripserit, quem non vult differe ab oneiropolefi, tum de feminis ex debilitate emissione (a).

Z 3

Idem

[h] ORIBAS. *syn.* III. ad EUST. *syn.* L. IV. *coll.* VIII. c. 43.

[i] *Coll.* VIII. c. 25.

[k] *B. Chir. B. Bot.* I. p. 90.

[l] GALEN. *ad Apbor.* III. 1.

[m] *Comm.* III. ad *Epid.* VI.

[n] *Method.* II. c. 4. Theoriam deridebat GAL. de *sanit. tuenda* L. III. c. 13.

[o] GAL. de *pracognit.*

[p] ORIBAS. ad EUST. L. III.

[q] *Ib.*

[r] L. XXXII. c. 16.

[s] PLIN. L. XXVIII. n. 2.

[t] *Compos. sec. loc.* L. III. c. 1.

[u] PLIN. L. XXIX. *init.*

[x] *Ib.* L. XXVIII. n. 57.

[y] GAL. *compos. sec. loc.* L. IV. c. 7. ex CLERICO.

[z] *Tard.* L. V. c. 7.

[a] C. 8.

Idem forte, qui MILETUS, cujus crudelia ex homine medicamenta fuerunt (b).

SALUSTIUS DIONYSIUS, qui dentium dolores curabat ranis suspensis, ut virus in acetum deflueret (c).

DIONYSIUS simpliciter dictus, cujus locus est de rapa (d).

M. JUNIUS DIONYSIUS medicus (e) de Lucullianis.

DIONYSIUS SAMIUS (f), cujus medicamentum GALENUS habet.

DIONYSIUS methodicus, GALENO coævus (g).

DIONYSIUS HERACLIDIS condiscipulus dudum dictus.

DIONYSIUS Cyrtus STEPHAN. ap. FABR.

DIAGORAS papaveris usum damnavit (h). Idem qui de plantis scripsit. Ejus diarrhodon magnum habet ORIBASIIUS (i). Non puto eum esse antiquum illum Atheum.

ICETIDAS de quartanis (l).

MNESIDES, MNESIS, MNESICLES (m) de modo, quo opium conservatur.

DOROTHEUS (n) in carminibus chondrillam stomacho utilem celebravit.

DOROTHEI HELII antidotus est inter GALENICA, tum alia (o). Ejus ὑπομνηματα PHLEGONI dicta sunt.

DOSITHEUS, cujus pulverem MYREPSUS habet (p), tum AETIUS (q) & alii nuperi. Astronomica ex eo PLINIUS citat (r).

MOSCHION PLINIO dictus (s), qui de raphano scripserit. Forte THEODORUS MOSCHION TRALLIANI (t), non satis notus; nec certum est, num idem sit qui corrector: non fuerit methodicus ille, cujus gynæcia sunt.

MENANDER

(b) PLIN. L. XXVIII. n. 2.

(x) Id. L. XXXII. n. 26.

(d) L. XXI. c. 9.

(e) RHODIUS ad LARGUM.

(f) GAL. compos. sec. gen. c. 13.

(g) Meth. med. L. I.

(h) PLIN. L. XX. n. 76.

(i) Syn. L. IV.

(l) PLIN. L. XXVIII. n. 23.

(m) Id. L. XX. c. 76.

(n) L. XXII. c. 45.

(o) L. II. c. 15.

(p) C. 78.

(q) L. II. 4. 63.

(r) L. XVIII. n. 74.

(s) L. XIX. c. 26.

(t) p. 78.

MENANDER PLINIO dictus & GALENO (u), quod nomen etiam in lapide apud GRUTERUM reperitur.

DEMETRIUS Physicus (x).

Fuit alius DEMETRIUS CHLORUS, scholiastæ NICANDRI & SEXTO etiam Empirico dictus.

SIMONIDES.

OPILIUS, cujus de serpentibus aliqua exstabant (y).

OPION qui sifer femer ciere (z) scripsit, & idem de scandice (a) dixit.

OSTHANES (b) magus, qui contra maleficia propriam umbram laudabat, etiam TRALLIANO (c) dictus. Veneris tædium sanguine tauri procurabat (d), & ad venerem medicamentum habebat (e). Nominat etiam DIOSCORIDES.

FABIANUS (f): sapam nocere ex balneo venientibus.

MASURIUS, qui lupinum adipem præferebat (g).

RABIRIUS (h), qui reliquit, lac potum alvum sistere.

STAPHYLUS (i) naucratites, etiam ATHENÆO dictus & SEXTO Empirico, cæterum historiarum scriptor.

ANTÆUS (k) ex calvaria suspensi medicamentum fecit ad canis rabidi morbum (l). Num ANTHUS AETII.

THEODORUS lichenes bulbis ex aceto curabat (m). De morbo comitiali citatur a TRALLIANO. Antidotus THEODORI, quæ omnia venena curat (n).

TLEPOLEMI medicamentum ad quartanas (p).

CLEEMPORUS passim dictus, quem aliqui faciunt auctorem libri PYTHAGORÆ adscripti (q).

DIOTIMUS

(u) GAL. *compof. sec. loc.* L. IX.

(x) PLIN. L. XXVIII.

(y) Id. ib. c. 7.

(z) L. XX. c. 17.

(a) L. XXII. c. 34.

(b) L. XXVIII. c. 19.

(c) *de epilepsia.*

(d) PLIN. L. XXVIII. c. 77.

(e) n. 80.

(f) PLIN. L. XXIII. n. 30. XXVIII. n. 14. &c. &c.

(g) Id. L. XXVIII. n. 77.

(h) Ib. c. 21.

(i) p. 286. &c.

(k) PLIN. L. XXVIII. n. 2.

(l) GAL. *compof. sec. loc.* L. IV. c. 7, ejus viride habet.

(m) PLIN. L. XX. c. 11.

(n) AETIUS L. IV. 1. c. 36.

(p) PLIN. L. XX. c. 73.

(q) Id. L. XXIV. c.

DIOTIMUS Thebanus (*r*), monet etiam vestem inficere, quæ saliva rabidi canis venenata fuerit.

PELOPIS medicamentum superstitiosum (*s*); alius fuit a GALENI præceptore. Sciurum & testudinem adversus mel venenatum valere scripsit.

ÆSCHINES, qui excrementorum cinere anginis medebatur (*t*).

DIODORUS PLINIO dictus (*t*\*) medicus, alius a DIODOTO botanico.

Parum plenum catalogum hic propono, tædiose enim obscurorum virorum sola nomina colliguntur, ut facile aliqua potuerint elabi.

#### §. LIX. C. PLINIUS SECUNDUS.

Qui innumerabiles plantarum medicas potestates totis libris tradiderit, & medicinæ conversiones, & fata, acerbus in medicos ubique (*a*), etiam quod theriacam ex innumeris medicamentis componant, quorum doses nulla certa lege datur temperare: tum quod materiem medicam ignorent, & medicamenta sua a seplasis sumant, etiam collyria & emplastra (*b*), quam quidem culpam non omnibus medicis imputes, quos vidimus numerosissimas compositiones excogitasse. Sed & ipse PLINIUS suam sententiam in rebus medicis passim interponit. Negat se carminibus fidere (*c*). Medicamenta non alia admittit nisi simplicia & domestica (*d*). Iter Alexandrinum ad phthisin laudavit (*e*). Scorbutum descripsit: pondera dixit & mensuras, novumque malum carbunculum (\*). Eventus etiam medicos passim colligit traditque. Qui opio sumto finem vitæ fecerat. Qui in rogo revixerint (*f*), quos inter C. ÆLIUS TUBERO e rogo sit relatus, AVIOLA & LAMIA in flammis perierint, cum revixissent (*g*). PROCULEIUM gypso poto mortem sibi conscivisse (*h*).

De PLINIO VALERIANO suo loco dicitur, multo nuperiori, neque repetemus, quæ de nimia credulitate majoris PLINII monuimus, aut certe de facilitate, qua inficetas fabulas in opus suum recepit: ea quidem fere communis veterum culpa fuit. Elegantior autem medicus, qui PLINIUM legit, non ingratus in virum erit, qui adeo multa vetustatis monumenta solus conservaverit.

#### §. LX.

- [*r*] L. XXVIII. c. 24.  
 [*s*] L. XXXII. c. 16.  
 [*t*] L. XXVIII. n. 10.  
 (*t*\*) REINES. *var. lect.* p. 173.  
 [*a*] L. XXIX.  
 [*b*] L. XXXIV. n. 25.  
 [*c*] L. XXV. c. 105.  
 [*d*] L. XXIV. c. 1.  
 [*e*] L. XXXI. c. 6.  
 [*f*] L. XXI. fin.  
 [*g*] L. XX. c. 18.  
 [*h*] lb.  
 [*i*] L. XXXIII. n. 59.

## §. LX. MEDICI QUORUM IN LAPIDIBUS NOMINA EXSTANT.

Merentur recenferi, tum quod variam medicinæ conditionem illustrent, tum quod medicos aliquos in lapidibus legas, quorum non alia exstat memoria.

ARCHIATROS diximus, MEDICOS & PROFESSORES (a) AVENTICENSE marmor habet sæpe a me lectum Q. POSTHUMIUM HYGINUM & POSTHUMIUM HERM. LIB.

T. CL. VALERIUS LICINIANUS *sacerdos Æsculapii*, in marmore Smyrneo. Medicæ scholæ tabularium M. LIVIUM CELSUM invenio.

Virorum splendorum lapides etiam sunt, ut Lampfacena inscriptio KYRI APOLLONII archiatri, qui mille in urbem talenta expenderit (b).

C. TITIO C. L. TOSCÆ archiatro peritissimo (c).

A. ACTIUS CAIUS ARCHIATER (d).

M. JULIUS EUTYCHUS ARCHIATRUS.

P. ÆLIUS PHILOTIMUS medicus ÆLII ANTONINI (e).

T. CLAUDIUS ALCIMUS CÆSARIS MEDICUS (f).

M. ARTORIUS ASCLEPIADES CÆS. AUGUSTI MEDICUS (g).

L. ARUNTIUS ASCLEPIADES IMP. DOMITIANI MEDICUS (h).

TIBERIUS CLADIUS QUIRINA MENEKRATES MEDICUS CÆSARUM (i) idem dudum dictus.

Q. CALPURNIUS ASCLEPIADES MEDICUS, qui septem civitates sibi & fratribus obtinuit (k), & magistratibus Romanis adfedit. Senioris quidem ævi fuerit, a TRAJANO ad TITUM.

P. CHARM. SOSTHENES MEDICUS IIIII VIR AUGUSTALIS (l).

C. VIRIUS VERUS MED. VI VIR PONTIF. & DECUR (m).

P. PUPIUS MEDICUS IIIII VIR (n).

## C. QUIN-

(a) Conf. BOCHAT *Mem sur l'Helvet.* p. 379.

(b) WHEELER *voyag. to Greece* T. I.

(c) PANELLI p. 319.

(d) THES. GRONOV. T. IX. p. 292. ex MERCURIALI. gymn. I. c. 7.

(e) GRUTER. DLXXX.

(f) Id.

(g) In cenotaphio Smyrnenfi.

(h) SPON *misc. erud. antiq.*

(i) GRUTER DCXXXI.

(k) REINES. *epist. ad HÆFM. & RUF.*

(l) SPON. *misc.* p. 145.

(m) GRUTER p. CCCCLXXXVIII.

(n) VINK. p. 267. Ex FULVIO URSINO.



C. QUINTIUS ABASCANTIUS MEDICUS TAURINENSIS TRAJANO *dic.* (k).  
NICOMEDES OPTIMUS MEDICUS (l).

Alius ejusdem NICOMEDIS lapis, quem posuit ÆSCULAPIO SOTERI (m).  
MEDICI LEGIONUM.

MEDICO LEGIONIS in pago Gebistorf lapis dicatus est.

CLAUDIUS ROMANUS medicus Legionis XXI.

SEX TITIUS ALEXANDER MEDICUS COHORT. VI. (p).

T. VIBIUS RUFUS MEDICUS COH. V. PRÆTORIÆ (q).

TI. CLAUDIUS JULIANUS MEDICUS CLINICUS COH. IIII. SUIB. LIB. LIB. (r).

CORNELIUS MEDICUS in Cohorte (s).

M. JULIUS INGENUUS MED. COH. II. VIG. (t).

DORUS MEDICUS SCUTARIORUM MEDICUS II. LEGIONIS (u).

CALLIMORPHUS MEDICUS hastariorum, qui historiam belli parthici scripsit,  
GALENO cœvus (x).

MEDICI VARIJ.

M. ΜΟΔΙΟC ΑCΙΑΤΚΟC ΙΑΤΡΟC ΜΕΘΟΔΙΚΟC in Colleg. PEMBROKIENSI.

L. CÆSENNIUS CRESCENS MEDICUS (y).

TIBERIUS CLAUDIUS ANT. SALONINUS MEDICUS (z).

L. ANNIUS CASSIUS MITHRADORUS MEDICUS IIII. FACT. CIRC. (a).

M. U. FONTEIUS NICANDER MEDICUS (b).

C. JULIUS FILETIO, qui vixit annos XXXV. (c).

ÆLIUS NIC. CALLISTUS medicus (d).

T. JULIUS ROSCANUS APOLLINARIS medicus (e).

J. TAL-

(k) Conf. de his Augustalibus f. WALCH. *med. ant.* p. 115.

(l) SPON. *misc.* p. 131.

(m) p. 152.

(p) GRUTER p. LXVIII.

(q) SPON *misc.* p. 149.

(r) Id. p. 145. REINES.

(s) AET. L. II. 2. 3.

(t) BARTHOLIN. apud VINK. p. 470.

(u) in Cod. Justiniani.

(x) GALENUS *de meth. scrib. hist.*

(y) ap. FABROTTUM.

(z) GRUTER p. MCXX.

(a) SPON p. 142.

(b) Id.

(c) GRUTER.

(d) Id. p. LXIX.

(e) Id.

J. TALMENIUS MAGNUS MEDICUS (f).

LEONTIS AGRIPPÆ lapis apud GRUTERUM.

THEOPHILETUS (g) medicus.

HERMOGENES medicus (h).

HERMOGENES CHARIDEMUS medicus polygraphus, cujus marmor Smyrnæ exstat (i).

PEREGRINUS HELIODORUS CONSUMMATÆ PERITIÆ MEDICUS (k).

M. LICINIUS PHILOBLASUS medicus Pollentinus (l).

L. VALERIO NICEPHORO medico FLAVIA PIERIS (m).

M. JUNIUS DIONYSIUS MEDICUS de LUCILLIANIS SIBI ET SUI LIB. ET SERVIS (n).

C. CÆCILIUS DIÆTUS medicus (o).

CLAUDIUS AGATHEMERUS in marmore Oxoniensi.

§. LXI. MEDICI LIBERTI.

T. ÆLIUS ASCLEPIADES JATRUS LUDOR. AUGUSTI LL. SABINUS LL.

PRIMIGENIUS VIR MEDICUS MULTA FORA SECUTUS (a).

T. PÆDEROS AUG. LIB. ALCIM. SUPERPOSITUS MEDICORUM.

EUTYCHUS AUGUSTI L. NERONIANUS *medicus ludi matutini* ap. F. URSINUM & PANELLUM p. 317.

D. SERVILIUS D. L. APOLLIUS MEDICUS SERVILIA DECII L. AMBROSIA F. (b).

C. TITIO C. L. TOSCÆ *archiatro peritissimo* (c).

L. APULEIUS LL. EROS. MEDICUS (d).

EROS AUGUSTÆ MEDICUS SPOSIANUS (e).

Aa 2

SEX

[f] SPON. p. 144.

[g] GRUTER p. DCXXXV.

[h] ID. p. 143.

[i] MEAD. *numm. Smyrn.* p. 72.

[k] ap. VINK. p. 470.

[l] PANELLI p. 386.

[m] p. 283.

[n] VINK. p. 472.

[o] GRUTER p. DCXXXIII.

[a] ID. 143.

[b] SPON. p. 143.

[c] PANELLI p. 309.

[d] SPON. p. 142.

[e] GRUTER p. DCXXXI.

SEX. PEDIO LIB. SECUNDO MEDICO JULIA L. Lib. PATRI PISSIMO (f).

L. APULEIUS L. F. PHILUMENUS.

L. APULEIUS LL. (g).

CASSIUS LL. ISOCHRYSOS MEDICUS (h).

A. SALUSTIUS Q. C. ARTEMIDORUS ARESCHUSA.

M. AUFIDIUS M. L. MEDICUS PHYSICUS (i).

SER. POMPEIUS SEX LL. DAPHNIS.

T. FLAVIUS AUG. L. MEDICUS (k).

CORNUTUS (l).

Adde plusculos ex *Bibliotheca Chirurgica* potissimum oculos (m).

§. LXII. MEDICI SERVI aut LIBERI.

Primum Leidæ a. 1671. 12. in CAROLI DRELINCOURTHII, confidentis hominis, invidiam prodiit J. F. BOKEIMANNO auctore libellus, cui titulum fecit *Medicus Romanus servus sexaginta solidis æstimatus*, quem libellum nuper cum mutato titulo in Germania recusum dederunt.

Deinde, cum RICHARDUS MEAD, honoratus medicus & splendidus, in commentt. *de nummis Snyruensibus* aliqua (a) pro liberali conditione medicorum dixisset, nescio qua æmulatione motus, vir alioquin paradoxus, & ne religioni quidem parciturus, CONYERS MIDDLETON, *de medicorum apud Romanos degentium conditione* Cantab. 1726. 4. \* eo fine scripsit, ut ostenderet, plerosque medicos olim servilis conditionis fuisse.

Eo quasi e tuba signo dato medici arma capeffiverunt, & viciffim tuitus est se MIDDLETONUS, ita numerosa scripta critica prodierunt, quæ suis locis dicemus, hic eo breviores futuri, quod tantis iris omnino locus non fuerit.

Et primum quidem nemo negaverit, medici nomen olim laxissimo sensu sumtum, & ad humilem hominum classẽ, ad alyptas, unctores, obstettrices & omne genus hominum, qui quocunque modo artem medendi adtingerent, translatum fuisse. Medicos appellari homines hominum occisores, calculi detractores, auricularios, oculos, dentarios, herbarios GALENUS olim queritur (b). Non ergo, quoties medici nomen legitur, continuo medicum cogitare debemus, quales

[f] FANELLI p. 308.

[g] Ib.

[h] ap REINESIUM.

[i] Id.

[k] GRUTER p. DCXXXI.

[l] Id. p. DCXXXII. 9.

[m] p. 50. sqq.

[a] p. 7.

[b] ad *Tbrasybulum*.

les nunc id nomen gerunt, virum bonis litteris imbutum, liberalis conditionis & honoratæ.

In ipsa Græcia, etsi lege publica Athenis (c) servis erat medicina interdictum, erant tamen veri servi medici, qui servos curabant (d), erant unctores, aliptæ, tonfores, alii id genus homunciones.

Deinde in familiis Romanorum, cum omnium fere artium peritos servos haberent, habuerunt & medicos, neque id dubium finunt esse, tot quot citavimus lapides libertorum, qui se medicos vocarunt. Huc ergo leges eas referas, in quibus de medicis tamquam de servis agitur. Neque diffiteor, servos ejusmodi medicos, imperantibus Cæsaribus, ad magnos honores pervenisse, & quid ni ad altiora adspirassent medici, cum perinde ex servili conditioni præfecti Prætorio, classium præsides, & Provinciarum rectores frequentissime sumti fuerint. ROPILLI medici servus, etiam medicus apud CICERONEM audit. Servum fuisse medicum putes, per quem CLODIUS PLATORI venam iussit secari EID. TULLIO pro DEIOTARO. THEMIS servus noster: ita apud APULEIUM (e). Conservus noster qui medicus (f).

Non ideo nulli fuerunt liberæ eruditionis medici. Non in Græcia defuerunt, ubi viri splendidissima gente nati, & ad DEOS & Heroes stirpem referentes, medicinam coluerint, vel HIPPOCRATIS exemplo. Liberos medicos PLATO, eo quem citavi loco, luculente a servis separat.

Sed neque Romani, qui medicinam non plurimi adtigerunt, ideo omnes servifuerunt. Recte puto MIDDLETONUM ostendisse, RUBRIAM gentem & ACILIAM non ob exercitam medicam artem, salutem in nummis habere: sed nullo tamen argumento constat, ARTORIUM amicum CÆSARIS AUGUSTI (g), STATIUM ANNAEUM, amicum SENECE (h) & medicum, JULIUM BASSUM, SEXTIUM NIGRUM, NIGIDIUM FIGULUM, STERTINIOS FRATRES, aliosque illustres medicos Romanos servilis fuisse conditionis, quorum mentionem fecimus, quibus sua fuerunt tria nomina, sui que servi, sui liberti, suæ dignitates, quæ rarissime neque facile, nisi sub malis principibus, in serviles manus sunt delapsæ. Immunitates etiam cum aliis bonarum artium doctoribus communes medicis ab Imperatoribus concessas esse certum est.

Hanc causam orant DANIEL VINK, DANIEL CLERICUS, JULIUS CAR. SCHLÆGER (i), J. HENRIC. SCHULZE (k), HENR. LAMPE (l), AUG. GOTTLÖB RICHTER (m).

Aa 3

§. LXIII.

(c) HYGIN. fab. 2. 74.

(d) PLATON. l. de legibus IV.

(e) Apolog. L. I.

(f) Auctor l. de renum adfectibus, qui est inter GALENICOS.

(g) apud SUETONIUM.

(h) TACITUS.

(i) de medicor. apud veteres Romanos conditione Helmstatt 1730.

(k) Ad servi medici apud Græcos &amp; Romanos conditionem eruendam Hall. 1733. 4. Modesta &amp; sobria diff.

(l) de honore juribus &amp; privilegiis singularibus medicorum Groning. 1736. 4. \* Ubi ostendit medicinam Romæ artem fuisse liberalem.

(m) priscam Romam in medicos suos non fuisse iniquam Gotting. 1764. 4. \*

## §. LXIII. SECTA PNEUMATICA.

Apud veteres de hac secta pauca verba supersunt. GALENUS (a) eam nominat, & in l. *de introduct.* qui est inter GALENICOS, & in ea constituenda nuper demum CLERICUS laboravit. Apud HIPPOCRATEM (b) & CHRYSIPPUM ejus sectæ initia reperias.

Ejus auctor dicitur ATHENÆUS Cilix, quem vulgo Attaliensem faciunt, CÆLIUS Tarsensem (d) vocat. Vetustiore ARCHIGENE, & satis insigniter vetustiore fuisse adparet, cum AGATHINI præceptor fuerit, iste vero ARCHIGENIS.

Elementis vulgaribus subrogabat quatuor præcipuas qualitates, calidum, humidum &c. addebat vero spiritum, qui omnia corpora in statu suo naturali conservet, & quo læso morbi superveniant (e). Hujus spiritus dilatationi pulsum tribuebat.

Scriptit *de universa arte* (g): pauca vero ejus supersunt, sed *blaterasse* plurima GALENUS in l. *de febrium significatione* & in l. *de pulsibus* (h).

Lethargum dixit furorem esse cum mansuetudine conjunctum (i). Venæ sectionem non detrectabat (k). Locus ejus ut aqua fillicidiis colifve purgetur (l). De aere a sole illustrato aut fecus (m). De varia locorum salubritate (n). Medicamentum ad dysenteriam (o).

HERODOTUS. Hujus nominis plusculi medici fuerunt, antiquus ille, deinde auctor libri qui vocatur *Medicus* (p), & est inter GALENICOS, Lycius idem, & qui videtur auctor esse GLOSSARII passim cum HIPPOCRATE excusi. Is enim auctor in libello de *medico* negat se pneumaticum esse.

Noster vero ATHENÆI discipulus, Romæ medicinam fecit, & inter clariore fuit pneumaticos (q). Multa fragmenta hujus HERODOTI exstant ex libro sumta *de medicamentis evacuantibus*. De ellebóri sumendi modo, selectu, cautione

(a) *de symptom. caus.* L. II.

(b) *de flatibus.*

(d) CÆL. *acut.* L. II. c. 10.

(e) GALEN. *diff. puls.* IV. c. 4.

(f) *Id. de Elem.*

(g) *Id. meth. med.* L. VIII. c. 3.

(h) CÆL. *Acut.* L. II. c. 10.

(i) GALEN. *adv. ERASISTR.*

(k) ORIBAS. *coll.* V. c. 1.

(l) L. IX. c. 5.

(m) C. 12.

(n) GAL. *comp. f. sec. loc.* L. IX.

(o) *Comment. in Epid.* VI.

(p) GALEN. *simpt. med.* L. I.

(q) *diff. puls.* IV. c. 11.

cautione ne suffocet (r). Aliud opus citatur de *praesidiis extrinsecus occurrentibus* (s). De facultatibus ruborum male egisse, & omnia confudisse GALENUS ei objicit (t). Male etiam dixisse adstringere, quæ ad dysenteriam conducunt (u). Ex l. de auxiliis, de frictione adversus febrem (x). L. de pertinentibus ad curationem (y). Ex l. de iis quæ extrinsecus occurrunt (z).

Deinde de perfrictione & ligatura artuum ante accessiones (a) aliqua ORIBASIVS conservavit. De balneis oleosis (b). De infusione ex hydrelæo (c). De balneo aquæ marinæ (d). De fudoriferis (e). De curbitulis (f). De siccatione per arenam in asthma, hydropse (g). De insolatione (h), de fomentis (i). De temporibus quibus opportunum sit cibum (k) dare, aut venam secare (l). De aquis sponte prodeuntibus (m). De balneo tota die continuato, quo aliqui utiliter in febre usi sunt, febremque solverint (n). De vino propinando infans, ægrotis, & pro varia ætate. De potu, quo tempore concedi debeat (o), ubi valde se præbet difficilem. Utrum frigida in ardente permittenda (p). De cricelasia (q). De natatione (r). De certamine umbratili (s). De gesticulatione (t). De insolatione (u). De pila varia (x). De folle pugillari (y). Pustularum curatio circa

[r] ORIBAS. coll. L. VIII.

[s] Id. Ib. & X. 17.

[t] GAL. *simpl. fac.* l. p. 192.

[u] Id. ib. L. I. c. 34.

[x] ORIB. L. VI. c. 20.

[y] Id. L. V. c. 30.

[z] L. X. c. 17.

[a] Ib. c. 18.

[b] C. 38.

[c] Ib.

[d] C. 39.

[e] C. 40.

[f] L. VII. c. 17.

[g] L. X. c. 8.

[h] C. 9.

[i] C. 10.

[k] L. VII. c. 8.

[l] Ib.

[m] *Coll.* L. X. c. 5. *syn.* L. IV. c. 41.

[n] Ib. L. V. c. 27.

[o] Ib. c. 30.

[p] Ib.

[q] L. VI. c. 25.

[r] C. 27.

[s] C. 29.

[t] C. 30.

[u] C. 31.

[x] C. 32.

[y] C. 33.

circa nasum & labia (z). Ad morbos: de atra bile stomacho infesta (a); fomentis utitur. De tumoribus in febre maligna subortis, in qua adfecta sit medulla spinalis. Ut fomentis ardor æstuosus curetur (b). De gravi sopore; spongiam non frigidissimam (c) cum posca imponit (d). Curatio pustularum in febribus (e), & tumorum. De lumbricis eorumque signis (f). De hydrope: locos tumentes jubet vesicis pulsare, quod etiam ARCHIGENIS est consilium (g).

THEODORUS, & ipse ATHENÆI discipulus (h). Non undique repugnat eundem esse quem dixi, nam ATHENÆUS mihi videtur vel PLINIO antiquior.

ARISTIPPUS ATHENÆI discipulus LAERTIO dictus (k).

§. LXIV. ARETÆUS.

Scriptor parce veteribus dictus, id silentium non meruit, qui neque dictionis nitore, neque vi practica, neque bono ordine infra optimos sit veterum (a). Prima ejus in DIOSCORIDIS *Euporistis* fit mentio, altera in AETIO, in PAULO tertia (b).

Tempora viri definire non difficile est. Post ANDROMACHUM vixit (c), quo tempore theriaca vulgo innotuerat, non dudum post id ævum, ut ex stili puritate, vel ex pleno de GALENO aliisque nuperorum aut inventis aut curationibus silentio colligas. Demum si DIOSCORIDIS *Ευποριστῶν* legitima fuerint, continuo fere post ANDROMACHUM & ante TITI mortem ARETÆUM vixisse necesse est, cum DIOSCORIDIS libros PLINIUS viderit. Aliqua, quæ ARCHIGENI ab AETIO adscribuntur, & quæ apud nostrum ARETÆUM reperiuntur, fecerunt ut JOHANNES WIGGAN ARETÆI opera veteribus sub ARCHIGENIS nomine cognita fuisse putet. Verum ARCHIGENES, ut ATHENÆI pneumatici discipulus, omnino de ea secta non fuit, qui causas, discrimina & tempora morborum distinguere neglexerit, in quas potissimum causas ARETÆUS ubique inquisivit: sed neque

(z) AETIUS.

(a) Id. L. III. 1. c. 2.

(b) L. I. 4. c. 47.

(c) ORIBAS. ad EUST. L. VI. c. 33. AETIUS L. II. 1. c. 19.

(d) AET. L. II. 1. c. 129.

(e) Id. ib. c. 130.

(f) L. III. 1. c. 39.

(g) Ib. c. 29.

(h) DIOG. LAERT. in ARISTIPPO.

(k) L. XVII.

(a) GRAINGER *febr. Batav.* p. 78. L. a CAPOA *vaggiouam* I. p. 319.

(b) de elephanto L. IV. c. 7.

(c) ποικιλῆ δια θηριων ARET. *cur. diut.* L. I. c. 7. & ἡ δια ἐχιδων σπερτων *cur. diut.* L. II. c. 5.

neque pneumatica placita apud ARCHIGENEM ulla reperio, neque elegantiam ARETÆI, neque voces Poeticas. Denique AETIUS, & in eodem capite, distinguit, quæ ARETÆI sunt (d), & quæ ARCHIGENIS. Ita & PAULUS, quæ ex ARETÆO de elephante habet (e), & quæ ex libris ARCHIGENIS (f), utroque nomine adjecto separat. Facile vero fieri potuit, ut ARCHIGENES a præceptore ATHENÆO aliqua habuerit, quæ ARETÆUS pariter a sectæ suæ principe sumserat. Eorumdem temporum fuisse videtur ARETÆUS, & ipsam sectam GALENI tempore jam intercidisse. Romæ vixit, qui vina Italica, far Thyrrenum, & alia similia citet.

Scriptit libros duos de signis & causis acutorum, & l. duos de eorumdem curatione. Tum libros duos de signis & causis diuturnorum, & duos pariter libros de eorum curatione, imperfectos omnes, ut passim apud AETIUM aliqua reperias, ex ARETÆO citata, quæ in nostris desunt (g).

Codicem maculosum nactus latine vertit JUNIUS PAULUS CRASSUS, est etiam in B. Vaticana codex, sed nuperus, tum in B. Augustana (h), & in HARLEYANA, quo multum usus est WIGGANUS. Demum in Medicea (i) libri VII. de causis signis & curatione acutor & chronicorum (k).

Libri septem Græci mutili in B. R. Par. n. 2202.

Libri sex ib. n. 2289. &, ut puto, 2288.

Libri de signis & causis acutorum & diuturnorum & de istorum curatione, cætera mutilus codex in B. R. P. n. 2186.

Libri quatuor de causis & signis & curationum B. R. P. n. 2182. Solus l. I. de curatione acutorum B. R. P. n. 2220.

Codices alii sunt.

In B. S. MARCI (l).

In Museo THOMASINI (m).

In Escorialensi libri octo (n).

In Ambrosiana Mediolanensi de morbis (o).

In

(d) de diabete L. III. 3. c. 1.

(e) L. IV. c. 1.

(f) C. 7.

(g) WIGGAN. præf.

(h) MONTFAUCON l. p. 113.

(i) PLUT. LXXV. MONTFAUC.

(k) BANDINI III. p. 162.

(l) MONTFAUC. I. p. 468.

(m) lb. p. 489.

(n) p. 617.

(o) p. 293. & 529.



In *B. Bavarica de causis & signis morborum*. Et *L. de acutis morbis Græce* (p).

Editiones paucae sunt. Prima latina vertente J. PAULO CRASSO prodiit Venet. 1552. 4. & Paris. 1554. 8. MAITT. apud TURNEBUM; & alia editio eodem anno 8. apud G. MORELLUM quinque capitibus plenior, quæ tamen HENSCHIO suspecta videntur. Prima editio rediit emendata a CELSO CRASSO PAULI fil. tum apud HENRICUM STEPHANUM inter principes, & Basil. 1581. 4.\* iterumque Patavii 1700. 8. \*, imperfecta, Venetiis 1763. 8. Argentor. 1768. 8. \*.

Tum *Græca* cura GOUPYLI Paris. 1554. 8. MEAD. 1556. 8. ASTRUC.

Græce & latine, collata cum tribus codicibus Græcis auctore GEORGIO HENISCH Aug. Vind. 1603. f., quam editionem WIGGANUS valde spernit.

Porro cura J. WIGGANI cum ejus præfatione, versione nova & propria Oxon. 1723. fol. græce & latine, adjectis locis adfinibus AETII, quos tribuit ARCHIGENI, & variis lectionibus, atque lexico.

Græce & latine iterum Leid. 1731. fol. \* curante D. W. TRILLERO præfidente BOERHAAVIO. CELSI CRASSI (q) est versio; adjectæ sunt notæ cum integris PETITI commentariis, quos dicam, & notulis & emendationibus SCALIGERI, HENISCHII, TRILLERI, WIGGANI præfationibus, denique variis lectionibus.

Hanc BOERHAAVIANAM edit. certe quod textum adinet latinum, recusam dedi Laufannæ 1771. 8. \* suppleta lacuna editionis nuperæ Patavinæ & Argentoratensis, & CRASSI versione passim paulum emendata.

Nullam esse editionem Parisinam cum PETITI commentariis WIGGANUS adnotat (r).

Opus ipsum ARETÆI ordine quidem est incommodo, cum signa causasque morborum integris libris ab eorum curatione separet. Res ipsæ eximii sunt pretii. Mafculam & efficacem HIPPOCRATIS curandi rationem imitatus, venam fecat abunde, & frequenter, in angina, ad animi deliquium; in febre ardente & nephritide etiam repetito. Vomitus ciet (s), ipso etiam helleboro albo, tam in acutis quam in chronicis malis, non ut unice ventriculum inaniat, sed ut obstructa emoveat, concrefcentia resolvat. In chronicis malis & frequenter purgat, etiam validis illis veterum medicamentis, cneoro, helleboro nigro. Clysteribus acria admiscet, nitrum, rutam, castoreum. Arterias incidit ante GALENUM in temporibus & ad aures alibique, ad capitis morbos. In epilepsia cranium perterebravit optimo eventu, cum dura cerebri membrana denigrata esset.

Cucurbi-

(p) MONTFAUC I. p. 117.

(q) Eas editiones parvi facit DAUMIUS apud REINESIUM ep. 35.

(r) *diff* p. 29.

(s) Hæc WIGGANUS etiam & CLERICUS.

Cucurbitulis frequentissime utitur ad sanguinem extrahendum, etiam cum multa in pleuritide flamma.

Veficas trahit (t) quidem, & eo ævo, quo vis venefica cantharidum jam innotuerat, ut etiam lacte venenum temperare iusserit, quod veficæ infectum esset (u).

Hirudines sæpiuscule admovebat.

Multum victus rationi tribuebat, sed Romana diæta usus est, corporis exercitatione, vociferatione, gestatione, epithematibus, balneis.

Vinum habebat pro analepticorum principe.

Non raro narcoticis utebatur, etiam in pleuritide & peripneumonia.

Superstitiosa medicamenta sprevit, ut in epilepsia (x).

Calidis frequenter utitur, castoreo, theriaca, antidoto Vestini, Besafa (y): suaque habebat arcana (z).

Externis, ut omnes ejus temporis medici, auxiliis plurimum indulgebat.

Morborem historiam plenam, copiosam & nitidam tradit.

In morbis peculiariter adnotat, urinam in tetano supprimi (a). Gangrænosæ anginæ meminit (b), & bubonis pestilentis (c). In causo ægros ante mortem vidit vaticinari, sed brevi vitales superesse, abire enim de vita, potentia vitali in aerem resoluta (d).

Veficæ parestin habet (e). Hydatides in hydrope notas habuit ut CÆLIUS (f). Calculos vidit hamatos (g).

Abscessum laxioris intestini prope hepar aperuit (h); pus multum vidit effusum, multum etiam per renes decessisse adnotat, felici denique eventu (i).

Majorem calculum negavit curari posse (k).

A nimia venæ sectione mortem vidit subitam (l).

Bb 2

In

(t) in epilepsia.

(u) *diut. cur.* L. I. c. 4.

(x) lb.

(y) *femine rutæ sylvestris GAL. compos. sec. loc.* L. VI.

(z) *malagma suum ad ventriculi mala dicitur cur.* L. I. c. 7.

(a) *Acut. caus.* L. I. c. 6.

(b) lb. c. 7. *curat.* L. I. c. 9.

(c) *Caus. acut.* L. II. c. 3.

(d) C. 4.

(e) *Diut. caus.* L. I. c. 7.

(f) lb. L. II. c. 1.

(g) lb. c. 3.

(h) L. I. c. 9.

(i) lb.

(k) L. II. c. 4.

(l) *Cur. acut.* L. I. c. 7.

In renum inflammatione lacte (m) afinæ vel equæ usus est, & cicadis in morbis vesicæ urinariæ, medicamento parum a cantharidibus diverso (n).

In cephalæa penna anserina (o) de naribus sanguinem detrahit.

In lienis scirrhis ad vetustatis morem urebat (p).

Vulnera in vesicam illata funesta esse, aut subito, aut intra paucos dies (q).

In pleuritide panem aridum contusum laudat.

Chordapsium esse quidem majorem volvulum cum remollitione intestinorum (r).

Syncopen esse cordis malum, & affectum ligamentorum potentiæ vitalis (s).

In hydropè innatum calorem refrigeratum esse (t). Morbum venæ cavæ recenset, in ea Κεδάματα fieri (u), unde sanguis per pectus vel per intestina exeat. Ejus etiam venæ inflammationem dari, cum sensu intensi ardoris interni, pulsu celerrimo, extremorum frigore &c. causi ut videtur speciem. Ad hos morbos in suis antiquitatibus medicis ILL. WALCHIUS commentatur.

Citat Συμφωνος confectionem (x).

BESTINUM passim (y) citat, etiam ejus ex phyllidibus pharmacum ad urinæ mala optimum, suumque (z).

Supereft ut de PETITI dicam *commentariis*, qui a. 1662. scripti diu latuerunt, & demum Londini 1726. 4. \* primum sunt editi, cura MICHAELIS MAITTAIRE, iterumque in editione BOERHAAVIANA redeunt, cum PETRI PETITI vita. EJ. de ARETÆO diss. Usus est tribus codicibus MS. utilissimo inter eos MENTELIANO. In emendanda potissimum lectione occupatur vir eruditus; tum in congerendis ad quemque ARETÆI locum iis antiquorum locis, ex quibus ARETÆO lux aliqua adspargatur.

In *Journal Britannique* 1751. extant *observations sur quelques maladies singulieres d'ARETÉE* & de CÆLIUS AURELIEN.

*Sepia Volvox* JOH. van der LINDEN in *selectis* Leid. 1653. 4. \* pertinet ad ARETÆI *Caus. Acut.* II. c. 6.

§. LXV.

(m) lb L. II. c. 8.

(n) lb c. 9.

(o) *Dint. cur.* L. I. c. 2.

(p) lb. c. 4.

(q) *Dint. caus.* L. II. c. 4.

(r) *Caus. acut.* L. II. c. 6.

(s) lb. c. 3.

(t) *Dint. caus.* L. II. c. 1.

(u) *Acut. caus.* L. II. c. 8.

(x) *Cur. dint.* L. II. c. 5.

(y) *Cur. acut.* L. II. c. 8. *Cur. dint.* L. II. c. 5.

(z) *Cur. dint.* L. I. c. 13.

## §. LXV. SECTA EPISYNTHETICA.

AGATHINUS ATHENÆI discipulus. Hunc auctor libri *definitionum*, qui est inter GALENICOS, *episynteticae sectæ* auctorem facit, pneumaticis a GALENO ipso (a) accensetur. Mihi potius methodicis a CÆLIO (b) videtur adnumerari.

De *pulsu* scripsit ad HERODOTUM librum, quo PHILONIDEM refutat (c): scripsit etiam de *semitertiana* (d), cui febris nomen a paroxysmis triduanis esse, accessionum tamen neque horam, neque intervalla certa esse docuit (e). Magna & parva fuit semitertiana sectatorum AGATHINI.

Ejus locus est de calida & frigida lavatione (f). Frigidam impense laudat: parvulis quæ saluberrima sit: Venæ sectionem non rejicit (g).

Ejus discipulus fuit ARCHIGENES, quem vero nolim methodicis aut *Episynteticis* adnumerare, qui mihi empiricis propior videatur.

## §. LXVI. LEONIDES.

LEONIDES Alexandrinus itidem *Episynteticae* (a) sectæ addictus fuit, SORANO potius antiquior (b), & a CÆLIO citatur. Adversus dracunculum utebatur calidis, colophonio (c). Lethargum desinebat a pulsu magno & febre (d).

Pleraque quæ de eo supersunt, chirurgici sunt (e) argumenti. De *hydrocephalo* quem internum facit & externum, in eo malo scarificat & lintea sunt (f).

Ut abscessus tonsillarum pestiferi (g); & abscessus circa tonsillas aperiantur (h).

Cæterum, quæ fuerint hujus sectæ placita, hactenus ignoratur.

Bb 3

§. LXVII.

(a) *diff. puls.* IV. c. 10. 11.(b) *Acut.* L. II. c. 10.(c) *Conf. B. Anat.* I. p. 71.(d) GAL. *comm.* II. in L. I. *Epid.*(e) *de typis.*(f) apud ORIBAS. *coll.* X. c. 7.(\*) GAL. *in comm.* ad VI. *Epid.*(g) GAL. *advers.* ERASISTR.(a) GAL. *introd.*(b) *Acut.* L. II. c. 1.

(c) ap. PAULUM.

(d) ap. CÆLIUM.

(e) *Bibl. Chir.* p. 79.

(f) AET. L. VI.

(g) ID. L. II. 4. c. 46.

(h) C. 45.

## §. LXVII. DEMETRIUS. ALII EJUS ÆVI.

DEMETRIUS APAMEUS f. *Attaleus*, sæpe a CÆLIO citatur, cujus liber erat *signorum* (a). Diuturnam in fene perque multos menses superstitem tensionem veretri vidit, absque feminis emissione (b). Diabetem ab hydrope distinxit (c). Locus est etiam de spasmo cynico, in quo a (d) CÆLIO refutatur. In cardiaco morbo, inque principio accessionis, omnes ægros febrere scripsit (e). De eo aliqua habet COCCHIUS (f).

SEVERUS, cujus multa medicamenta, potissimum ophthalmica, GALENUS citat. Afellis in aquariis vasis nascentibus (g) ante nuperos utebatur. Ab ARCHIGENE is locus citatur, & in alio SEVERI medicamento ARCHIGENES (h) nonnulla mutavit, ut SEVERUS omnino eum ætate præcedat. Pulvis *σεβουριος* TRALLIANO (i) dicitur.

An idem, cujus *definitiones* sunt in B. Medicea (k).

TRYPHON, PHILOTIMUS, CHRYSIPPUS, Empirici, CÆLIO dicti (l). Ante CÆLIUM numerari debent.

SELEUCUS CYZICENUS & STRATOCLES medici, TITO coævi fuerunt, quos citatos videas in vita APOLLONII Thyanei.

Quis ille PYTHAGORAS, cujus Pythagorius erat trochiscus (m).

## §. LXVIII. ARCHIGENES.

Apameus, discipulus AGATHINI, nuperior APOLLONIO (a), vir celeberrimus, ut a JUVENALE citetur tamquam magni medici exemplum, & a GALENO non vulgaris (b) medicus vocetur: diligenter idem & in artis opere versatus & in speculatione (c); sed eclecticus, & certe, ut ex ejus scriptis adparet, empirico

(a) *Acut.* III. c. 17. *tard.* V. c. 9.

(b) *lb.*

(c) *Tard.* L. III. c. 8.

(d) *lb.* L. II. c. 2.

(e) *Acut.* L. II. c. 35.

(f) ad NICETAM p. 47. 48.

(g) GAL. *compos. sec. loc.* L. III.

(h) AETIUS L. III. i. c. 34.

(i) p. 146.

(k) BANDINI III. 95.

(l) *Chron.* L. II. c. 4.

(m) CÆL. *acut.* L. III. c. 4.

(a) GAL. *compos. sec. loc.* L. II.

(b) *lb. de dieb. decret.*

(c) AETIUS l. 3.

rico propior, totus in medicamentis, quæ GALENO iudice optime descripserit (d). Ad AGATHINI medicamenta sua addidit (e). Alibi tamen idem GALENUS monet, multa ARCHIGENEM absque discrimine congeffisse (f), ut adversus aurium dolores medicamenta, quod etiam varias causas doloris capitis ex ventriculo nati non distinxerit (g). Id etiam GALENO displicet, quod de nominibus multa logica inmiscet (h). Miras classes dolorum fecisse, ex iis sedem adfectam dignoscere voluisse (i) lego. Mihi inmensam absque discrimine medicamentorum farraginem collegisse videtur, inter quæ absona multa sunt, & superstitiosa, & amuleta (k).

Scriptit de *Pharmacis secundum genus* (l) de *locis adfectis* (m), quem librum GALENUS *optimum* nominat (n). Libros *epistolarum undecim* (o) citat, quorum in quinto est *epistola* ad MARSUM de memoria obtusæ restitutione. Porro ejus est l. I. de *ratione morbos diuturnos curandi* (p). *Comm. de febrium naturis & typis* (q) quem GALENUS laudat (r). Deinde GALENUS citat ejus libros de *bellebori usu*, de *castorei usu*, de *febrium signis*, ll. de *pulsu*, de *cognitione febris*. In pulsibus ARCHIGENIS sedulo se exercuit (s). In crisi bus vigesimum primum (r) diem vigesimo prætulit. De multitudine gravante non accurate egisse GALENUS (u). In femitertiana volebat prævalere febrem tertianam, alias quotidianam, utramque vero non accurate misceri & æqualiter (x). Præceptorem suum AGATHINUM ex vigiliis delirantem (y) capiti calido oleo irrigato curavit. In tetano oleosa fomenta, cataplasmata (z) imperat. In lethargo pulsus locum calidiorem esse adnotavit (a). Catalepsiæ typos periodicos dixit (b), & difficilius tertianarios quam quotidianos curari, quibus in accessione rigor accidit. Oculos in hoc malo apertos esse (c). Id malum ab aliis morbis separat (d). In pleuritide venam brachii oppositi

(d) GALEN. *compos. sec. gen.* L. III.

(e) GAL. *comm.* II. ad *Epid.*

(f) *Compos. sec. loc.* L. III.

(g) *Ib.* L. II.

(h) *de temp. tot. morb.* c. 4.

(i) GAL. *loc. adfect.* L. II.

(k) *Compos. sec. loc.* L. II.

(l) *Ib.* L. II. l. ad II.

(m) *Loc. adf.* L. IV. *fin.*

(n) ut eo remittat eum, qui velit ista accurate ponderare.

(o) GAL. *loc. adfect.* L. III. Citat L. III. GAL. *crif.* L. II. c. 114. AETIUS I. 3.

(p) ORIBAS. *coll.* L. VIII. 1.

(q) GAL. *crif.* L. II.

(r) *Ib.*

(s) GAL. *præcognit.*

(t) *decret.* L. I. c. 10.

(u) *de pluib.* L. I. 4.

(x) GAL. *diff. febr.* L. II. c. 8.

(y) AETIUS L. I. 3. c. 172.

(z) AET. L. II. 2. c. 39.

(a) GALEN. *puls.* ad *tiron.*

(b) CÆL. *acut.* L. II. c. 10.

(c) GAL. *comm.* II. in L. I. *Prorrhbet.*

(d) CÆL. *acut.* L. II. c. 10.

siti lateris (e) fecat, parvam copiam sanguinis mittit, iterumque modicum post intervallum venam aperit, cataplasma ex sinapi admovet. In vehementi siti cum stomachi ardore aquam (f) laudavit. In cœliaca adpetitum conservari & subinde augeri adnotat (g). In ea utitur adstringentibus, lentisco, rubo, vomitum etiam movet, & alvum. Urit ventrem superiorem, & ulcus non sinit confervescere. Sudores adstringentibus repellit (h). In volvulo, etiam ex veneno orto, clysteres, & glandes subdit, tum fomenta, cataplasmata mollientia (i). De hepatis abscessu satis bene dicit: suadet incisionem, neque tamen periculum diffimulat (k). De dysenterix notis, esse exulcerationem intestinorum (l). Dari chronicam. Signa dysenterix in crassis intestinis residentis, & in tenuibus, inque jejuno; facilius in crassis vigere. Dat hic adstringentia, opium, hyoscyamum, far clusinum &c. Vertiginem aut in capite, aut in præcordiis oriri docet (m). Hemicaniam prætermisit (n).

Adversus cachexiam hieram ex colocynthide (o), absinthio, & dropaces adhibet. Adversus quartanam & hydropem (p) hederæ corymbiferæ quinque folia cum myrrha. In paralyti multa acria dat & externa & interna, crustas vero metuit inurere (q): malum esse ab humore nervos voluntarios occupante. Hepatis abscessum suppuratione (r) extus vidit solvi, alias pus fluere per alvum, per urinam, periculosius per os (s).

De vomitibus a cibo excitatis (t) egit. In febre acuta purgat, cataplasma late hypocondriis imponit, colocynthidem laudat (u). In sanguinis mictu utitur alumine, gummi (x). De iis qui periodice sanguinem (y) mingunt: Venam hic fecat, cucurbitulam admovet, diætam suadet, quæ sanguinem non faciat. De prodeuntibus cum lotio quasi capillis (z). Curatio diabetis; in eo morbo etiam venam fecat (a). De fluxu muliebri (b). Ad eum fluxum ad-

(e) AET. III. 4. c. 68.

(f) TRALLIAN. VII. c. 6., qui divinissimum vocat.

(g) AET. III. 1. c. 37.

(h) PAULUS II. c. 47.

(i) AET. III. 1. c. 28.

(k) AET.

(l) ID. III. 1. c. 43.

(m) GALEN. loc. adf. IV. fin.

(n) ID. sec loc. L. II.

(o) AET. III. 2. c. 19.

(p) ID. II. 1. c. 84.

(q) Ib. 1. c. 28.

(r) ID. III. 2. c. 4.

(s) c. 5.

(t) ORIBAS. Coll. L. VIII. c. 23.

(u) Ib. c. 46.

(x) AET. L. III. 3. c. 25.

(y) Ib. c. 3.

(z) Ib. c. 31.

(a) Ib. c. 31.

(b) AET. L. IV. c. 65.

stringentia & venæ sectio (c). De empyicis, esse qui absque febre suppurentur (d).

Dolorem ischiadicum vocat (e), quando dolor in aliqua junctura vertebrarum fedet. Laudat vomitum, venæ sectionem, cucurbitulas, acria ad affectos locos fomenta, clysteres acres, amara, quæ sæpe bene sibi cesserint, purgantia calida adhibet. Multos unctione levatos (f) fuisse. In exacerbatione fomenta mollia, clysteres, malagma molle (g) adhibet. De elephantiasi fere eadem quæ ARETÆUS suadet (h), ægros ait squamas magnas habere ut pisces. Non corripit elephantiasi qui caltrati sunt, neque (i) mulieres. Multa medicamenta hic recensentur, etiam viperæ caro (k).

Ad rem medicamentariam. De balneis (l) naturalibus, de spongiarum usu (m). Ad memoriam reparandam irrigationes (n). Hiera ARCHIGENIS (o). De usu hellebori in morbis longis, de aliis emeticis, ut raphano repetito sumto (p). Medicamenta simplicia varia ARCHIGENIS (q). Ad oculorum claritatem pinguedo piscis aselli &c. scammonium (r), & ad destillationem pharmacum &c. compositum (s). Ad nares obstructas acerrima (t), quæque, etiam colocynthis, errhina. Ad capitis dolores longus locus extat (u), hic apophlegmatismi, cataplasmata, amuleta commendantur. De apophlegmatismis naribus infusis. Empirica varia ad capillorum mala (x). Ad tingendos capillos: ad prurimum (y). Ad furfures medicamenta diætetica. Ad comitiales morbum multa medicamentorum farrago (\*). Mustelæ sanguis, quem etiam GALENUS commendat (z). Amuleta ad capitis dolores, inter quæ Verbenaca (a). Medicamenta ad purulenta (b), ad gravem

(c) AET. L. IV. c. 66.

(d) Id. L. III. 2. c. 3.

(e) Id. L. IV. c. 1.

(f) Ib. c. 3.

(g) c. 4. 5.

(h) Id. L. IV. 1. c. 120. sqq.

(i) Ib. c. 122.

(k) c. 123.

(l) Id. L. I. 3. c. 167.

(m) c. 170.

(n) GALEN. *loc. adf.* L. III.

(o) AET. L. I. 3. &c.

(p) ORIB. *coll.* L. VIII. c. 1.

(q) GAL. *compos. sec. loc.* L. III.

(r) ORIB. ad EUST. L. III.

(s) GAL. *Euporist.* L. 1.

(t) ORIB. *coll.* L. VIII. c. 56.

(u) GALEN. *compos. sec. loc.* L. II.

(x) *Compos. sec. loc.* L. I.

(y) AET. L. IV. 1. c. 126.

(z) GAL. *Compos. sec. loc.* L. III.

(a) Id. *Euporist.* L. I. c. 1.

(b) Ib.



vem auditum, ad illapsa auribus corpuscula, ad mala externa auris, ad parotides, ad ozænam. Antidotus ex duobus piperibus (\*). Ad erosiones mammarum rhus, gallæ &c. (c)

Sectatores ARCHIGENIS innumera scripsisse ænigmata GALENUS (d).

Morborum omnium variæ medicinæ ex SORANO, ARCHIGENE, PHILAGRIO aliisque antiquissimis medicis sunt in B. *Escorialis* (e).

#### §. LXIX. PHILIPPUS.

PHILIPPUS ARCHIGENIS discipulus Cæsareæ vixit, cujus nomen cum ARCHIGENIS nomine sæpe conjunctum reperi. Adnumeratur empiricis, & medicamentorum gnaris viris, qui etiam περι Φαρμακων scripserit.

De multitudine gravante non accurate scripsisse, ut neque ejus præceptor (f) GALENUS.

De somno morbofo in quo pulsus rarus sit, & parvus.

De Marafmo scripsit, in quo (g) balneorum usum rejecit, non probante GALENO.

Nonneminem frictionibus in pectore fortibus asthma sanasse (h) reliquit.

Proprio etiam libro de catocbo egit (i), in quo morbo oculos dixit apertos esse (k).

Ejus celebris est pastillus ad dysenteriam (l). Adstringentia varia ad hæmoptoen (m). Medicamentum quod Trallianis dederit (n).

#### §. LXX. SECTA METHODICA.

Passim invito mihi accidit, ut omnino purum temporum ordinem nequeam fervare, qui in multis veterum medicis satis accurate nequeat definiri. Quare cum CLERICO & SCHULZIO methodicæ sectæ scriptores conjunctos trado, eos certe, qui ante GALENUM vixerunt.

MAGNUS,

(\*) AET. L. IV. 1. c. 104.

(c) PAULUS L. III. c. 35.

(d) GALEN. *comm. ad progn.* L. III.

(e) MONTFAUCON L. I. p. 625.

(f) GALEN. *de plethor.* c. 7. *caus. puls.* L. IV.

(g) *Morb.* L. X. c. 10. conf. alium locum GALEN. *diff. puls.* L. 1. c. 8.

(h) ORIB. *synops.* L. IX. c. 5.

(i) CÆL. *acut.* L. II. c. 10.

(k) GAL. *comm.* H. in 1. *prorrhbet.*

(l) AETIUS L. III. 1. c. 150. PAUL. L. VII. 12. MYREPS. c. 14.

(m) GALENUS *compos. sec. loc.* L. VII.

(n) ASCLEPIADES junior apud GAL. *compos. sec. loc.* L. VII.

MAGNUS, quem *primum ex nostris* CÆLIUS (a) vocat, de catalepsi egit. Difficulus conficitur, quis sit ille MAGNUS, num Ephesius ATHENÆI sectator; sed noster AGATHINO prior fuit. Fuit certe MAGNUS, quem GALENUS ad pneumaticos refert (b), qui ad DEMETRIUM scripsit *de inventis* post THEMISONEM (c), & *de pulsu* egit (d). Idem ergo fuerit, cujus *Epistolas* CÆLIUS citat (e).

Sed fuit etiam MAGNUS Philadelphix natus (f), cujus medicamenta GALENUS passim habet. MAGNI florida (g).

Et MAGNUS Tarsensis (h), cujus & ipsius sunt remedia.

Et MAGNUS Archiater, GALENO (i) cœvus, qui de *antidotis* scripsit, neque idem potest esse cum nostro methodico, qui ante AGATHINUM vixerit, cujus discipulus ARCHIGENES fuit.

Et MAGNUS Circulator (k) GALENI.

Idem forte qui MAGNUS CLINICUS EJUSD. (l)

Nuperiorem MAGNUM alias dicemus.

EUDEMUM in catalogo Medicorum methodicorum a GALENO scriptum legitur (m).

PHILUMENUS & MNASEAS.

MNASEAS frequentissimum nomen est in GALENI libris *de compositione medicamentorum* (n). Inter methodicos recensetur post EUDEMUM (o), & catharrum complexum morbum dixisse; CÆLIUS ante SORANUM citat (p). Paralylin ad conductionem additur (spasmus) referebat, lethargum alias ad stricturem (q), alias ad solutionem (r). Paralylin paralepsin dicit (s).

Deinde PHILUMENI nomen solum frequens est apud nuperiores Græcos, qui frequentissimos viri locos repetierunt. Locus de nausea est apud RHAZEUM (t).

C c 2

Ex

- (a) *Acut.* L. II. c. 10.
- (b) *Diff. puls.* L. III. c. 2.
- (c) *Ib.* III. c. 1.
- (d) *Bibl. Anat.* p. 75.
- (e) *Acut.* L. III. c. 14. librum *secundum* de hydrophobia.
- (f) *Compos. sec. loc.* L. VII. c. 4. IX. c. 5. &c.
- (g) *Compos. sec. gen.* L. VI.
- (h) *Compos. sec. loc.* L. IX. c. 7.
- (i) *de theriac* ad PISON.
- (k) *Compos. sec. loc.* L. V. c. 7.
- (l) *Ib.* c. 3.
- (m) *Metb. med.* L. I.
- (n) *Conf. B. Bot.* L. I. p. 98.
- (o) *GAL. Metb. med.* L. I.
- (p) *tard.* L. II. c. 7.
- (q) *Ib.* c. 1.
- (r) *Acut.* L. II. c. 5.
- (s) *tard.* L. II. c. 1.
- (t) *Contin.* L. IV.

Ex I. de jucundis potionibus (t) varia apud AETIUM conservata exstant.

Locus est de coeliaca, ex quo methodicum adgnoscas (u). Primis enim duobus & tribus diebus cibo abstinet, cataplasmata admovet (x). Non debere ventrem restringi, nam a suppresso (y) profluvio lethargum & phrenitidem sequi. Habet ibi panem Alexandrinum (z), vina Italica. Iterum locus ejus est de dysenteria rheumatica (a). Suadet lac, pulvis farinosas, adstringentia, venæ sectionem, ceram. Non vult dari lac asininum, neque equinum, cum utrumque magis serosum sit; neque gallas, sed fructus horæos ut nuperi, & cornu cervi ustum. Opium, ut methodicus, non vult dari, nisi necessitas urferit. Alterci tamen semen in formula habet (b). Adversus alvi fluxum lac nuper emulctum laudat. Apud AETIUM porro locus est de febre ardente (c), alius de vesicæ & urinæ difficultate, item de exulceratione circa os sacrum ex decubitu, de exulceratione circa scrotum & anum (d). EJUSDEM de siti febrili (e). De curando bilis vomitu (f). EJ. ad apoplexiam consilia, clysteres acres (g), venæ sectio. Ad insaniam (h). Ad cerebri inflammationem venam fecat (i). Ad tetanum olea mollia & sulphur adhibet (k). In suffocatione ex utero (l); unguenta odorata ad vulvam data, pessi &c. De difficultate urinæ in febribus (m) malignis: unguentis ibi utitur. Ad inflammationes tonsillarum (n). Ad animi deliquium (o). De crapula (p), alvi fluxu, uteri inflammatione (q). Ad pestilentia tonsillarum ulcera. Puella, quæ post quadragesimum diem perit, cum videretur convalescere: potus in nares revertebatur (r). Ejus medicamentum purgans (s) ad oculos, valde compositum. Ad dysenteriam (t). Anthera (u).

Nunc

- (t) L. II. f. I. c. 132.  
 (u) TRALLIAN. L. VIII. c. 5.  
 (x) lb.  
 (y) L. VIII.  
 (z) lb. c. 7. 1  
 (a) L. VIII.  
 (b) ap. AETIUM L. III. 1. c. 35.  
 (c) L. V.  
 (d) ex I de jucundis potionibus.  
 (e) ORIB. ad EUST. L. VI. c. 38.  
 (f) C. 41.  
 (g) L. VIII. c. 6.  
 (h) C. 8.  
 (i) C. 10.  
 (k) C. 17.  
 (l) L. IX. c. 47.  
 (m) AETIUS L. III. 3. c. 20.  
 (n) Id. L. VIII.  
 (o) L. IX. c. 25.  
 (p) lb.  
 (q) L. XVI.  
 (r) L. VI. c. 46.  
 (s) ORIB. coll. L. VIII. c. 45.  
 (t) AET. L. VII. c. 50.  
 (u) ORIBAS. *syn.* L. III.

Nunc quidem PHILUMENUS dicitur MNASEAM citasse in medicamento Clidio. Verum alibi legitur nomen conjunctum PHILUMENI MNASEI, ut in eo ipso Clidio (x)

Et a MOSCHIONE & ipso methodico, citatur PHILUMENUS (y).

Conf. *B. Chir.* I. p. 82. *Anat.* p. 75. *Botan.* p. 98.

LUCIUS scripsit de tardis passionibus (z). In paralyfi præter methodum utique acria purgantia & clysteres præscripsit (a). In catoccho dabat ficum (b). Frigidam ex methodi lege auri dolenti infundebat (c). In dysenterix læntæ principis vomitum movebat, pariter contra methodum (d).

Medicamentum LUCII Tarsensis (e) a GALENO citatur. Et LUCII præceptoris (f). Non satis certum est methodicum fuisse, probabile tamen, qui de tardis passionibus scripserit. Ante ARCHIGENEM LUCIUM methodicum vixisse necesse est.

### §. LXXI. SORANUS.

Hic videtur caput fuisse sectæ methodicæ, quam CÆLIO auctore restituit, (a), vir honoratus & felix clinicus, quem sæpe cum nominet GALENUS (b), non is æquus sectæ SORANI, absque convitio tamen dimittit (c). ASCLEPIODOTUS philosophus & medicus SORANUM, cognomine MALLEOTEN, plurimi fecit apud SUIDAM. Sed eum SORANUM putem non alium esse a nostro.

Noster Ephesius, Romæ vixit, ut ex vinis thermisque Italicis judices (d). Lichenis felici curatione inclaruit (e), morbum Romæ familiarem.

Priores methodicos passim corripuit & castigavit. Ita catarrhum contra THEMISONIS & THESSALI placita morbis complexis adnumeravit (f).

THESSALUM passim correxit (g).

C c 3

Scriptit

(x) ORIBAS. *syn.* III.

(y) ex AET. II. 1.

(z) L. I. apud CÆL. *tard.* L. II. c. 1. *tard.* L. II. c. 7. L. IV. *tard.* L. IV. c. 3.

(a) CÆL. *tard.* L. II. c. 1.

(b) lb.

(c) apud ARCHIGENEM GAL. *compos. sec. loc.* L. III.

(d) CÆL. *tard.* L. IV. c. 3. LISIUS ibi legitur.

(e) *Compos. sec. loc.* L. IX.

(f) *Compos. sec. gen.* L. V.

(a) CÆL. *acut.* L. II. c. 9.

(b) *Compos. sec. loc.* L. I. & c. VI.

(c) H. p. 354

(d) Conf. CÆL. *Chron.* L. III. c. 2. L. IV. c. 3. *Chron.* L. I. c. 6. L. III. c. 12. V. c. 24.

(e) MARCELL. c. 19.

(f) CÆL. *tard.* L. II. c. 7.

(g) *tard.* L. II. c. 1. CÆL. c. 5. *acut.* L. II. c. 9.

Scriptit de cœnotetis libros (h) 77. Myriobiblon (i). De medicina libros (k). De chronicis morbis l. quo CÆLIUS usus est. De febribus (l). De medicamentis (m). Citavit ASCLEPIADEM, HERACLIDEM TARENTINUM.

De tempore, quo vixit, ægrius definitur. Vulgo ad TRAJANI tempora rejiciunt. Ab ARCHIGENE tamen citatur. ATHENÆUS (n) ARCHIGENIS discipulus fuit, ATHENÆI discipulus fuit THEODORUS (o), hic a PLINIO citatur (p), ARCHIGENES ergo PLINIO prior fuerit, & aliquanto prior SORANUS, THESSALO tamen nuperior.

Multa ejus propria consilia conservantur apud CÆLIUM, aliqua etiam apud alios & nuperiores scriptores.

Diatrii crudelitatem aliquantum mitigavit, ut jejunium altera die finiret; venam in pleuritide nunquam non secabat (q). Tres fecit hæmorrhagiæ causas, eruptionem, vulnerationem, putredinem (r). Febrem solutione fieri & viarum raritate (s). Cardiacum morbum non esse tumorem (t); dari cum febre & sine febre (u). In alopecia cutem acu conpungebat (x). Catarrhos sæpe vidit ex abusu perficorum natos (y). Dracunculum dixit verum, sed pro nervi excretionem habuit, non pro animale (z).

Peripneumonix (a) sedem in toto corpore, frequentius tamen in pulmone posuit. Calefacientia fomenta de curatione pleuritidis (b) rejecit. Vana esse ad morbos carmina monuit (c). Primus de feminis infano veneris amore percitis scripsit. Infantem lactentem & tamen hydrophobum vidit (d). Varia medicamenta invenit; inter ea (e) diacodium, ad achores (f), ad alopeciam (g) alia.

Loci SORANI plusculi exstant apud AETIUM, de feminis fluxu (h), de uteri debilitate

(h) I. 2. citat CÆL. tard. L. IV. c. 1.

(i) GAL. compos. sec. loc. L. I. c. 28.

(k) Ib.

(l) CÆLIUS Celer. L. II. c. 33.

(m) GAL. compos. sec. gen. L. III. ad fin.

(n) remed. ad alopec. apud GAL. compos. sec. loc.

(o) apud LAERTIUM.

(p) p. 183.

(q) Acut. L. II. c. 22.

(r) CÆL. tard. L. II. c. 10.

(s) vestigia ASCLEPIADE hic degressus.

(t) nempe inflammationem. CÆL. acut. L. II. c. 33.

(u) Ib.

(x) GALEN. compos. sec. loc. L. I.

(y) CÆL. acut. L. II. c. 10.

(z) PAUL. L. IV. c. 19.

(a) CÆL. acut. L. II. c. 28.

(b) Ib. c. 19.

(c) tard. L. V. c. 1.

(d) Acut. L. II. c. 4.

(e) GAL. compos. sec. loc. L. VII.

(f) Ib. L. II. c. 1.

(g) L. I. c. 1.

(h) L. IV. 4. c. 72.

debilitate (i), de furore uterino (k). De resolutione, frequenti abortu (l). De uteri prolapsu; similem elabi ovi Istruthio-cameli (m), totum non excidere: recentem debere reponi. Tumor uteri laxus (n). Satyriasis (o). Scirrhus uteri qui circa os & collum solvi queat, non perinde circa fundum (p).

Libellus *de utero* totus est argumenti anatomici.

Ab isto nostro SORANO longissime removeri debet (q) SORANUS alter, qui videtur latine scripsisse, barbarus scriptor & seræ ætatis, illustri abusus nomine, qui MÆCENATEM adloquatur, ut tamen ANDROMACHI theriacam citet. *Ifagoges* cæterum titulum præfert editio Basiliensis 1528. f. \* & Venetiis etiam 1547. f. cum alijs prodiit. Generalia quædam tradit, morborum ex quatuor humoribus originem, ad GALENI saporem, quem citat. Eos humores secundum anni tempestates ait dominari, inde temperamenta fieri, & febres. Tres facultates principes GALENI adoptat; morbos aliquos tradit, consilia quædam diætetica & medica impertit. Quæ quoque mensæ agere oporteat.

Junior SORANUS, qui pariter se Ephesium vocat, scripserat *quatuor libros muliebrium* (r). Is, si verus est SUIDÆ locus, idem fuerit, quem AETIUS excerptit. Verum fragmenta ab AETIO repetita priori SORANO digna sunt, *Ifagoge* multo deterioris scriptoris est.

SORANUS Malleotes, pariter SUIDÆ dictus, mihi omnino ignotus est si a magno SORANO differt.

SORANUS, qui vitam HIPPOCRATIS scripsit, mihi perinde undique ignotus est.

## §. LXXII. CÆLIUS AURELIANUS.

Non separabo CÆLIUM a SORANO, qui SORANUM latine verterit, etsi multo ferioris ævi esse videtur, ex duritie ferrei stili, qui quintum seculum sapiat. Non quidem simpliciter SORANUM *latinizat*, qui propriam utique sententiam dicat, tantum ut ubique SORANI placitis accedat. Non videtur autem multa alicujus momenti SORANI placitis adjecisse, qui nullum auctorem eo Methodico superiorem citet, ne GALENUM quidem, acerbum Methodicorum inimicum, cum tamen priores GALENO medicos abunde & citet & refutet. Nonnullos quidem VIRGILII versiculos adjicit, cæterum nullum vestigium patriæ Africæ in toto opere reperias. Non post seculum quintum posuerim, quod Christianæ religionis nulla indicia habeat.

Aliquanto

- (i) C. 73.
- (k) C. 74.
- (l) C. 75.
- (m) C. 76.
- (n) C. 81.
- (o) C. 82.
- (p) C. 84.
- (q) Conf. CAGNAT. *obff.* var. L. IV. c. 3.
- (r) SUIDAS. GESNER. *bibl.*

Aliquanto vetustior fuerit, si idem est CÆLIUS AURELIANUS medicus, cujus CASSIODORUS (a) meminuit.

Siccæ Veneriæ, in Africae urbe natus dicitur, cæterum omnino ignotus homo, asper refutator, ut ne HIPPOCRATI quidem, sed neque THEMISONI parcat, qui tamen suæ sectæ caput fuerit.

Ejus *de acutis morbis* libri III. prodierunt Paris. 1533. 8. curante J. GUINTER 1529. f. CLER. *Tardarum inde passionum* l. V. Basil. 1529. f. & apud ALDUM 1547. f. cum aliis. Utrumque opus in collectione HENRICI STEPHANI 1567. f. \* repetitur, tum Lugd. 1567. 8. 1569. 8. cura J. DALECHAMPII. Curante porro J. CONRADO AMMAN cum notulis THEODORI ab ALMELOVEEN & lexico Cæliano Amstelodami recusum est 1709. 4. 1722. 4. \*. 1755. 4. Venet. 1757. 4. denique Laufannæ 1774. 8. 2. vol. \* inter meos *artis medicæ principes*, adjectis passim REINESIANIS adnotationibus: REINESIUS enim multum in emendando CÆLIO laboraverat, cujus non dictio sola barbara & impura, sed præterea codex valde corruptus sit. BARTHOLINI promissa editio intercidit.

Citat præterea CÆLIUS suos libros *adjutoriorum* (b). *L. medicaminum* (c). *L. responsionum s. interrogationum* (d) ad LUCRETIVM. *L. epistolarum* ad PRÆTEXTATUM Græce scriptum (e). *Librum muliebrium* (f), qui forte in libris *responsionum* continebatur.

Non valde Græcus homo, qui podagram non ab *αγρæ*, sed ab agresti natura dici putaverit (g). Meatus dicit, ubi calli erant dicendi, cum *πορρς* legeret loco *πρωρρ*.

Non ideo minoris hoc opus facias, quod ex tota antiquitate *vi præctica* eminet, & morborum atque auxiliorum descriptione, ut non immerito a nupero medico Cl. GRAINGER (h) Græcis omnibus, & ipsi ARETÆO præferatur.

Præterea infinitos prætorum medicorum locos hic conservatos reperias, cum noster fere per singulos morbos veterum consilia expendat, eosque absque ulla celebritatis reverentia castiget.

Morbos habet numerosiores quam quisquam veterum, chronicos etiam potissimum, vix aliis dictos, ut satyriasin, incubum, phthiriasin. Febres tamen multo minus subtiliter distinguit, quam quidem dogmatici.

Non

- (a) *div. Lect.* c. 131. apud CLERICUM.  
 (b) *Cbron.* L. I. c. 4. L. II. c. 2.  
 (c) *Ib.* L. II. c. 7.  
 (d) Tres libros L. I. c. 17.  
 (e) *Cbron.* L. I. c. 6.  
 (f) *Ib.* c. 4. *acut.* L. III. c. 18.  
 (g) *Tard.* L. V. c. 1.  
 (h) *febr. Batav.*

Non est absque peculiaribus nonnullis adnotationibus, etiam chirurgicis. Vomitarum magnam varietatem recenset, etiam in rene, utero, hepate, intestinis, abdomine, eas in vesicam frequenter erumpere addit. Lapidum in podagra concretorum meminit. Acetum sanguinem solvere vidit, & aquæ metum absque canis rabidi morsum. In peripneumonia pulmonem potissimum, tamen & pleuram pati putat (i). In hydrope hydatides adnotavit, & in vesicæ malis (k). Ex podagra per abusum acrii & amarorum apoplexiam & alia mala nata vidit (l). Fluoris sanguinei causas eruptionem facit & putredinem. Adversus vermes oleum injiciebat, etiam auripigmentum, quod Græci arsenicum vocant (m).

BELLICO discipulorum summo *tardarum affectionum* historiam inscripsit.

### §. LXXIII. SECTÆ METHODICÆ PLACITA.

Cum hujus sectæ placita potissimum ex CÆLIO AURELIANO nota sint, & cum SORANUS pro sectæ principe habeatur, ea placita hic in compendium reducere visum est.

Cum omnes morbos ad strictum aut laxum reducerent, summa utique facilitas ex hac simplicitate sperari poterat. Id unum enim erat inquirendum, num præsens quisque æger morbum stricturæ pateretur, num solutionis. Ad utramvis causam abundantia erat auxiliorum, atque adeo promptum de iis judicium, quæ agere oporteret. Ita omnia cruenta vulnera simili ratione sanabant (a). Febres in universum ad strictum pertinebant.

Continuo tamen hic magna difficultas medicum morabatur. Cum enim in phrenitide febris esset, sed conjuncta quandoque aut diarrhœa aut perpetua sudatio; cum in catarrho fluxus pituitæ manifestus adpareret, cum in pleuritide excretio symptoma solutionis esse videretur, coacti sunt methodici genus morborum *complexum* admittere, in quo cum strictura solutio conjungeretur. In iis certe casibus difficillimum erat definire, quid esset agendum, num succurrendum primario malo, quod ad stricturam pertineret, num symptomati, quod esset solutionis.

In morbis chronicis perinde erant, qui ad stricturam pertinerent, ut cephalæa, vertigo, erant qui ad laxitatem, ut omne genus fluoris.

Sed erant etiam inter diuturnos complexi morbi, ut hydrops, asthma, melancholia, phthisis, ipsa dysenteria.

Stricturam

(i) *Acut.* L. II. c. 28.

(k) *Tard.* L. III. c. 8.

(l) *Ib.* L. IV. c. 9.

(m) *Ib.* c. 8.

(a) *GAL. meth. med.* L. VI.



Stricturam adgnoscebant ex retentis excretionibus, ex inflammatione (b): morbos a fluxu natos ex aliqua aucta excretionē & ex corporis tabescentia.

Sed erant iterum morbi, in quibus difficillimum erat aut fluorem accusare, aut stricturam, ut vermes, & aquæ metus.

Cæterum methodici signis contenti, ex quibus laxitatem adnoscerent aut stricturam, causas alias, ipsam demum mali sedem non quærebant definire; si quidem ex classica lege curatio eadem recurrebat, quæcunque causa subesset, aut quæcunque sedes esset mali: ob hanc socordiam hæc secta sæpissime a GALENO objurgatur (c).

In curatione multum utebantur aere, ad laxandum calido, frigido ad adstringendum, cujus nihilo minor esset ad medendum efficacia, quam cibi vel potus. In eo ergo aere procurando aut emendando, sed & in decubitu, lecto, victus ratione curiosissime versabantur.

Medicamenta simplicia compositis præferrebant, mitia acribus. Alvi purgationem, clysteres acres, epithemata acria, ustiones, narcotica fugiebant, parciore in universum in venæ sectione, ut tamen novissimi methodicorum eo auxilio liberius usi sint (d). Quod sanguinis missione in morbis putridis (si vere putridos intelligas) abstinerent (e), facile excusares; quod cataplasmatibus & perfusionibus corpus laxaturos sperarent, id quidem minus probares. Vomitus frequentius movebant, id enim institutum veteribus etiam sanis familiare erat. Sic gestationes, frictiones, unguenta, perfusiones, vapores, itinera, navigationem ab ASCLEPIADE aque Romanis moribus receperant.

In principio morborum, duobus tribusve diebus (nam res dubia est) cibo, potu, ipsis medicamentis, solebant abstinere, & peculiariter monebant, quoties intra diatriam venam secare, aut aliquid utiliter moveri putabant. Tertio die medicamenta offerebant efficaciora. Venam secabant, quando laxare expediebat, rejiciebant tamen difficilem alioquin incisionem venarum, quæ sub lingua sunt. Venæ sectioni frequenter substituebant cucurbitulas, aut cum scarificatione, aut integra etiam cute. Laxa stringebant frigore, plantis refrigerantibus, adstringentibus & cibis & medicamentis fomentisque; sudores reprimebant pulveribus cuti adpersis. In principio inflammationum fere frigida imponebant, a GALENO sæpe ob id consilium reprehensi; in morbi progressu calida. In morbis chronicis conabantur longo medicamentorum ad eundem finem spectantium usu totum corporis habitum mutare, quod *metasyncrism* vocabant, vel recorporationem. Quod quidem institutum in universum semper mihi placuit, etsi sigillatim aliqua velles mutata. Exemplum ejusmodi cycli CÆLIUS in cephalæa dedit, quod ipsum in compendium contrahemus. Incipiebat a victus ratione; primo die abstinentia a cibo, altero cibus levis, oleraceus dabatur cum exercitatione corporis. Ita paulatim

(b) eam oportet intelligere, quoties CÆLIUS tumorem dicit.

(c) *Tberiac. ad Pison* c. 16.

(d) *GAL. meth. med.* L. V. c. 14.

(e) *lb. L. XI.* c. 15.

paulatim addebat alimentis aves, demum quadrupeda, venationem, una vini portionem augebat, in porcina desinebat: hic circulus erat resumptivus. Sequitur *metasyncriticus*. Abſtinentia primo die, altero die parvus cibus, tunc acrium uſus, ſinapi, capparit, vina acria, falſi cibi. Ita pariter cibum auget, & per aves ad quadrupeda adſcendit, dropacem etiam & inſolationem, & alios externe medicandi modos ſubjungit. Tunc *drimyphagia*, quæ a vomitu incipit raphano moto vel ſcilla, & tepida; poſt aliquot dies vomitum repetit, tunc ad cyclum *metasyncriticum* & ad *drimyphagiam* redit.

Nunc per ſingulos morbos aliqua dabimus methodi ſpecimina. In phrenitide cucurbitulæ ad caput, hirudines ſub fronte, nam venam CÆLIUS non ſecat, niſi raro.

Lethargum eſſe cum inani pulſu. Bono eventu malum in phrenitidem tranſire. Verum etiam in diatrīto lethargicis venam ſecat, cum ſtrictura etiam gravior ſit, quam in phrenitide. In eo morbo meninges inflammatas eſſe.

Catalepiſis. Accurata mali deſcriptio, quo in ſtudio in univerſum noſter omnem laudem meretur. In hoc morbo pulſum pleniorē eſſe, cum inaniri, quando malum in lethargum abit. Supervenire duplici tertianæ. Occiput ſcarificat, fomenta calida, balnea, clyſteres adhibet.

In pleuritide, quæ pleuræ ſit, etiam intra diatrīton venam ſecat: alvum ſi laxa fuerit, adſtringentibus indurat.

In peripneumonia & pulmonem pati, & pleuram. Diatrīton obſervat, ut & cibo abſtineat & ſomno, oleo vero calido corpus perfundat. Venam incidit, cucurbitulas, cataplaſmata, malagmata mollia, muſſam adhibet, acribus ut ubique cavet.

*Cardiacum* malum, in quo pernicioſus ſudor urget, cum pulſu debili, deſiciente, formicante, animi deſponſione; tantæ laxitati frigida opponit, aerem etiam ſubterraneum, ſtabella. Cuti ſiccantes pulveres adſpergit, nivatam dat aquam, adſtringentes cibos. Si ventriculus cibum non retinuerit, ad ejus ſedem cucurbitulam cum flamma admovet. Balnea tamen frigida rejicit.

Quæ de ſemitertiana poſt AGATHINUM a Methodicis addita ſunt, GALENUS habet (\*).

In angina aſphyxia peſſima eſt, boni ominis eryſipelas, quod circa collum & pectus erumpit. Methodus venam ſecat, hirudines admovet, & cucurbitulas cum ſcarificatione, fauces, linguam, & palatum incidit, etiam occiput & tonſillarum viciniam. Raninas tamen venas non vult ſecari, & laryngotomen inter fabulas cenſet.

In tetano diatrītos ſervanda, mollia imponenda cataplaſmata, vena tamen, etiam in diatrīto ſecanda. Mollia omnia commendat contra veteres acribus uſos.

D d 2

De

(\*) ad *Epid. comm.* II.

De hydrophobia fufe, etiam veretri rigiditas, & feminis emiffio inter fymptomata recensentur. Venam hic CÆLIUS fecat, clyfteres dat nutritios.

In volvulo diatriti abftinentia obfervanda, vena fecanda, oleofi dandi clyfteres, molles adhibendi fofus.

In cholera, ut fluxu, fpongias CÆLIUS frigida ebrias ventriculo admovet, & ante diatritum ægrum nutrit.

In epilepfia venam incidit, hirudines adplicat, poft cyclum helleborum propinat, terebræ ufum, & chiafmi, & arteriotomen, rejicit.

In mania, quam ad ftricturam refert, diatriton obfervat. Ingeniofe enarrat ut mens paulatim ad faniora revocetur. Maniacos ligare aut verberare vetat, neque arteriam fecat, venamve. Poft utrumque circulum ad helleborum venit.

In melancholia fanguinem per cucurbitulas mittit, medicamentis acribus papulas excitat, cucurbitulas ex ordine fecundum totum dorfum admovet.

In paralyfi ingeniofe linguæ ufum fenfim docet revocare, embrochis utitur, helleborum refutat.

In dolore aurium adftringentia adhibet, quo ipfo confilio ufum ægrotum & male inde habentem GALENUS fervavit.

In fanguinis fputo frigidam propinat & foporifera, venam non amat fecare, cum morbus a folutione fit.

In phthifi cum putrido ulcere, mireris ariftolochiam, arum, avium carnes, finapifmum, diapipereon laudari: In afthmate psychrolufian. Lienofis & pediculos moleftos effe & veretri rigorem.

In hydrope paracentefin defendit, eufque adminiftrationem docet, fed etiam arenatione utitur, & vapore metallico, & finapifmo, & malagmatibus, & fudore aquæ marinæ vapore expreffo. Porro vomitum helleboro movet, euphorbio, fcilla utitur, non item diureticis medicamentis.

In cœliaco morbo, qui fit dyfenterix lentum genus, ab ulcere intefhini, multum utitur clyfteribus repetitis. Sudorem adfpergine reprimit, adftringentia dat, & lac coctum, atque fpiffatum.

Colica paffio. Venam fecat, vaporat, fovet, cucurbitulas duorum generum admovet, vomitum ciet, quoties malum a cibo ortum eft. Deinde, præter morem methodi, aromatica medicamenta, drimyphagia, cauteris igniti hic laudantur, denique aloë.

Adverfus lumbricos, quod diximus, auripigmentum injicit, drimyphagiam imperat, plantas nafurcinas, finapi, fantonicum, clyfteres oleofos.

In ifchiadico morbo venam fecat, fcarifat, impofito finapi veficas trahit, urit. In podagra iterum fcarifat, mollia cataplafmata & lavacra adhibet: inde ad drimyphagiam tranfit, etiam ad vomitum & helleborifmum.

De veficæ malis accurate agit. In ftrictura hirudines, cataclysmos, cucurbitulas;

curbitulas; deinde recorporationem & dropacem præscribit, & sinapismos; in solutione etiam helleborum.

In chirurgia methodici medici parci fuerunt & timidi, ut solam fere paracentesin probent.

Cæterum repetimus, SORANI hic placita repeti, non omnium methodicorum. Ejus enim sectæ medici passim & a THESSALO diffenserunt (\*), & alii ab aliis. Erant jam eo ævo, qui in hepatis vitiis ex dextro brachio sanguinem mittebant, ex sinistro, si malum esset in liene (†).

#### §. LXXIV. NUPERIORES METHODICI.

ATTALUS SORANI discipulus. Ejus pessimum prognosticum in THEAGENE GALENUS derisit, cum ulcus in hepate meris laxantibus medicamentis curaret (a).

PROCLUS methodicus, ut videtur (b). An iste cujus antidotum PAULUS habet (c): cujus est pastillus podagricus (d).

RHEGINUS (e).

ANTIPATER nuperior, diversus ab illo (f) vetustiori, & GALENO cœvus.

PHILO (g) diversus forte a prioribus (h).

DIONYSIUS (i).

OLYMPIACUS, quem *alibi* nugacem vocat (k) & passim refutat.

MENEMACHUS (l) GALENO cœvus, discipulus OLYMPIACI. Definitionem morbi GALENUS carpit. Alius ab eo qui p. 59.

APOLLONIDES Cyprius, discipulus OLYMPIACI (m). Ejus medicamentum ad glandulas AETIUS habet (n).

An idem APOLLONIDES chirurgus, quem ARTEMIDORUS dixit in *oneiro criticis* (o).

D d 3

JULIANUS

(\*) GALEN. *method.* L. I. p. VIII. b.

(†) CÆL. *tard.* L. III. c. 4.

(a) GAL. *meth.* L. 13.

(b) *Id.* ib. L. I.

(c) L. VII. c. 11.

(d) ORIBAS. *syn.* L. III. & ACTUAR. *meth. med.* L. V. c. 6.

(e) GAL. *meth. med.* L. I.

(f) p. 160.

(g) GAL. *meth. med.* L. I.

(h) p. 158. 159.

(i) Conf. p. 181. 182. & GAL. *meth. med.* L. I.

(k) *Id.*

(l) *Id.*

(m) *Id.*

(n) L. III. 4. c. 48.

(o) *Id.* c. 3.

JULIANUS, qui Alexandriæ docuit GALENO (p) cœvus, APOLLONIDÆ (q) discipulus, qui idem 48. libros contra HIPPOCRATEM scripsit, & *institutions*, & *de corporis & animæ adfectionibus* (r). Negabat ut Methodicus adtractionem peculiarium humorum. A medicamento enim bilem ducente etiam pituitam expelli, sic in aliis exemplis (s). Philosophiæ ignarum fuisse GALENUS.

L. *περὶ μεθόδου* (t), cujus titulus PHILO.

SEXTUS EMPIRICUS secundum auctorem *introductionis* idem methodicus, qui scripserit non alteri sectæ cum methodica melius convenire (u) quam scepticæ, aliquanto GALENO nuperior & cœvus COMMODO.

Ejus sunt *Pyrrhoniæ hypotyposion* L. III. latine ap. HENR. STEPHANUM excusæ 1592. 8. Paris. 1569. fol. (quæ pulchra est editio GENTIANO HELVETO interprete).

Codex M. S. Græcus in B. *Medicea* Plut. LXXXV. in B. R. P. n. 1964.

*Adversus Mathematicos* L. XI. Græce in B. R. Par. n. 1965. B. *Medic. Plut.* LXXXV.

Libri 7. 8. 9. 10. in B. R. P. n. 1967. Græce.

Libri VII. ib. n. 1966.

Integri libri X. Paris. 1569. f. cum priori opere excusi, tum Antwerp. 1601. f.

Codex operum philosophicorum Græcus in B. R. P. n. 1963.

Græce & latine opera SEXTI Aureliæ (Genevæ) 1621. f. MEAD. Novam editionem perfectiorem dedit J. ALBERTUS FABRICIUS Lips. 1718. fol.

Hæc SEXTI opera hæcenus ad medicinam faciunt, quod passim aliqua ad ejus artis historiam spectantia, etiam idiosyncrasias & morbos rariores tradat. SOTERICIUM chirurgum a solani nidore cholera esse correptum. ANDRONEM per Lybiam absque siti iter fecisse &c.

MOSCHION methodicus, etiam TRALLIANO (x) dictus, MUSION S. JANUENSI, idem est qui THEODORUS MOSCHIO aliquoties ab ASCLEPIADE juniori ob medicamenta citatus (y), & a GALENO, junior SORANO, quem citat (z).

Scripsit de *ornatu* & *nonnullis cutis morbis*. Tum l. *de morbis mulierum*, quem ex codice Bibliothecæ Augustanæ CASPAR WOLF edidit. Methodicum se esse, aliqua a Judæis (a) in latinam linguam convertisse, scripsisse *Philiatrum* & *theorema-*

(p) *Meth.* L. I.

(q) *Ib.*

(r) GAL. *adversus JUL.*

(s) *Id.* in JULIANUM.

(t) *Id.* *adversus JUL.*

(u) *Pyrrhon. hypot.* L. II. fin.

(x) L. I. p. 78. & B. *Anat.* I. p. 72.

(y) B. *Chir.* I. p. 68.

(z) p. 151. SORANUM videri MOSCHIONIS æmulum LAMBECIUS.

(a) A Judæo in latinum sermonem versum esse, qui nuperiora etiam THEODORI PRISCIANI addiderit CLERICUS.

*theoretica*, ipse de se reliquit. Latina editio a Græca differt, & aliqua habet in ista desiderata. Græcus textus videtur ex latino versus esse, cum voces aliquas latinas retineat. In Græco textu medicamentum legas ad Juliam Agrippinam missum ad pariendos pueros, quæ voces supposititiæ videntur. Methodicos manifesto sequitur, metafyncriticam & analepticam curationem habet, & diatriron observat. In partu difficili unguentis fudit, & medicamentis. Morbos recenset muliebres, picam, abortum, morbos puerperii, infantum, nutricum. Porro uteri tumorem, inflammationem, scirrhum, hæmorrhagiam, molam. In suffocatione matricis non cedente dat helleborum.

Subjiciebantur codici MOSCHIONIS incerti auctoris medicamenta, quæ WOLFIIUS ei subjunxit.

Notas & latini codicis discrimina GESNERUS addidit, qui & emendavit. Editio est Basil. 1566. 4. \* cum aliis muliebribus.

Versio latina WOLFII est in *Gynæciis* BAUHINI Basil. 1586. 4. \* & SPACII.

Alius plenior codex est Vindobonensis (b). Codex Græcus etiam est in B. R. Par. n. 1252. alius in B. *Leidensi*.

VINDICIANUM & THEODORUM PRISCIANUM, quos CLERICUS methodicis adnumerat, ego inter Empiricos recensuerim, ut quidem suo loco expediam: sed neque LEONIDEM neque ARCHIGENEM (c) ad methodicos refero.

Apud AETIUM (d) compositio metafyncritica ad podagram reperitur, ipsam sectam multo prius puto defecisse. Non ultra SEVERI tempora producit P. ALPINUS, ejus sectæ laudator (e).

#### §. LXXV. ANTE ASCLEPIADEM PHARMACIONEM.

HERODES Clinicus MARTIALI dictus X. 56.

MARTIALIS ipse non medicus quidem fuit, cæterum multa tetigit ad diætam facientia, adque medicam historiam. Quare exstat CÆSARIS ZAROTTI in MARTIALIS *epigrammata medica & philosophica enarratio* Venet. 1657. 4.

Ipse ASCLEPIADES citat THORACIS pro phthificis (f) medicamentum, & COSI vel COSÆ.

Et PTOLOMÆI sternutatorium (g).

TERENTII est diarrhodon (h) & pastillus stypticus (i) nisi fuerit quem continuo dicemus ASCLEPIADES.

POMPEII SABINI, qui FLAVIO CLEMENTI DOMITIANI cognato medicamenta paravit, scriptio.

(b) LAMBEC. I. VI. p. 134.

(c) ut P. ALPIN. *Secl. meth.* L. I. c. 2.

(d) L. III. c. 4.

(e) *medic. method.* L. I. c. 3.

(f) ap. GAL. *compos. sec. loc.* L. I.

(g) Id. ib. L. II.

(h) Ib. L. IV.

(i) *Compos. sec. gen.* L. V.

Citat etiam ANTONIUM PHARMACOPOLAM (k).

ARRHABIONEM PONTICUM (l), cujus sit ad hæmoptoen medicamentum. PAULINUM (m), vel VALERIUM PAULINUM (n) cujus hepaticum (o).

ORIGENIUM (p).

PETINUM (q).

DOMITIUM NIGRINUM vel NIGRIANUM (r).

EUGERASIAM (s). ARISTAEUM TARSEUM.

Plures alios, quos ne tædiose repetam, vix nisi ex aliquo medicamento notos, require si placet in B. *Chirurgica* (t).

#### §. LXXVI. ASCLEPIADES PHARMACION.

Plures hoc ævo fuerunt ASCLEPIADIS nomine medici: diximus Q. ARUNTIIUM ASCLEPIADEM DOMITIANI (u) medicum, & Q. CALPURNIUM ASCLEPIADEM (x), qui TRAJANI ævo floruit.

Noster TITO CÆSARE nuperior (z) est, cujus medicamentum citat, & Romæ vixit, qui far Clusinum præscribat (a).

Pleno nomine dictus est MARCUS TERENTIUS ASCLEPIADES (b).

In medicamentis potissimum se exercuit (c), quorum vires etiam ANDROMACHO rectius definivit (d): discrimina tamen vix addidit (e), & præscripsit aliqua ab humana natura aliena (f).

Scriptit libros *internorum quinque*, quorum tertius ad MNASONEM (g) scriptus fuit, & secundus (h). Tum *libros externorum quinque*, quorum quartus erat inscriptus

(k) ejus colicum *Compos. sec. loc.* L. IX.

(l) *Compos. sec. loc.* L. VII.

(m) lb.

(n) *Compos. sec. gen.* L. VII. & L. VIII.

(o) L. VII. & hepatica *compos. sec. loc.* L. VIII.

(p) lb.

(q) lb.

(r) *Compos. sec. gen.* L. VII.

(s) *Compos. sec. loc.* L. VIII.

(t) I. p. 73.

(u) p. 185.

(x) lb.

(y) GAL. *compos. sec. loc.* L. X.

(z) lb. L. VI.

(a) L. VII. c. 6.

(b) Laudat GALEN. *compos. sec. gen.* L. II. VII. *compos. sec. loc.* L. I.

(c) *Compos. sec. gen.* L. VI.

(d) *Compos. sec. loc.* L. II.

(e) lb. L. VIII.

(f) lb. L. VIII. citat etiam *compos. sec. loc.* L. IX. *compos. sec. gen.* L. V.

(g) *Compos. sec. loc.* L. VII.

inſcriptus MARCELLÆ (\*). De medicamentis libros decem alibi GALENUS nominat, præter II. muliebrum & de theriaca.

Priorum ſcriptorum medicamenta collegit, MANTIÆ, THESSALI, ASCLEPIADIS Bithyni celebrioris, AREI, ANDROMACHI, MUSÆ, HERACLIDIS TARENTINI (b), tamen ut ſubinde corrigeret (i). Pauca repetam de multis, & de aliis remitto ad B. Chirurgicam (k), & Botanicam (l). Utebatur, non ad methodicorum mentem, hyoſcyamo (m) opio & caſtoreo ad quartanam (n). Admiſcebat ſuperſtitioſa (o), empiricis propior. Ejus erat ſtomaticum ex Befafa (p). Collyrium (q). Ad capitis dolores ſternutamenta, errhina, apophlegmatifmos adhibuit. Hemicraniam omiſit (r). Arteriaca habet ex eryngio cum ficubus, gummi, braſſicæ ſucco & melle (ſ). Dolorem ſedans ad pectoris morbos (t). Multa medicamenta ad tabeſcentes & ſanguinem rejicientes, marrubium, far Cluſinum, alia (u). Ad dyſpnœam aſellos, ſcillam (x). Stomachicorum farrago, quorum aliqua GALENUS corrigit (y). PACIANUM puto ad colicam (z) putes a PACCIO ſumtum. Ad icterum cichoreum, ſolanum (a). Confectio nephritica (b). Ad ulcera veſicæ (c), ad calculum (d). Hepatica conſectio (e). In hydrope malagma, epithema, purgatio (f). Acopon ad podagram (g).  
Trochifcus

[\*] quatuor ap. GALEN. compoſ. ſec. loc. L. VIII.

[h] lb.

[i] lb.

[k] l. p. 76.

[l] l. p. 105.

[m] Compoſ. ſec. loc. L. III.

[n] AETIUS L. II. 5. c. 84.

[o] De epileſia apud TRALLIANUM.

[p] GAL. compoſ. ſec. loc. L. VI.

[q] MARCELL. L. VIII.

[r] Compoſ. ſec. loc. L. II.

[ſ] lb. L. VII.

[t] lb.

[u] lb.

[x] lb.

[y] lb.

[z] ORIBAS. ſyn. L. III. IV.

[a] ap. GALEN. compoſ. ſec. loc. L. IX.

[b] Id. lb. L. X.

[c] AET. L. III. 3. c. 27.

[d] lb. c. 13.

[e] GALEN. compoſ. ſec. loc. L. VIII. c. 8. Confer. AET. L. III. 2. c. 6. apud PHILAGRIUM.

[f] AET. L. III. 2. c. 22. 23.

[g] lb. L. III. 4. c. 44.



Trochiscus Asclepiadeus ad ventris fluxum (*b*). Panacea (*i*). Ad lethalia venena (*k*). Unguentum acre ex myrrha, nitri spuma &c. (*l*).

Ejus viri codex formularum est in *B. Vindobonensi* VII. p. 248.

### §. LXXVII. MEDICI ANTE GALENUM.

Hos omnes fatis certum est inter TITI tempora vixisse & M. ANTONINI; accuratiora tempora de plerisque definiri vix possunt.

HARPOCRATES (*m*) & HARPOCRAS (*n*). HARPOCRAS jatrapiptes PLINIO juniori notus (*o*), cui civitatem romanam ab TRAJANO impetravit. An IDEM HARPOCRATION, cujus ad aurium dolores & purulenta (*p*).

DIOSCORIDES tertius, glottographus (*q*), omnium librorum HIPPOCRATIS peculiarem editionem dedit, & multa circa lectionem veterum innovavit (*r*), improbationem GALENI meritis (*s*). In duobus enim folis codicibus rectam lectionem aiebat se reperisse, & multa aliter quam (*t*) reliqui legit, magis quam reliqui interpretes Grammaticus (*u*). Multa scripsit, neque tamen omnes HIPPOCRATIS voces exposuit. Sumsit sua ex NIGRO, PAMPHILO, DIOSCORIDE Anazarbenfi, CRATERO, HERACLIDE TARENTINO, aliis, & patris GALENI ævo vixit, ADRIANO nempe imperante (*x*). Jure tamen subinde veterum lectionem repudiavisse GALENUS fatetur (*y*). Sensit spuria nonnulla ad initium libri III. *Epidemicorum* adscripta esse (*z*).

Citatur ejus labor in I. I. de *morbis mulierum*, in II. *popularium*.

Ad DIOSCORIDIS L. de *chirurgia* remittit (*a*), quod ad vulgaria adinet.

Seçtatores habuit, qui & ipsi multa in antiqua lectione mutarunt (*b*).

ARTEMI-

[h] MARCELL. c. 27.

[i] AET. L. II. 4. c. 52.

[k] GAL. *antid.*

[l] AET. L. II. 1. c. 88.

[m] stomachicum. GAL. *compos. sec. loc.* L. VI.

[n] *Compos. sec. gen.* L. V. Ad dolores aurium *compos. sec. loc.* L. III.

[o] Ep. L. X.

[p] *Compos. sec. loc.* L. III.

[q] GAL. *lect. Hipp*

[r] ID. περί ιεροσολ. *Comm. nat. hum.* I.

[s] *Comm. ad Epid.* VI.

[t] Ib.

[u] GAL. *in prorrhët.* I.

[x] ID. *defin.*

[y] *Comm. in VI. Epid.*

[z] Ib. *Comm.* III.

[a] GAL. *defin.*

[b] *Comm. ad Epid.* VI.

ARTEMIDORUS CAPITO, cognatus (c) DIOSCORIDIS, & ipse HIPPOCRATIS operum editionem curavit, quam HADRIANUS AUG. probavit, doctus utique princeps.

Aliter passim quam DIOSCORIDES legit (d), & quam reliqui, pariter tamen in corrumpeendis vetustis lectionibus temerarius (e). Correctionem tentavit in L. de *victu acutorum*, de qua GALENUS (f). Ejus aliam emendationem GALENUS refutat (g).

An idem ARTEMIDORUS, cujus medicamentum (h) ad palpebrarum mala GALENUS habet.

SABINUS & ipse in HIPPOCRATE exponendo laboravit, sed multa præterit. Aliter quam alii legit, in libris HIPPOCRATIS versatissimus (i). In *aphorismos* & in *prorrhetica* est interpretatus.

Ejus discipuli aliquando veterum lectionem retinuerunt, ut in loco *epidemicorum* VI. (k), quem absque interpretatione dimiserunt.

SABINI locus de temperie regionum est apud (l) ORIBASIVM.

STRATONICUS SABINI discipulus, præceptor GALENI. Atrum humorem ut repetita venæ sectione & purgante medicamento superaverit GALENUS (m) docet.

MENIPPUS. Ejus medicamentum adversus canis rabidi morsum, quo usus est PELOPS (n).

PELOPS & ipse præceptor GALENI, ut NUMESIANUS, commentarios in HIPPOCRATIS *aphorismos* scripsit, qui laudem passim GALENI sunt meriti (o). HIPPOCRATICÆ ejus sunt *Isagoge* L. II. De epilepsia egit, cujus fomes in alia præter caput corporis parte esset, & de modo, ut malum aut per continuationem partis, aut flatuosam per substantiam transmittatur (p).

SATYRUS QUINTI (q) discipulus & adsecla, ante PELOPEM GALENI præceptor, & ipse ut locum *prorrheticorum* l. de phrenitide interpretetur, GALENUS refert, tum aphorismos (r).

[c] *Comm. in L. de fract. III. nat. hum. I. Περὶ σαρκῶν.*

[d] GALEN. *defin. in l. de fract. ad prorrhetic. I.*

[e] *Comm. ad VI. Epidem. & περὶ σαρκῶν.*

[f] in l. de fract. *comm. III.*

[g] *Comm. II. in Epid. I.*

[h] *Compos. sec. loc. L. IV.*

[i] GALEN. *ad Epid. VI.*

[k] *Id. comm.*

[l] *Coll. L. IX. c. 15.*

[m] *de atra bile.*

[n] GALEN. *antid.*

[o] *de ordin. leg. libr.*

[p] GALEN. *de loc. ad fract. L. III.*

[q] *Ord. leg. libr.*

[r] *Comm. in eum l.*

EPHICIANUS, vel PHECIANUS (f), pariter inter commentatores est HIPPOCRATIS.

ANTIOCHUS medicus, martyrium imperante HADRIANO passus est.

HERMOGENES medicus ADRIANI.

TROPHILUS apud PLUTARCHUM in *salubr. præceptis*. Apud STOBÆUM Ser-mone 100. dixit eum esse perfectum medicum, qui possibilia ab impossibilibus discernit.

PUBLIUS, præceptor, ut putatur (t), GALENI, cujus aliqua sunt medica-menta, ut aridum &c. (u). Conf. p. 168.

AGATHUS præceptor GALENI (x).

Sic MARCUS ITALUS (y).

ÆSCHRION empiricus Pergamenus, quem GALENUS inter suos magistros re-ecenset, auctor celebris ad nostrum ævum & laudati medicamenti adversus (z) venenum canis rabidi.

SOTERIDAS, quem FAUSTINA a M. ANTONINO petiit, cum PISITHEO non confideret.

MAGNUS ANTONINORUM medicus.

DIONYSIUS GALENI amicus, cujus fidei multum tribuit in l. *de epilepti-  
so puero*.

PTOLEMÆUS GALENI familiaris.

CLAUDIUS SOLON GALENI amicus, is forte ad quem *Euporista* dicuntur data esse.

GORGAS medicus, cui dicavit l. *de causis procatarteticis*.

MARTIANUS GALENO cœvus ejusque æmulus. An idem ex cujus libris *sal-  
theriacus* (a) MARCELLI. Alius a MARCIANO p. 165.

Sic ANTIGENES.

DEMETRIUS ANTONINI medicus (b), qui aliqua in theriaca mutavit. Eam theriacam M. ANTONINO AUGUSTO parabat: Huic DEMETRIO GALENUS super-vixit (c).

POSIDIPPUS L. VERI medicus.

ÆNEAS,

[f] GAL. ord. leg. libr.

[t] Compos. sec. gen. L. II.

[u] Compos. sec. loc. L. IV.

[ ] lb. L. VI.

[ ] L. IX. c. 5.

[x] Antid. L. II. Compos. sec. loc. L. VII.

[y] Compos. sec. gen. L. VI.

[z] simpl. fac. L. II.

[ ] Compos. sec. loc. L. IV. c. 1.

[a] AETIUS L. XIII.

[b] GAL. ad PIS. c. 12.

[c] Antid. I.

ÆNEAS, a quo (d) GALENUS medicamentum habuit, pituitam de naribus detrahens, sternutatorium &c. ÆNEAS, alius ut puto, de *pulsibus* & *urinis* scripsit, quem librum PLATO TIBURTINUS & PONTIUS VIRUNNIUS latine verterunt.

ANTIOCHUS medicus, GALENO, ut videtur, coævus (e), qui ad multum fenium sua sobrietate pervenit: non ergo martyr p. 220.

THEOPHILUS cætera fani capitis, tantum ut tibiis canentes se putaret audire (f).

Qui sequuntur, de eorum ætate nihil novi, nisi GALENO esse antiquiores.

HERMOPHILUS (g).

EUGENIUS.

ORPHITUS, cujus erat Acopon (h).

Neapolitanus, nisi is LYCUS est, qui AGRIPPÆ (i) compositionem paraverit, antiquior si de magno illo VIPSANIO sermo est. Conf. p. 180.

CAIUS forte Neapolitanus (k).

PATROCLUS (l) Cæsaris libertus.

ONESIDEMI leniens in nephritide (m).

BIENNITÆ nephriticum cum lapide sepiaë masculaë (n). Idem etiam BIENNIUS (o) audit.

FLAVIUS PYCTES (p).

ISIDORUS, cujus pastillus (q).

Rusticus ISIDORO notus (r).

PROTAS Pelusiota (s).

ORUS Mendefius (t).

SOCRATION (u).

[d] *Compos. sec. loc.* L. II.

[e] *tuend. sanit.* L. V. c. 3.

[f] *symptom. differ.* c. 3.

[g] *Compos. sec. loc.* L. IV.

[h] *Compos. sec. gen.* L. VII.

[i] lb.

[k] *Compos. sec. loc.* L. V.

[l] *Compos. sec. gen.* L. VII.

[m] *Compos. sec. loc.* L. X.

[n] lb.

[o] lb. L. IX.

[p] lb.

[q] *Compos. sec. gen.* L. VI.

[r] lb. L. II.

[s] *Compos. sec. loc.* L. III. c. 1.

[t] *Antid.* L. II.

[u] *Compos. sec. loc.* L. V. c. 7.

ARISTOTELES Melitinienſis medicus (x), qui periit, cum non adſuetum frigidam bibere cogerent.

Liber *Primipilaris* (y).

EPAGATHUS, IDIUS, TAMYRAS, quorum ad dyſenteriam medicamenta GALENUS habet (z).

PAPIAS LAODICENUS (a).

JUSTUS, ſi eſt oculoſarius (b), cujus eſt medicamentum. Purgans ad Juſtum relatum ex colocynthide (c): hiera ex colocynthide (d).

MENELAUS cujus Alyſſon (e).

EUSCHEMUS ſpado (f).

SIGON (g).

SERGIUS ophthalmicus Babylonius (h), qui plurimum glaucio utebatur.

SIMONIUS ochlagogus (i) E. J. ad quæque membra adfecta (k).

EUCLIDES, quem & PALATIANUM vocat (l).

ORESTINUS (m).

APRIANUS cujus medicamenta.

HELIODORUS (n); an chirurgus ille, de venenis. Locus de venenis quem GALENUS non probat (o).

ARCHIBIUS, cujus eſt antidotus (p).

BLASTI arteriaca ex radiculis filicis cum aromaticis, etiam balaustiis coctis, cumque mandragora & hyoſcyamo (q).

PORPHYRION & THEODOTUS medici, quos ARISTIDES citat.

CHLORUS GAL. nescio num DEMETRIUS CHLORUS p. 183.

APOLLONIUS *organicus* (r), cujus eſt emplaſtrum ad carbunculum (s).

APOLLO-

[x] GALEN. *conſuet.*

[y] *Id. compoſ. ſec. gen.* L. VII.

[z] *Compoſ. ſec. loc.* L. IX.

[a] *lb.* L. IV. 8.

[b] *AET.* L. I. 3. c. 116.

[c] *ORIBAS. coll.* L. VIII.

[d] *lb.*

[e] *GAL. Antid.*

[f] *Compoſ. ſec. loc.* L. I. IX.

[g] *lb.* L. I. c. 4.

[h] *lb.* L. IV.

[i] *Antid.* L. II.

[k] *ſimpl. med. ſac.* L. VI.

[l] *Antid.* L. II. c. 10.

[m] *Compoſ. ſec. loc.* L. I. c. 1.

[n] *B. Chir.* I. p. 73.

[o] *GALEN. antid.* II. c. 7.

[p] *lb.* c. 10.

[q] *Compoſ. ſec. loc.* L. III.

APOLLONIUS ARCHISTRATOR, idem organicus, cujus pastillus (t).

APOLLONIUS Tarfeus, GALENO coævus, cujus medicamentum citat ad hæmorrhoides (u).

Et denique APOLLONIUS Pergamenus (x), qui venæ sectionem compendabat sanguine per tibie scarificationem educto. Laudat ORIBASIVS.

AZANITA (y), cujus nomen sumtum est ab Azanis urbe Phrygiæ (z). In Hippiatricis frequenter dicitur.

PHARNACIS (a) herniarii antidotus aromatica.

NEARCHUS, qui antidotum laudavit (b).

DIOSCORUS, cujus est antidotus (c).

ZOILUS ophthalmicus, cujus frequens est memoria. Ejus erat collyrium nardinum (d). Ad purulentas aures (e). Ejus antidotus (f).

LINGON (g).

DIONYSODORUS, cujus medicamentum ad alopeciam GALENUS habet (h).

ARABAS Thebanus (i).

POSIDONIUS, quem GALENUS nominat est, Philosophus p. 160.

POLLES Ægiensis (an idem forte qui POLES?) ejus *σηματα & ιατροσυμβολαι*, & de *sympathia & antipathia* ll. SUIDAS citat.

CHRYSARIS, qui de *medicamentis* scripsit, & vetustior videtur (k). An forte idem CHRYSERMO p. 154.

FAUSTINUS, ut videtur, GALENO dictus & AETIO, FABRIC.

Non ipse decerpsi aut quod omnino apud GALENUM non reperiuntur, aut quod in longo labore præter viderim, medicos quorum nomina FABRICIVS ex GALENO repetit, & quorum aliqua omnino suspecta sunt, ut MAMBATEUS (l) ERISIPPUS

[r] *Compos. sec. gen.* L. VI.

[f] *Ib.* L. V.

[t] L. VI.

[u] *Ib.*

[x] ORIB. ad EUNAP. L. I. c. 9. ad EUST. L. I. c. 14.

[y] *Compos. sec. loc.* L. V.

[z] STEPHANUS de *urbibus*.

[a] *Compos. sec. loc.* L. VII.

[b] *Ib.*

[c] *Ib.*

[d] TRALLIAN. L. II. p. 143.

[e] *GAL. compos. sec. loc.* L. III.

[f] *Antid.* L. II. c. 12.

[g] *Compos. sec. loc.* L. IX.

[h] *Ib.* L. I.

[i] *Antid.* L. II. c. 12.

[k] *L. H. Hipp.*

[l] GALEN. *med. simpl.* L. VI.

[m] *Ib.* L. X. præf.

SIPPUS, ATEURISTUS (*m*), DELETIUS EPAGATHUS (*o*) nisi idem est cum EPAGATHO, PETRONIUS (*p*), qui potest ille materiei medicæ auctor esse, EUNOMUS ASCLEPIADES (*q*), PHARESTRATUS s. PHARESTIS (*f*), ICADOTUS (*t*), VGAUS (*u*).

Plures vide in *B. Chir.* I. p. 83. sqq.

Non a GALENO, sed a cœvis fere scriptoribus alii citantur incerti ævi. NEOCLES (*x*) medicus ab ÆLIANO.

SATURNINUS Cythenas Empiricus (*y*).

DIOGENIANUS PLUTARCHO dictus (*z*).

DAPHNUS Ephesus ATHENÆI interlocutor (*a*).

ATHENODORI I. l. *de morbis vulgaribus* a PLUTARCHO citatur, in quo novos morbos esse aquæ metum contendit & elephantiasin (*b*).

Multos medicos in symposio colloquentes. PLUTARCHUS introducit, contemporaneos suos, quorum aliqui non aliunde innotuerunt, ATRYILATUS, CLEOMENES, ZENO, CRATO, ZOPYRUS, PHILO (Conf. p. 158. 159.) NICIAS, GLAUCUS.

XENOPHILI medicamentum ad vesicæ ulcera (*c*), quem etiam ORIBASIIUS dicit (*d*).

LOGADII Memphitæ medicamentum (*e*).

SECUNDUS gymnastes.

#### §. LXXVIII. SCRIPTORES ALIQUI GALENO FERE CŒVI.

Prior est PLUTARCHUS, non quidem medicus, cæterum polygraphus, cujus passim in historia medica sua sit utilitas. In ejus *præceptis salubribus*, & in *questionibus*, plurima omnino undique medici sunt argumenti, ut & ipse denique sententiam dicat, & ad methodi saporem medicamenta purgantia damnet, quæ CLERICI est adnotatio. In *Questionum convivalium* L. VI. etiam locus est, ubi de transfiguratione pororum dicitur, ex ejusdem sectæ placitis.

In

[o] lb. L. IX. c. 1.

[p] *Compos. sec. gen.* L. V.

[q] lb.

[f] *Compos. sec. simpl.* L. VI.

[t] *Compos. sec. loc.* L. IX. c. 6.

[u] lb. L. III. c. 1.

[x] *Anim.* L. XVII. c. 15. ed. Londin.

[y] LAERT. p. 1082.

[z] *Quest. var.* L. VI. c. 2.

[a] L. III.

[b] *Quest. conviv.* L. VIII. c. 9.

[c] *ÆT.* L. III. 3. c. 29.

[d] *Syn.* L. IV.

[e] *ACTUAR. med. comp.* L. IV. c. 2.

In II. *de placitis philosophorum* fecerim vertente GUIL. BUDÆO Argentorati 1516. 4. exculis B. TIG. multi veterum medicorum loci ad rem medicam facientes conservantur.

*Præcepta salubria* sunt diætetices quoddam compendium. NIGRI Rhetoris vulnus dicitur a spina deglutita & impacta acceptum, & post incisionem mortiferum.

Sic in *Quæstionibus naturalibus*.

In *Quæstionibus convivalibus* de bulimi causa quæritur. De morbis qui ex esculentis proveniunt. Narrantur varii eventus rariores, ut de animalculo hispidio, quod cum lotio prodierit.

EJ. est L. an animi an corporis deteriores sint ægrotudines.

Et Orationes duæ de esu carniæ, pro victu vegetabili.

ÆLIUS ARISTIDES, Adrianensis, Rhetor, ADRIANI ævo & M. ANTONINI PII vixit. Ejus sunt orationum Tomi III. apud PAULUM STEPHANUM a. 1604. 8. BB. editæ, interprete GUILIEMO CANTERO. Enthusiasticus ÆSCULAPII admirator plurima ad hujus DEI gloriam, ut potuit, conatus est conferre, a quo per multos annos per somnia in diuturno malo consilia acceperit. In T. I. Oratio, cui titulus *Asclepiada*, continet historiam ÆSCULAPII & filiorum, qui Thessalos artem medicam docuerint, & undique eam quasi disseminaverint, aque multis a morte Epidauri visi fuerint. In T. II. de aqua salutari putei ÆSCULAPII dicit.

EJ. *ἰεσοι λόγοι* sex. Longissima hic exstat narratio morbi, in quo noster nihil est molitus, nisi quod DEUS imperasset: morbus ipse videtur cardiacus CÆLIUI fuisse, in quo æger sudoribus difflebat. Vomitu, clysteribus, venæ sectione usus est, ulcus DEUS negavit aperiri debere, quod etiam sponte sanatum sit. Convaluit noster ex morbo, jussus per somnium frigida lavare.

ALEXANDER ex Phrygia natus, medicus, & imperante M. ANTONINO martyr.

LUCIUS APULEIUS, Madaurensis, Numida, Philosophus, qui ante CLODIUM ALBINUM vixit. Ejus opera omnia sæpe prodierunt, & cura PETRI CALVI Leidæ 1588. 8. Plurcula scripsit, quæ ad historiam medicam pertinent. In *floridis* PHERECYDEM narrat periisse, in scabiem serpentum solutum. ÆSCULAPIO Carthaginensi hymnum cecinit. ASCLEPIADEM hominem feretro impostum ad vitam revocasse, vinum ægris concessisse. In *Apologia* I. aliqua de ÆSCULAPII apud Aeenfes dignitate. Ipse APULEIUS, cum medicinam faceret, epilepticam feminam per servum suum medicinæ gnarum jussit adduci. In I. *de mundo* de cavernis dicit, prope Hierapolin Lyciæ, ex quarum humo vapores ascendant lethiferi, non nocituri si erectus incesseris, omnino ut lacus agnani mephitis. In ASCLEPIA de avo ASCLEPII dicit, primo medicinæ conditore, in Lybia sepulto. L. *de herbis* non est hujus auctoris opus.

LUCIANUS, festivus deum hominumque derisor, multa habet ad rem medicam  
Tom. I. Ff facientia,



facientia, ut ALEXANDRUM f. *pseudomantin*, in quo fraudes incubationum & responforum divinatorum revelantur, Alexandri nempe medici historiam, discipuli APOLLONII Tyanei. Artes describit, quibus veterator ÆSCULAPII oraculum effinxit, quod de salute hominum responderet, ne angue quidem prætermisso. EJ. *Philopseudes*, quo fabulosa medicamenta deridentur, & deorum per somnia adparentium fabulæ. ANTIGONI medici hic meminit, cui sit ænea HIPPOCRATIS statua, quæ noctu per ædes tumultuatur. EJ. HIPPIAS, vel balnei descriptio. EJ. de *dipsadibus*. EJ. *Tragopodagra*. Pulchra est editio, quam J. MATTHIAS GESNER curavit.

PAUSANIAS in commentariis *de veteris Græciæ regionibus* passim aliqua habet ad medicam historiam. Græce apud Aldos 1514. fol. BB. inde gr. lat. Hanov. 1613. fol. BB.

A. GELLIUS, polyhistor, HADRIANI & ANTONINI PII ævo floruit, inque *noctes suas Atticas* plurimam variamque eruditionem collegit, etiam medicam. De tibiæ in medicina usu, de oscedinis morbo. Laudes febris Quartanæ, a FAVORINO descriptæ: PLATONI eam febrem quam maxime salutarem contigisse. De helleboro albo, nigro, quorum ille vomitum, hic alvum moveat. De sagittarum helleboro tinctarum vulnere funesto. Se ipsum hydropicum sanatum esse urinis calentibus. Editionem cito Amstelodam. 1666. 8. & Hof. 1741. 8. \*

HADRIANUS imperator, polyhistor, medicinæ non ignarus fuit. Ejus antidotus apud MARCELLUM citatur (a).

ATHENÆUS Ægyptius, Naucratica, & ipse philologus, ejusdem ferme ævi, prioribus junior, GALENO hæctenus æqualis, ut pariter COMMODO imperante vixerit (b). In convivio suo, inque Libris XV. *δειπνοσοφιστων* infinitam eruditionem antiquam congestit. Innumera fragmenta veterum medicorum Græcorum conservavit, non alibi superstitia, potissimum quidem ad rem diætetica pertinentia, tamen & alia, quæ omnino non datur hic recensere: elegantiorum autem medicum omnino ATHENÆUM perlegere oportet & tenere. Ad vitas etiam & historiam medicorum multa hic reperias, aliqua ad morbos rariores. Prodiit Venet. apud ALDUM 1514. fol. BB. Basil. 1535. fol. mendose curante BEDROTIO Græce. Græce & latine cum Is. CASAUBONI doctis commentariis apud Commelinos 1598. fol. \*. Animadversiones solæ Lion 1621. fol. \*. Multa ad ATHENÆUM notavit T. REINESIUS in *variis lectionibus*.

CLAUDIUS ÆLIANUS, & ipse sophista, ATHENÆO nuperior, quo multum usus est. Passim aliqua medici argumenti habet in *variis historiis*, quarum editionem Græco latinam ABRAHAMUS GRONOVIVS Leidæ dedit 1731. 4. Aliqua etiam in *historia animalium* exstant Londin. 1744. splendide excusa 4. \*

MARCEL-

(a) p. 149.

(b) eum citat L. XII.

MARCELLUS Sidetes ADRIANI ævo vixit. Ejus est fragmentum carminis *de medicina ex piscibus* Græce & latine excusum apud G. MORELLUM 1591. 8. B. B. a J. FABRICIO recusum in *Bibl. Græc.* cum versione F. MORELLI. Fragmentum est, in quo etiam vires medicatæ nonnullorum piscium traduntur.

*Idem* MARCELLUS apud SUIDAM ANTONINI ævo βιβλία ιατρικα 42. *de re medica* carmine epico composuit. An idem cujus codex MS. *de piscibus* est in B. *Vindobon.* VI. p. 147. LAMBECIUS ad eum refert locum de Lycanthropia, qui est apud AETIUM (c).

Opusculum Græcum ad M. AURELIUM & L. VERUM est in B. *Augustana.*

ALEXANDER Aphrodiseus GALENO fere coævus. E. J. sunt ιατρικα απορηματα και φυσικα προβληματα cum ARISTOTELIS operibus Venet. 1495. f. BB. & Venet. 1513. f. Græce excusa RAST. tum Frf. 1585. 4. Græce: Latine edita vertere G. VALLA Venet. 1501. f. TR. 1513. f. cum ARISTOTELE *de natura animalium*, Basil. 1542. 8. Frankfurt 1609. 8. TR. Geneva 1612. & alias. Codex MS. est in B. *Vindobon.* VI. p. 88. in B. BODL. n. 131; in Medicea PLUT. LXXI. BANDINI III. p. 162.

Aliqua habet medici argumenti. Æthiopes, si febrile iis contigerit, fere perire, quæ adnotatio nostris in æthiopibus confirmatur. Quatuor humores & tria tantum febrium genera recipit. Ictericis alvus pigra, fæces decolores. Siriasis puerorum æstiva. Cur pueris calculi in vesica, senibus in rene. Phreniticis rara & magna respiratio. In paralyfi maxillæ alteri parti remedia admovenda. Post morbum de pedibus potius squamæ dejiciuntur, quam de manibus. Phthisis contagiosa.

EJUSD. *de febribus* ad APOLLONIUM libellus, exstat passim MS. & in Bibliotheca *Vindobonensi* (d); latine editus GEORGIO VALLA interprete Venet. 1498. fol. & Lion 1516. 8. cum SYMPHORIANO de claris medicinarum scriptoribus, demum Geneva. 1612. 8. B. BODL.

#### §. LXXVIII. INCERTÆ ÆTATIS MEDICI.

Aliqua adhuc nomina addo medicorum, quorum ætas non satis certa est, ut tamen non videantur post GALENUM vixisse.

POTAMON, MENICLES, medici Smyrnæi (e).

ARISTOMENES.

CALLISTRATUS.

CONON.

Ff 2

(c) L. II. 2. c. 51.

(d) LAMBEC. L. VI. p. 101.

(e) MEAD. *numm. Smyrn.* p. 74.

PYRRHUS.

METRODORUS alijs a prioribus.

EUCLES.

LEONTISCUS, Smyrnenſes omnes.

§. LXXX. CLAUDIUS GALENUS.

Pergamenus, vir, qui poſt HIPPOCRATEM mille & quadringentis ad minimum annis in arte princeps eſt habitus, communisque fuit fons, ex quo tota poſteritas hauſit, natus ADRIANO imperante, patre (a) architecto. In geometricis inque omni ambitu Græcarum artium a pueritia innutritus, demum ad medicinam tranſiit ex ſomni ſuaſu. Ejus artis univerſum ambitum elaboravit, ut nemo ante eum, & vix quiſquam poſt eum mortalium. Smyrnam, Corinthum, Alexandriam adiit, annosque natus 28. in patriam rediit (b), gladiatorumque curationem ſuſcepit, ut manu iis mederetur. Etſi enim medicus ut imperator chirurgum moderatur, nonnunquam tamen & ipſe manum admovit (c).

Romam inde petiit, magnam famam & anatomicis incifionibus & felicibus curationibus ſibi paravit. Triennium cum Romæ vixiſſet, ob peſtem urbem reliquit (d): demum iterum Romam ab Auguſtis fratribus vocatus (e), curam imperatoris M. ANTONINI Philoſophi filiiſque COMMODI geſſit. Theriacam etiam in uſus AUGUSTI (f) exſtincto DEMETRIO (g) compoſuit, impetravit autem, ne MARCUM in Germaniam ſequeretur (h). SEVERO AUGUSTO periunde theriacam paravit, & eo imperante obiit (i).

Nullam partem eo ævo. notam artis medicæ intactam reliquit. Botanices etſi minus ſtudioſus, aliquanto pauciores quam DIOSCORIDES plantas (k) recensuit, plura tamen & animalia (l) habet, & mineras numeroſiores (m). In reliqua materia medica inque mineris, miſy & terra Lemnia recte cognoscendis, curioſus proprium laborem poſuit, & ingenti mercede conduxit, qui ſe docerent medicamenta præparare (n).

Pharmacix

(a) SUIDAS.

(b) *Compoſ. ſec. gen.* L. III.

(c) *Epidem.* L. VI. f. 5.

(d) *de propr. libr.*

(e) *de propr. ſcript.* p. 243.

(f) qua D. MARCUS delectabatur *de theriac.* ad PIS, L. II.

(g) *Antid.* L. I.

(h) *de propr. ſcript.* L.

(i) *Antidot.* 3.

(k) animalia 540, cum DIOSCORIDES habeat 700.

(l) mineras 180, cum DIOSCORIDES habeat 168.

(m) 100, cum DIOSCORIDES habeat 90, ALSTON.

(n) *ſimplic. fac.*

Pharmacix fuit peritissimus, & ipse medicamenta follicita cura sua manu paravit, sæpe etiam ruri, & per inopiam receptorum medicamentorum, nova & simpliciora composuit. Porro componendorum medicamentorum artem, ut videtur, exquisitè didicit. Chemiam nondum inventam (o) utique ignoravit, sensit tamen sibi deesse.

In anatomicis laudes viri diximus. Hominum equidem incidendorum ei vix ulla fuit occasio, cæterum in vivis potissimum animalibus physiologica experimenta etiam difficillima fecit.

In morborum adnotatione, ex ipsis viri operibus, putes aliquanto minus fuisse diligentem, neque enim historias morborum plenas & accuratas dedit, quales olim HIPPOCRATES, & nuper ARETÆUS vel SORANUS. Pulsum tamen subtiliter tetigit, & per plurimas divisiones distinxit, eoque etiam & aliis signis medicis adeo perite se usum fuisse sibi testis est (p), ut potissimum ex agnoscendis morbis eorumque prædicendis eventibus inclaruerit. Ita nobilis feminx amorem detexit, quæ PYLADEM saltatorem deperibat, & servum ob criminis detecti metum melancholicum, & BOETHI consulis filiam clam vetitos cibos vorantem culpæ redarguit, unde ei febris nocturna accedebat. Pulsum etiam intermittentem nonnullis naturalem esse sensit. In se ipso, cum floccos carperet, phrenitidem imminere sensit, & de periculo medicos monuit, Jecur sibi adfectum esse continuo agnovit, cum alii medici in pulmone vitium quærent.

In curationibus morborum perinde felix fuit. MARCUM ANTONINUM ex esu casei febrientem unguento nardino, vino & pipere sanavit. COMMODUM, derisa a matre medicorum methodicorum diatrilo, narium hæmorrhagiam passurum prævidit & sanavit. BOETHI consulis uxorem fluxu muliebri laborantem, nihil proficientibus celeberrimis medicis, purgando restituit. EUDEMUM philosophum quartana multiplici media hieme liberavit, prædixit accurate, quo tempore quæque conjunctarum febrium eum esset relictura.

In se ipso etiam feliciter medicatus est. Arteriotome sibi prospexit, cum circa septum transversum perpetuum dolorem perciperet. Pestilentia cum laboraret, venam secuit & scarificavit (q).

Celebritatem adfectus est non mediocrem, dum vixit ATHENÆI laudes meritus, & ALEXANDRI APHRODISEI, EUSEBII ævo jam pene pro DEO habitus.

Neminem coævorum magni fecit, paucos prioris, ipsum HIPPOCRATEM diserte scripsit, sola initia rationis curandi dedisse, se perfecisse (r).

F f 3

Non

(o) *de med. simpl. fac.* L. I.(p) *de præcognit.*

(\*) lb.

(q) *de cucurb.*(r) *meth. med.* L. IX.

Non mirum, a cœvis medicis, MARCIANO, ANTIGENE, aliis odia passum esse, qui sperneret omnes.

Superstitiosus plurimum tribuit somniis & ÆSCULAPII (f) dictaminibus. Viperis usus est ex somnio adversus elephantiasin. Sed neque certam fidem ejus narrationibus ubique adhibueris. Malam herbam, quæ ad mortem usque sanguinem educit, casu detectam, & periculosum remedium a præside Provinciæ provide suppressum fuisse, vix GALENO credas (t).

Sed etiam medicamenta specifica admittebat, quorum ratio non possit dari. Nimias sibi ipsi laudes imputasse, & in curationibus nimis fuisse felicem adnotatum est (u). Facillime in contradictione deprehendi J. ANT. van der LINDEN.

Medicinæ, ut recte olim BOERHAAVIUS monuit, multum & profuit & nocuit. HIPPOCRATEM a Methodicis spreto, nuperos legere docuit & iussit, signis medicis usus est, efficacia fere medicamenta adhibuit, fortem venæ sectionem, purgantia repetita, quibus ipse quidem omnium plurimum tribuebat.

Nocuit, quod systema simplex quidem, sed parum plenum, practicum, quatuor illis elementis (x) & quatuor humoribus (y) superstruxerit. Præter morbos enim organicos, & morbos a soluta continuitate natos, longe pleraque humani corporis mala referebat aut ad plethoram, aut ad cocochymiam. Illam sanguinis abundantiam satis recte quidem duplicem fecit, & ad vasa & ad vires. Idem in quovis quatuor humorum plethoram admittebat.

Morbos in cocochymia positos reduxit ad degenerationem bilis flavæ, bilis atræ, pituitæ, ut ii humores secundum frigus, calorem, humorem aut siccitatem peccarent. Peccare vero posse primo, secundo, tertio, quarto gradu.

Curationem ergo posuit in diminutione plethoræ si ea dominaretur, deinde in educendis humoribus peccantibus, & in medicandi ratione causæ opposita, ut si calor duobus gradibus excederet, refrigerantia duorum graduum ei opponerentur. Dari enim in medicamentis quatuor omnino qualitatum simplicium gradus (z) persuadebatur.

Mira hic excellebat simplicitas; sed neque tres humores veri sunt, neque verum est, ab iis putrescentibus, aut alioquin peccantibus, morbos proficisci, neque quatuor illis primis qualitibus omnes humorum degenerationes continentur; atque calor, aut frigus, & similia effecta potius quam causæ sunt morbi, & cocochymixæ longe subtilior magisque ignota est ratio. Solidorum etiam debilitatem

(f) *Subfig. Empir.*

(t) *purg. med. fac. c. 6.*

(u) *CARCANUS vuln. cap. p. 346.*

(x) *de Elem. L. I. c. 5. c. 9.*

(y) *lb. L. II. c. 1. 2. &c. L. I. c. 5.*

(\*) *in JULIANUM.*

(z) *fac. med. simpl. I. &c.*

litatem patientium, aut vicissim nimis irritabilium; GALENUS non eam rationem habuit, quam oportebat. Breviter ista, cum & errores viri, & nimiae laudes, a posteris, aliis nunc in litibus laboriosis, dudum oblivioni traditæ sint.

§. LXXXI. GALENI SCRIPTA.

Cum nemo veterum, & vix quisquam nuperorum, tot diversa scripta reliquerit (a), ordine aliquo in iis recensendis erit progrediendum. Initium ergo faciemus ab iis, quæ pertinent ad isagogica s. ad generalia, & quæ extra classes solent poni.

CL. GALENI *paraphrasta* MENODOTI *suasoria ad artes oratio* LUDOVICO BELLISARIO interprete. Aliqua hic dicit adversus victus rationem & athletarum instituta, quæ a vera valetudinis cura longe differant. Contra MENODOTUM Empiricum, qui in sola syndrome plethorica venæ sectionem admittebat. Scorsim prodiit Bâgl. 1526. 8. latine ERASMO ROTERODAMO interprete.

*Si quis optimus medicus est, eundem esse Philosophum*, LUDOVICO BELLISARIO interprete. Codex Græcus est in B. R. Par. n. 2169. alius in Medicea BANDINI III. p. 49. 50. Græce prodiit ex officina FED. MORELLI Parif. 1577. 4. MAITT. Græce etiam cum versione latina ERASMI Parif. 1547. 4. Latine in ERASMI operibus T. I. In bono medico omnes virtutes conjungi.

GALENO adscriptus liber, *quod qualitates incorporeæ sint* HORATIO LIMANO interprete.

EJ. *de libris propriis a JOHANNE FICHARDO latinitate donatus, nunc ad Græci exemplaris fidem emendatior* (in *collectione operum*) I. Latine J. CAIO BRITANNO interprete Lovan. 1556. 8. \*. GALENUS hic magnam partem vitæ suæ recenset, ut primum Romam profectus sit, ut urbe ob invidiæ medicorum tædium excesserit, inque patriam sit reversus, ut ab Augustis revocatus multis annis in urbe vixerit, in qua etiam SEVERI ævo videtur sedem fixisse. Quos libros quaque in periodo vitæ suæ scripserit, secundum classes.

EJ. *de ordine legendorum librorum suorum* a J. FICHARDO versus, nunc emendatior. A. J. CAIO cum paulo priori libello excusus. Brevior iste & imperfectus.

EJ. *de sectis ad eos qui introducuntur* HORATIO LIMANO interprete. Vertit etiam

(a) Quingentos ll. veteres numerabant.

etiam J. GUNTHER, quæ versio a CHARTERIO recepta est; tum G. VALLA, & N. RHEGINUS, & AUGUSTINUS RICCIUS. Codex L. *de sectis* Græcus est in Bibl. D. MARCI & in *Medicea* BANDINI III. p. 52. Plut. LXXIV. in B. *Vindob.* LAMBECC. I. p. 181. Latinus in B. R. Par. n. 6865. Arabicus vertente ISAACO HONAINI f. in B. R. P. n. 1043.

Ex versione G. VALLÆ prodit Paris. apud H. STEPHANUM seniorem GUNZ. Edidit etiam J. GUNTHER Andernacensis cum aliis GALENI operibus Basil. 1529. 4. GUNZ.

In hunc libellum scholia sunt PALLADII quorum codex est in BAND. III. p. 99. Commentarius *Hali ben* REDWAN est in B. *Escorialensi* CASIRI n. DCCCXLVII.

In Methodicos inque Empiricos pro dogmaticis hic dixit.

EJ. *de optima secta* ad THRASYBULUM JUNIO PAULO CRASSO interprete, CHARTERIUS J. GUNTHERI versionem recepit. Vertit etiam NICOLAUS RHEGINUS & DOMINICUS CASTELLUS. Codex Græcus est in B. *Medicea* BANDINI III. p. 49.

In Methodicos & eorum *Cenotetas*. In Empiricos. Rationalem medicum historia melius uti. Empiricum non posse inter innumera auxilia veriora eligere. Falsum esse, quemque morbum per quatuor tempora transire. Methodicos male in principio morbi ubique adstringentia medicamenta exhibere.

EJ. *de subfiguratione Empirica*. Aliquanto uberius opus. Empiricos agere indeterminate, nimium historię tribuere. Fidem adhiberi debere, quoties testes inter se consentiunt, quale exemplum ipse adfert, quo inductus sit, ut carnes viperarum ad elephantiasin daret, cum in plusculis exemplis casus demonstrasset, ad eam luem curandam eas carnes valere. PYRRHONEM modestum fuisse empiricum, MENODOTUM acrem dogmaticorum inimicum, &c.

Citat *de medicinali experientia* librum in SEVERUM, & l. *de ratione communi, de methodo medendi*.

Fragmentum libri *adversus Empiricos* AUGUSTINO GADALDINO interprete.

De *medicæ artis constitutione* ad PATROPHILUM, BARTHOLOMEO SYLVANIO interprete.

Codex est in B. *Medicea* BANDINI III. p. 49.

Latine prodit JANO PHILOGO interprete Paris. 1528. 8. FALC. cum aliis. Græce & latine ex interpretatione JANI ANTONIACI Parisi 1531. Prodit etiam cum *tabulis* & *commentariis* THEODORI ZWINGER Basileæ 1561. 1568. fol. \*.

Partes artis medicæ enumerat. Ut dignoscatur locus adfectus. Ut ab incrementis

crementis indicia fumantur. Morborum præparatio, curatio per medicamenta, quorum qualitates contrariæ sint morbi qualitatibus.

Citat suum l. *de naturalibus facultatibus*.

In eum exstat CHRIST. HEYLE *artificialis medicatio s. paraphrasis* Mogunt. 1534. 4. FALC.

EJUS *fnitiones medicinæ* BARTHOLOMEO SYLVANIO interprete. Partium corporis definitiones, tum morborum, etiam chirurgicorum, breviter omnia. Codex MS. est in B. JACOBÆA Londin. n. 8484. In *Medicea BANDIN.* III. p. 115. *Plut.* LXXIV. MONTFAUC. & LXXIII. ib. In *Vindobonensi* LAMBEC. VI. p. 93.

Prodierunt JANO PHILOLOGO interprete Lion 1519. 16. RAST.

EJ. *introducō s. Medicus*, GUINThero Andernacensi interprete, recognitus a BARTHOLOMEO SYLVANIO & a CHARTERIO. De eo conf. in *B. Anat.* I. p. 83. ÆSCULAPIUM a patre APOLLINE institutum primum omnibus numeris absolutam medicinam invenisse, herbas vero CHIRONEM, ARISTEUM, MELAMPUM, POLYIDAM. ASCLEPIADAS cum experientia ratiocinium conjunxisset. Tres principes sectæ. Rationalis sectæ auctor HIPPOCRATES, porro alii quos diximus, etiam ASCLEPIADÆ. Empirica secta, quam primus PHILINUS COUS a rationali separaverit, occasione a præceptore HEROPHILO sumta. Alii Empirici, Methodici, etiam Episyntetici, Electici: de Pneumaticis nihil. Inde aliqua pathologica. Febris est calor auctus. Hygieine. Therapia, breviter omnia præter morbos oculorum.

EJ. *quomodo morbum simulantes sunt deprehendendi*, J. FICHARDO interprete. Ut ipse GALENUS sanum hominem morbum simulantem deprehenderit. Cum nonnullis aliis prodit Paris. 1578. 8. Genev. 179. 8. GUNZ. cura J. LALAMANT. Codex MS. latinus est in B. R. Par. n. 6865.

EJUSD. *ars medicinalis* NIC. LEONICENO interprete, recognita ab AUG. GADALDINO.

Innumeras editiones & commentarios dixi in *B. Anat.* I. p. 84. sq.

Pars tamen non minima opusculi ad praxin pertinet. Ad methodum analyticam, quam noster præfert, tum HEROPHILUS & HERACLIDES ERYTHREUS. Synthetica usos esse HEROPHILI sectatores aliquos, aliquos ERASISTRATI, & ATHENÆUM Attaleum. Se primum ea usum, quæ oriatur a ratione finis. Sanitas, ejus signa per singulas corporis humani partes. Adnotationes aliquæ; ventriculi, qui in vivo homine parvus deprehensus fuerit, & rotundus, vesica parva & circumscripta, venæ perangustæ. Videri ductum biliarium in ventri-



culum hominis patuisse, qui bilem frequenter vomitu reddiderat. Causæ valetudinis, invaletudinis. Signa morborum & divisio.

Libros suos pene omnes hic citat, præter eum qui est de *libris propriis*, & quem promittit.

In Classe II. seu Physiologica reperiuntur.

GALENI de *elementis secundum HIPPOCRATEM* libri duo NICOLAO LEONICENO interprete, deinde V. TRINCAVELLIO. Perfecit CHARTERIUS.

Editiones vide in *B. Anat. I. p. 86.*

In primo libro defendit quatuor dari elementa, neque qualitates, quæ ATHENÆI erat opinio, pro elementis substitui debere.

In L. II. pro quatuor humoribus dicit, quibus calida animalia constant. Aspere in ASCLEPIADEM, qui negabat, medicamenta peculiare suosque humores inducere.

EJ. de *temperamentis libri tres* THOMA LINACRO interprete. Editiones diximus *B. Anat. I. p. 87.*

In prioribus duobus libris agitur de temperamentis corporis universi, & de ejus partium temperamentis adgnoscentis.

In L. III. de temperamentis medicamentorum, deque eorum in corpus humanum actione. De modo, quo facultates medicamentorum adgnoscentur.

Libros VI. de *temperamentis* in Codice habet, B. R. P. n. 987.

EJ. In L. HIPPOCR. de *natura humana comm.* NICOLAO MACCHELLO Mutinensi interprete.

Aliqua ad historiam medicinæ & ad commentatores HIPPOCRATIS. Corpus humanum non esse unum, neque enim posset destrui, si unum esset.

EJ. de *atra bile* lib. BARTHOLOMÆO SYLVANIO interprete.

Editiones vide *B. Anat. I. p. 87.*

Atræ bilis notæ & proprietates. Morbi in quaque corporis parte ab ea bile nascentes, inter eos cancer, elephas. Causæ eam bilem augentes. Excrementa nigra.

In L. III. de *anatomicis administrationibus* ostendit GALENUS, quantum errorum in medicina natum sit, quod clinici anatomen negligant. Ita Methodici medicamenta digitis paralyticæ manus admovebant, quod ignorarent, nervos manus in ipso jam dorso vitio esse adfectos, quem inde morbum GALENUS perfecta causa, & ad causæ sedem admotis medicamentis, facile sanavit.

In L. VII. pueri sanati exemplum narrat, cui os pectoris fideratione corruptum erat, & cordis motus manifestus adparebat.

In L. VIII. egregie per experimenta ostendit, quæ functiones vitientur, uti hi vel alii pectoris nervi, aut ipsa medulla spinalis læsa fuerit.

IDEM in L. *de instrumento odoratus* receptam de catarrhorum ex cerebro ad nares descendendum theoriam proponit, & sternutationis effectus medicos ex iisdem principiis deducit, quod cerebrum humoribus liberetur.

In eximio *de partium usu* opere, passim aliqua intercedunt pathologica, et si pauciora. De vitiis digestionis ex omenti jactura subnatis. De utilitate bilis atræ. Iterum de catarrhorum viis. Molas nullas absque viri consuetudine formari.

EJ. *brevis denotatio dogmatum HIPPOCRATIS* ex STOBÆO. Fragmentum a C. GESNERO editum.

EJ. *de iis quæ medice dicta sunt* in TIMÆO; fragmentum.

In L. *de facultatibus naturalibus*, aliqua de modo quo humores vitiantur, & de atra bile.

Cl. III. diætica.

EJ. *Comm. in HIPPOCRATEM de aeribus aquis & locis* JANO CORNARIO interprete, emendatus ab HIER. DONZELLINO, ad Græcorum exemplarium fidem. Latine tantum exstare FABRICIUS vertente MOSE ALATINO: cujus versio a CHARTERIO recepta est.

Fusi, ut solebat GALENUS, commentarii paraphrastici de aquis vitiosis & noxiis, de morbis ex anni temporibus exque ventis orientibus &c.

GALENUS *de alimentorum facultatibus* L. III. MARTINO GREGORIO interprete. Scorsim prodiit Lion 1549. 16. BB. cum l. *de adtuante dieta*: & cum commentario MARTINI GREGORII Leid. 1633. 12. TR. Græce Paris. 1557. 8. apud MORELLUM BUR. Italice vertente HIERONYMO SACCHETTO Venet. 1562. 8. SMITH.

Libro I. vires alimentorum docet alias esse aliasque, ut corpora aliter se habent, in quæ ingerantur. Ita cum homo ex pituitæ copia ægrotaret, se bono eventu acria medicamenta dedisse: cum vero idem homo post acres cibos similia sumere tentasset, merito male habuisse. Cerealia. Panificia. Polenta, quæ non sunt hujus loci.

L. II. Fructus horæi. Palmulas virides nocere. Oleæ, asparagi, eorum facultates. Qui a boletis sumtis ægrotaverit.

L. III. de carnibus, etiam vulpinis, etiam aliis animalibus, cuniculis, gliribus, ursis. Pisces, eorum proprietates contra PHYLLOTIMUM. Mannam halitum esse coagulatum. Omnia animalia percurrit, deque eorum bono maloque succo judicat, nullo, quantum video, experimento nixus.

Ex hoc libro Epitome Græca exstat in B. *Taurinensi*.

EJ. *de succorum bonitate & vitio* JULIO ALEXADRINO interprete. Verterunt etiam BALAMIUS & RICLIUS. Scorsim prodiit vertente SEBASTIANO

SCROFA Lion 1547. 12. GUNZ. Parif. 1546. 8. TR. Seorsim Græce, ut puto, Parif. 1536.

Exempla morborum natorum ex alimentis mali fucci. GALENUM se ipsum tutum præstitisse abstinendo a fructibus horæis, cum circa diaphragma inflammationem metueret. Cibi variarum qualitatum, adtenuantes, incrassantes. Fungos valde noxios esse, boletis exceptis. Lactis de mamma fucci in tabe efficacia. Iterum de ciborum bona malave indole iudicium per singula. Tum vini, mellis, nivis usus.

Codex latinus est in B. R. P. n. 6865. Græcus in B. D. MARCI. in B. *Medicea* III. p. 127.

EJ. in HIPPOCRATEM *de salubri dieta comm.* HERMANNO CRUSERIO interprete. Vertit etiam J. GUINThERUS.

Commentarius paraphrasticus. Vide inter opera HIPPOCRATIS.

EJUSD. *de adtenuante dieta* MARTINO GREGORIO interprete. Seorsim cum I. *de alimentorum facultatibus* Lion 1549. 16. BB. Gallice vertente JOHANNÉ le BON Parif. 1556. 16.

Codex est latinus in B. R. Par. n. 6865. & græcus, ut puto cum titulo de regimine sanitatis in B. S. MARCI MONTFAUC.

Olera, cerealia & reliqua recenset, quæ putat succos nostros adtenuare, tum fructus, radices, carnes, pisces. Rejicit vulpinam & aliarum ferarum, etiam equorum & asinorum carnes. Vini varietates.

EJ. L. *de Ptisana* ad vetusta exemplaria ab HIERONYMO DONZELLINO restitutus. IPOLITUS etiam vertit, denique CHARTERIUS. Cum nonnullis aliis prodiit interprete IPOLITO Parif. 1544. 4. \*. Emendante CAIO Basil. 1557. 8. GUNZ. Seorsim cum nonnullis aliis, cum J. LALAMANTII ejusdem argumenti libello Hedæ 1578. 8. GUNZ. Genev. 1579. 8. ID.

In eum I. est MAXIMILIANI de LUCIO *commentarius* Venet. 1575. 8.

Accurate docet ut Ptisana paretur, ex hordeo macerato, inter manus contrito, deinde cocto, ut primum fortiter ebulliat, inde leni igne in cremorem vertatur. Ejus alimenti in morbis commoda, laudes & mensura.

GALENUS *de parva pile exercitio* VALERIO CENTANNIO interprete.

Solus I. prodiit Græce apud G. MORELLUM Parif. 1563. 8. MAITT.

Codex est in B. D. MARCI. Græcus in *Medicea* BANDIN. III. p. 50. Latinus in B. R. Par. n. 6865.

Magnas huic exercitationi laudes impertit.

EJ. *de cognoscendis curandisque animi morbis*, BERNARDINO DONATO interprete, tum J. GUINThERO, denique CHARTERIO.

Codex Gr. est in B. *Medic.* BANDIN. III. p. 50.

Gallice prodiit Paris. 1557. 16. VERDIER. Latine cum aliis Paris. 1528. 8. Ex GUINThERI versione cum aliis Basil. 1529. 4. GUNZ.

Ethici magis argumenti. De sua educatione a patre philosopho, matre iracunda. Ut omnis generis Philosophos audierit, Geometriam, Astronomiam, Architecturam didicerit.

EJ. *de cuiusque animi peccatorum cognitione atque medela* JUNIO PAULO CRASSO interprete, tum a J. GUINThERO, & CHARTERIO revifus.

Vix nostri scopi.

An iste fuerit l. quem J. CASSELIUS græce & latine edidit Helmstatt 1592. 4. Rudolftadt 1715. 4. TR. cum titulo, *quomodo quis & dignoscat & sanet proprios animi sui affectus.*

Codicem MS. Græcum habet B. *Medicea* BANDINI III. p. 50. 51.

GAL. *de consuetudine* ex veteri NICOLAI RHEGINI versione restitutus a J. B. RASARIO.

Codex Græcus in B. *Medicea* BANDINI III. p. 152.

EJ. *de sanitate tuenda* L. VI. THOMA LINACRO interprete, ab HIERONYMO DONZELLINO ad antiquorum exemplarium fidem recogniti. Castigati a J. CAIO Græce Basileæ 1549. 8. TREW. GUNZ. Cum aliis & PROSPERI CALANII *paraphrasi* 1538. 8. MAITT. Scorsum prodierunt interprete LINACRO Venet. 1523. 4. TREW. Colon. 1526. 8. MEAD. Paris. 1526. 4. HOUSSET. 1530. fol. 1538. fol. Lion 1548. 12. 1559. 12. TREW. Latine vertente ALBANO TORINO Basil. 1538. 8. Italice JOSEPHO GALIANO interprete. Panormi 1650. 8. MONGITOR.

In eos ll. sunt ANTONII RABERII commentaria Basil. 1554. fol. *Enarrationes* dedit JACOBUS BORDING Basileæ 1605. 4. MOLLER. *Adnotationes* LEONHARDUS FUCHS Tubing. 1541. 8. TR. Noviter vertit C. HOFMAN, & perpetuis commentariis & castigationibus illustravit Francof. 1680. 4. curante SEBASTIANO SCHEFFER, qui titulum fecit *vita medica* s. GALENI *ύγιεινών*, s. *Methodi sanitatis tuendæ* LL. VI.

Græcus codex est in B. D. MARCI. Codex versionis Arabicæ in B. R. *Par.* Latinus, vertente NICOLAO de RHEGIO & BURGUNDIONE iudice Pisano ib. n. 6867. Hebraicus in B. *Vindobonensi* LAMBECC. I, vertente CHANIN (HONAIN) ben ISAAC p. 181.

Botanica diximus, quæ non sunt plurima. GALENI jam senis opus est, in quo multa priora sua opera citat, THRASYBULUM, HIPP. & PLATONIS *decreta*. Libro I. tradit infantum curam, ab ipsa nativitate repetitam. Balneum frigidum Germanorum improbat. L. II. de exercitatione agit & de lucta. Fufe in THEONEM, qui cum de frictionibus uberrime ageret, sex tamen frictionum species

prætermiserit. Exercitationum varietas. L. III. de lassitudinis cognitione & curatione, de tibiærum etiam inflatione. L. IV. de sanandis lassitudinibus proprie, quæ oriuntur ab exercitatione. Curatio adfectus ulcerosi. De apomelite & oxymelite. Olea. Acopa. In plethora utique sanguinem debere mitti. L. V. fenum victus ratio traditur. ANTIOCHI medici & TELEPHI grammatici secularis fenis diæta. PRIMOGENES intermisso balneo continuo in febrem incidebat. Libro VI. victus ratio ad quamque intemperiem apta, ad singula viscerum vitia, ad calculum, ad abundantiam feminis. Citat l. suum de medicamentis.

Ej. *ars tuende sanitatis num ad medicinalem artem spectet, num ad Gymnasticen* l. ad THRASYBULUM JUNIO PAULO CRASSO interprete,

Codex Græcus est in B. *Medicea* BANDINI III. p. 49. & in B. R. Par. n. 2164.

Veram gymnasticen ad medicos pertinere, adque HIPPOCRATEM, spuriam esse artem jatrapiarum, contra quam multis disputat, quæ versetur in mechanico opere, unctione, frictionibus, quæ omnia medicus imperet, neque sua manu administret.

CLASSIS tertia ad morborum & symptomatum differentias, causas & tempora pertinet.

GALENI *de differentiis & causis morborum & symptomatum* L. VI. duo priores a NICOLAO LEONICENO, quatuor reliqui a THOMA LINACRO versi, revisi ab A. GADALDINO. Porro a J. COPO versi & emendati a CHARTE- RIO.

Codices Græci sunt in B. R. Par. n. 2169. & in *Medicea* Plut. LXXIV. BANDINI. III. p. 115. *Vindobonensi* LAMBEC. I. p. 181, ut intelligo. Græcus de morborum differentiis & causis codex in B. R. P. n. 2157. Latinus, ut puto, de differentiis & causis symptomatum in B. CAI. GONV. Cantabr. n. 948. Libri de *symptomatum causis* Arabice in B. *Scorialensi* n. DCCXCIX, DCCCXCVI, vertente HONAIN, tum L. I. & II. solus ib. DCCCLV. DCCCXLIII. & AVICENNÆ commentarii in GALEN. *de causis & symptomatibus* ap. CASIRI n. DCCXCVII. Scorsim prodierunt sex libri *de differentiis &c.* Græce 1550. & NIC. LEONICENO interprete Paris. 1528. 8. L. VI. COPO interprete Paris. 1527. 12. TREW. Lion 1547. 16. ID. 1560. 16. TREW. Liber I. *de differentiis symptomatum* & libri III. *de causis symptomatum* T. LINACRO interprete, MAITT. puto London 1524. 4. L. II. *de differentiis morborum* Paris. 1514. 4. MAITT. vertente NICOLAO LEONICENO.

J. ALB. SEBIZ in ll. *de differentiis morborum & causis symptomatum commentatus* est Argent. 1630. 4. In eos etiam sunt commentarii FRANC. VALERIOLE 1540. 4. MAITT. tum J. SYLVII, in ejus operib. omnib. qui tit. *fecit methodus sex ll. GAL. de differentiis & causis morborum & symptomatum in tabulas sex ordine suo conjuncta* Paris. 1539. 4. BB. 1548. 4. TR. Venet. 1564. 4. TR. quæ sunt GALENI sententiæ in ordinem tabularem conjunctæ. STEPHANI DUTEMPLÆI *tabula in sex GALENI libros de morbis & symptomatibus* Lion 1530. fol. TREW. Est etiam LAURENTII JOUBERTI *commentarius*, & FRANCISCI ROSELLI *in sex libros &c. commentarius* Barcin. 1627. fol. GUNZ. JAC. BORDING *in tres priores GALENI ll. de morbis & symptomatibus commentarium* dedit Rostoch 1605. 8. B. BODL. MOELLER.

Sunt etiam ÆGIDII GAUDINI *adnotationes in ll. de symptomatum differentiis, de morborum differentiis, de morborum causis* MS. in B. R. P. n. 7032.

Annon idem l. GAL. *de morbo & accidente* in B. CAIO GONV. n. 955. B. R. P. n. 6865. a.

*Excerpta* ex l. de symptomatibus & causis BANDINI III. p. 101. sunt in B. MED.

Liber I. *de morborum differentiis*, est tabula ad GALENI saporem analytica, discriminum morborum secundum fontes a quibus desumuntur. De THEOPHILO, qui in angulo conclavis tibicines audiebat. Esse medicos, qui sudorem degustent, & sanguinem, & ea, quæ de ventre decesserint.

Codex est in Medicea Plut. LXXV.

L. II. est de morborum causis secundum qualitates primævas aut vitia organica.

L. III. de differentiis symptomatum.

De *causis symptomatum* L. I. subtilia multa continet de pupilla justo arctiori, ampliori, ut, non quidem a lucis vario gradu, sed a morbis, pupilla aut amplior fiat, aut angustior. Auriginosos flava videre. Matrem cibos vomere, quamdiu fetus mole est exigua & cyema audit. Esse tamen, qui in febre ardente a frigida pota subito interierint.

L. II. convulsiones. Uterum primis mensibus claudi, ut ne stylum quidem admittat. Ventriculum se ad retinendos cibos claudere.

L. III. causæ symptomatum positæ in facultatibus naturalibus. Persicum ex Persiâ translatum venenatam indolem exuisse. Vidisse se sanguinem menstruis intervallis per alvum egeri.

De *differentiis febrium* L. II. NICOLAO LEONICENO interprete, ab A. GADALDINO ad Græca exemplaria recogniti. Vertit etiam LAUR. LAURENTIANUS deinde emendavit CHARTERIUS.

Codices satis frequentes sunt. In B. R. P. cum scholiis Græcis n. 1883.

2156.

2156. 2157. 2158. 2246. 2260. 2267. 2272. 2276. In Vindobonensi LAM-  
BEC. VI. p. 88. 94. I. p. 161. In *Medicea* Plut. LXXIII. LXXV. BAN-  
DINI. III. p. 161. In B. D. MARCI. In CAI. GONV. Cantabr. n. 949.  
Arabice in B. Efcur. DCCXCIII.

Græce prodiit cum aliis GALENICIS apud G. MORELL. Parif. 1557. 8.

Latine L. III. cum antiqua LEONICENI LAURENTIANI versione Papiæ 1519.  
4. GUNZ. cura RUSTICI PLACENTINI. Interprete LAURENTIO LAURENTIA-  
NO Colon. 1526. 8. GUNZ. Parifiis 1532. fol. MAITT. Accurate re-  
vifi a SIMONE THOMAS Lion 1548. 16. TREW. 1550. 16. \*. 1557.  
12. ID.

In hos libros THOMÆ de GARBO est commentarius Lion 1514. 4.

VICTORIS TRINCAVELLII comm. Venet. 1575. fol. TR.

THOMÆ H. GIBALTI commentarius, *quæ ad febrium cognitionem spectant univerfa*  
*pene complectens* Lion 1561. 8. TR. 1562.

LEONARDI FUCHSII versio & commentarii Parif. 1554. 12. fol. TR.

LAURENTII LAURENTIANI commentarius Lion 1550. 12. LIND.

PAMPHILI MONTII *commentarii* Bonon. 1550. 8.

JACOBI SYLVII *commentarius* Lion 1556. 16. \*. 1561. 8. TR.

FRANCISCI VALLESII *commentarius* Complut. 1569. 8. Colon. 1590.  
fol. &c.

J. BRAVI *comm.* Salamanticæ 1585. 4. LIND.

SIMONIS a CAMPI *commentarius* in GAL. *de differentiis febrium* Neapoli  
1642. 4.

J. BAPT. NAVARRI *comm.* Valent. 1628. 8. LIND.

CHRISTOPHORI a VEGA *comm.* Lion 1626. f. Complut. 1553. 8.

In Caput I. & III. ANTONII NUNNEZ Saldimantic. LIND.

RODERICI a VEGA *adnotationes* MS. B. R. P. n. 7048.

CL. GALENI *de febrium differentiis* ex PAULO & ALEXANDRO. Codex Gr. Par.  
B. R. Par. n. 2178.

Non omnem febrem ex putredine oriri, sed calidas utique intermittentes  
ex aliquo in humoribus excessu nasci. Ephemeram aliquando a bubone natam  
fuisse. In febribus humoralibus a principio pulsus parvus est & velox, in pro-  
gressu magnus & velox. Febres hecticæ.

L. II. de febribus putridis. De intermittentibus: tertiana a bile nata,  
quartana,

quartana, epiala. Dari omnino acidam pituitam. Semitertiana, f. febris composita ex tertiana & ex quotidiana. Ejus forma. Misceri febres pituitosas cum biliosis. Possè etiam febrem ex sanguinis putredine oriri.

Alius titulus fuerit, GALENI *de ephemeris febribus* l. II. quorum codex latinus est in B. R. P. n. 6837.

Quis est GALENI liber de *semitertiana*, cujus codex Græcus est in B. R. P. n. 2269.

GAL. *de inequali temperie* THOMA LINACRO interprete. Vertit etiam GEORGIUS VALLA & CHARTERIUS.

Codex Græcus est in B. D. MARCI Veneta; in *Medicea* BANDINI III. p. 52. Arabicus vertente HONAIN in B. *Escorialensi* n. DCCCXLIV.

Latine prodiit *de inequali dissemperantia* G. VALLA interprete Venet. 1498. f. BURKH. Cum nonnullis etiam aliis vertente N. LEONICENO Parif. 1514. 4. Solus vertente T. LINACRO cum l. *de temperamentis* Cambridge 1521. 4. MAITT. Parif. 1523. fol. BB. Cum nonnullis aliis Hedux 1578. 8. GUNZ. Genev. 1579. 8. edente J. LALEMANT. In eum l. est *commentarius* ANTONII BUSENNII Antwerp. 1553. 8. B. BODL. GUNZ. Ex versione T. LINACRE cum *comm.* J. AGRICOLÆ AMMONII excusus est Basil. 1539. 8. Cum *comment.* PROSPERI CALANII Lion 1538. 8. cum aliis MAITT. Cum *comment.* FRANCISCI VALLESII Complut. 1567. 8. \*.

Parvus est libellus de causis inæqualis temperie in toto corpore, & in qua parte corporis.

Idem fuerit l. de *malitie complexionis*, cujus passim codices supersunt, ut in B. R. Par. n. 6865. & 6865. a, & in B. MERTONIENSIS COLL. n. 685.

L. *de humoribus* dixi inter HIPPOCRATICOS. In eum sunt ARCHANGELI PICCOLHOMINI Ferriensis *Commentarii* Venet. 1556. 8. BB. Totus liber non est *commentarius* in HIPPOCRATEM, sed GALENI opus. Ut humores ex se invicem generentur. Cause quæ quemque horum humorum augent. Morbi ex deficiente, aut abundante, aut locum mutante humore nati. Exarthemata cuique humori propria. Commentator totus est GALENICUS. Conf. p. 61. 62.

EJ. *de marcore s. marafmo senili* A. GADALDINO interprete. Codex est in B. D. MARCI Græcus: tum in Vindobonensi LAMBECC. L p. 181. Latinus in B. R. P. n. 6865.



Græce prodiit cum nonnullis aliis cura G. MORELLI Paris. 1557. 8.

Latine HERMANNO CRUSERIO *interprete* Paris. 1533. 4. ASKEW. TR.

Morbum in senio vitari non posse, cum humor natus perpetuo diminuat; contra Sophistam, qui homines immortales reddere volebat. Balnei usum contra PHILIPPUM defendit, & aquæ potum. Aliæ species tabis cum erysipelaceo vitio. Nihil utilius esse lacte de mamma tracto.

GAL. *de comate* a DOMINICO MONTESAURO restitutus, tum a CAIO Britannico, RICCIO, & CHARTERIO. Codex est in B. R. P. n. 6865. in Medicea BANDINI III. p. 50. hic græcus.

Coma lethargicum, phreniticum.

EJ. I. *de tremore palpitatione convulsione & rigore* J. GUINThero Andernacensi interprete, ab A. GADALDINO ad Græca exemplaria recognitus. Emendavit etiam CHARTERIUS. Verterat olim P. de APONO.

Codex Græcus est in B. D. MARCI, & duo alii in B. R. Par. n. 2271. 2269. alius in Medicea BANDINI III. p. 100.

Differre a tremore palpitationem; hujus causam esse spiritum crassum & vaporosum. Hippocraticum *ενοβριον* spiritum esse. Se in arteria convulsionem vidisse. Calorem innatum esse animum. Rigorem non a solo esse frigore, sed a pituita etiam vitrea, s. bile melancholica. Mulieribus otiosis frequentem horrorem a palmularum abusu subnasci. Ejusmodi in malo GALENUS jubet corpus calefacere & tenuare. In tertianis rigorem locum habere, non in quartanis.

EJ. *de difficultate respirationis* L. III. JANO CORNARIO interprete, ab AUG. GADALDINO recogniti.

Codices Græci in B. BODLEYANA MONTFAUCON I. p. 646, ut puto. Latinus in B. R. Par. n. 6865. Eundem puto esse, qui I. *de juramento anhelitus* B. R. P. n. 7047. 6865.

Vertente T. LINACRO prodierunt Basileæ 1536. fol. BB. Tum cum I. de causis respirationis JOHANNÉ VASSÆO interprete 1553. fol. MAIT.

Praeter physiologica agit hic de differentiis respirationis difficilis simplicibus & compositis. Libro II. de iis, quæ eo spectant in L. I. & II. Epidemicorum HIPPOCRATIS. Libro III. de iis quæ in aliis libris Hippocraticis huc faciunt. Scopus est ostendere, discrimina difficilis respirationis a GALENO proposita jam apud HIPPOCRATEM reperiri. Citat I. *de pulsum differentiis* & de *secta optima*.

L. *de multitudine* BARTHOLOMÆO SYLVANIO interprete. Vertit etiam GUINTherus & VICTOR TRINCAVELLIUS, emendavit CHARTERIUS.

Prodiit cum aliis Paris. 1531. 8. Solus ex versione J. GUINTheri ib. 1529. 4. GUNZ. 1539. 8. FALC.

Solus cum POLYBO aliisque Paris. 1528. fol. \*.

Empiricos & Methodicos non vera dedisse plethoræ indicia, & confuse de multitudine scripsisse, ideo nostrum meliora suppeditare voluisse. Non in solo sanguine, sed in reliquis etiam humoribus plethoram residere. Signa multitudinis in aliis humoribus. Citat l. *de fac. nat.* de HIPPOCRATI & PLATONIS decretis, de elementis secundum HIPPOCRATEM.

EJ. *de tumoribus præter naturam* HORATIO LIMANO interprete. Verterunt etiam AUGUSTINUS RICIUS, J. GUINThERUS & R. CHARTIER. Conf. B. Chir. I. p. 88.

Codex est in *Medicea* BANDINI III. p. 52.

Latine editus est vertente J. GUINThERO Basil. 1529. 8.

Inflammatiō, elephantiasis, tumores chirurgici. In hunc l. extat *commentarius* SIMONIS a CAMPI Neapoli 1642. 4.

GALENI *de morborum temporibus* L. I. J. GUINThERO Andernacensi interprete, ab A. GADALDINO recognitus. Verterat & N. RHEGINUS.

Græcus codex est in B. D. MARCI Veneta; in Medic. Plut. LXXIV. Latinus in B. R. P. n. 6861.

Prodiit Paris. 1529. 8. MAITT. cum aliis GALENICIS.

De temporibus in febribus intermittentibus. Ut eorum temporum initium veteres definiverint. De febribus continuis. Semitertianam, HIPPOCRATI & veteribus ignotam, sibi Romæ visam esse, etiam absque horrore. Citat l. *de pulsibus*.

EJ. *de totius morbi temporibus* J. GUINThERO interprete, a GADALDINO recognitus. Vertit & N. RHEGINUS.

Codex Græcus est in B. R. Par. n. 2269. in Medic. Plut. LXXIV. BANDINI III. p. 51.

Prodiit cum priori Paris. 1529. 8. MAITT.

Initium morbi, vigor, declinatio. De morborum lethalium temporibus.

EJ. *de typis* A. GADALDINO interprete.

Codices Græci sunt in B. R. Par. n. 2170. 2272. 2269. In *Medicea* BANDINI III. p. 139. Latinus in B. Par. n. 6865.

Non certo genuinus. De febribus intermittentibus & semitertianis agit.

Ex GALENO *περί τυπῶν* excerptorum codex græcus est in B. *Medicea* Plut. LXXIV. BANDINI III. p. 99.

EJ. *de iis qui de typis scripserunt, s. de circuitibus* J. GUINThERO interprete.

Tabula typorum secundum veteres. Eam GALENUS refutat, suamque typorum computationem opponit.

L. *de causis procatarcticis* NICOLAO RHEGINO Calabro interprete. Latinus codex est in B. R. Par. n. 6865.

Dari utique ejusmodi causas. Ut GALENUS non expectata diatrilo febres balneis febrem sanaverit. Contra ERASISTRATUM & HEROPHILUM, quorum ille causas procatarcticas nolebat in causarum censum referre, iste dubitabat.

EJ. *in primum de morbis vulgaribus* HIPPOCRATIS *librum commentarii tres* HERM. CRUSERIO interprete. Principium additum est a NICOLAO MACCHELLO Lion 1556. 8. GUNZ. Editiones vide p. 32.

Paraphrastici sunt commentarii, & parum habent Clinicæ utilitatis. In L. II. de semitertiana agitur, quæ ex bile cum crudo humore conjuncta nascatur, Romæ vulgarissima. Advenire cum horrore, accedere postridie reduplicationem cum aliqua intermissione. Lectionem codicum veterum passim castigat. Se prædixisse, ex tribus quartanis, quibus EUDEMUS tenebatur, quo ordine quæque recessura esset; accessiones ejus certis diebus recurrebant. Quartanam in epilepsia saluti esse.

EJ. *in librum tertium* HIPPOCRATIS *de morbis vulgaribus commentarii tres*, HERMANNO CRUSERIO interprete; recogniti ab A. GADALDINO.

Commentarios suos in opera HIPPOCRATICA numerosos noster recenset, qui fere ad nos pervenerunt. De significatione notarum a MEMNONE Pamphylis huic tertio l. Epidemicorum adlitarum. Passim scripturam corrigit, librum ceterum genuinum esse defendit.

EJ. *in librum sextum* HIPPOCRATIS *de morbis vulgaribus commentarii sex* JUNIO PAULO CRASSO interprete. Editiones vide p. 32.

Tabidos assa suilla nutrire suadebat auctor Hippocraticus, noster non refutat. Femina valde extenuata octavo nunc mense menstrua purgationes desiderabat; eam vehementi sanguinis missione sanavit, ut prima die sesquilibram, altera libram, tertia selibram mitteret. Judicat de variis lectionibus, & varia emendat. Caveri jubet, ne exosa aliqua in facie medici turpitudine æger offendatur. De medicorum malis moribus. Ut Alexandriae aqua refrigeretur, dum tota nocte vento exponitur. Medico quæstiones de anima supervacaneas esse. Vinum sine cibo sumtum lædere.

Scriptit hunc librum COMMODO imperante, & priores suos plurimos libros citat, etiam suos in II. l. *Epidemicorum*, & in *prædictiones* & *Aphorismos commentarios*.

Huc refero GALENI *comm.* 3. *in l. HIPP. de humoribus*, quorum passim codices extant. Græci in B. R. P. n. 2156. 2158. in Vindobon. LAMBEC. VI. p. 122. 123.

Vertit RASARIUS. In meis editionibus non reperitur. Sed spurii videntur. Conf. p. 62.

Classis quarta. Semeiotica.

GALEN. *de locis affectis* L. VI. GUILIELMO COPO interprete, cum A. GADALDINI emendationibus. Correxerunt etiam RICCIUS, J. NEBRISSENSIS.

Codices MS. Græci sunt in B. *Vindobonensi* I. VI. p. 100. in B. R. Par. n. 2157. in *Medicea* apud MONTFAUC. I. p. 387. BANDINI III. p. 131. & alius codex *de dignotione loc. adf.* BANDINI III. p. 115. Erat codex apud MICHAELEM CANTACUZENUM VERDIER. In VOSSIANA, sed lingua morbi metu ignota *Cat. B. Brit.* 2162. Latini in B. R. Par. n. 6865. a & b; in MERTONIENSI ut puto n. 685. Arabica librorum quatuor priorum versio est in B. *Escorialensi* n. DCCCXLIII. *Commentarius* AVICENNÆ n. DCCXCVII. Hebraica versio in B. *Vindobonensi* I. p. 181.

Græce prodiit cura THOMÆ PLATERI Basil. 154. MAITT. Latine GUIL. COPO interprete Paris. 1513. 4. MAITT ASK.; tum 1520. fol. MAITT. 1527. 12. TR. Lion 1547. 16. TREW. 1549. 16. \*. 1562. 16. TR.

Commentatus est in hos libros FRANCISCUS DURETUS Venet. 1557. 8. LEONHARDUS FUCHS Paris. 1554. fol. TR. JOHANNES AGRICOLA AMMONIUS 1537. 4. TREW. FRANCISCUS VALESIIUS Lion 1559. 8. LIND. In compendium redegit PETRUS SCHOTANUS Franeker 1616. 8. JOH. WOLFII *exercitationes semeioticae* disputationibus XII. *comprehense in eosdem libros* Helmstatt. 1620. 4. Notæ M. S. ÆGIDII GAUDINI sunt in B. R. Paris. n. 7032.

Inter omnia GALENI opera hoc præferimus, quod maturioris ætatis partus sit, omnibus fere aliis GALENI scriptis nuperius. Mira sagacitate, quoties in aliqua corporis parte dolor erat, aut convulsio, aut paralytis, inquirebat, quo loco veram causam mali quærere oporteret. Ita si brachium aut digitus esset resolutus, in medulla spinali fontem morbi ponebat; intestinum sanguinem profundens nunc superius nunc inferius læsum fuisse ex sanguine judicabat, ut calidus manaret floridusve. Vesicæ vulneratæ indicium ex plurimo profuente potu sumebat. Iterum ex tempore, quo pus prodiret, ex mistione cum stercore, æstimabat qualenam intestinum laboraret: meracius nempe pus & citius decessurum, ut ulcus extimo intestini propius foret. Vocis amissæ exempla ex medullæ spinalis vitio, ex nervo discerpto, cum medicus strumas evelleret. Exempla sensus amissi cum motu superstitite.

L. II. contra ARCHIGENEM sedem mali a solo dolore desinientem. GALENUM ipsum decepit dolor a pituita vitrea natus, ut calculum per ureterem transire putaret. Differentia doloris colici veri a nephritico dolore. Puer a vino vetere epoto acute laboravit & periit. Longe præstare inventionem remediorum, quæ a vera demonstratione sumitur, præ empirica altera, quæ sola experientia nititur.

L. III. suum semper studium summum fuisse, ut verum locum adfectum de-  
tegeret. Malum hypochondriacum inter capitis morbos relatum. Variæ ima-  
ginationes maniacorum. Humor morbificus aliunde in epilepticis ad caput ad-  
scendens. A scorpii ictu magna symptomata, cum tamen parcissimus humor,  
& in aculeo nullum conspicuum foramen sit. Qui a vipera ictus digitum ex-  
templo abscidit, felici eventu. Theriacam adversus viperarum morsus laudat.  
Singultus ab acri humore in ventriculo hærente: a pipere deglutito in ipso GA-  
LENO. Antiqui in vertigine arterias temporum secabant. Noster hominem, cui  
aliqui digiti resoluti erant, medicamentis ad cervicem admotis curavit.

L. IV. suffusio periodica ex ventriculi vitio. Ut initium suffusionis vino  
absinthite sanaverit, emendato ventriculo. Phrenitici: sibi id malum immi-  
nuisse, cum floccorum evulsionem in se ipso perciperet: eum vero retinuerat ra-  
tionis usum, ut medicos de imminente malo ipse moneret. Gibbi ratio. Ex  
subito frigore lotii incontinentia & sæcum, calore superata. Ulcus epiglottidis  
nonnunquam vidit, & grandines de pulmone rejectas. ANTIPATER, cum sanus  
videretur, sed pulsus esset inæqualis, extinctus est. Cum palpitatione cordis spi-  
randi difficultatem conjungi.

L. V. inflammato corde gladiatores nonnunquam perire; ab ea causa car-  
diacam syncopen fieri. Quibus cor exterius tantum læsum fuit, eos biduo fere  
supervivere, mentisque manere compotes, denique ex cordis inflammatione in-  
terire. De viis, per quas humores in pectore contenti exspuuntur. Icterus ex  
viperae morfu natus. A pulmonis ulcere abscessus abdominis. Ut coram GLAU-  
CO philosopho noster jecur adfectum sine mora adgnoverit, cum vitium in pul-  
mone esse alii autumarent. Cordis tunicæ in simia hydatis, & in tunica cordis  
scirrhus visus.

L. VI. esse qui lapidem de ano decedentem viderint, se quidem non vi-  
disse. De pilis, sæpe prælongis, per urinam decedentibus. Dracunculi in ti-  
bia, Arabiæ morbus, nervosi lumbrici similes. Diabetes. Urethra obstructa a  
pure, a sanguine. Vomicae etiam per renes expurgari. Malum hystericum. In  
viro a retento semine appetitus destructus. Solus ex animalibus canis in rabiem  
vertitur; ejus etiam spuma inficit. Penis rigidus ab abstinentia a venere. Ita  
morbos fere singularum partium corporis percurrit. Pleraque priora sua opera  
citat, & ubique proprias adnotationes adspersit.

Varii de *pulsu* libri, dicti quidem in anatomicis, tamen etiam huc faciunt,  
cum pulsus, & apud GALENUM etiam potissimum, ex præcipuis signis sit.

C. GALENI de *pulsibus* l. ad *tirones*, HERMANNO CRUSERIO interprete. Idem  
qui de *pulsu* ad TEUTHRAM in B. *Vindob.* L. VI. p. 94.

Præter physiologica huc faciunt, quæ GALENUS habet de causis mutatio-  
num pulsuum a variis vitiis; de pulsu in variis morbis vario, de pulsu molli  
peripneumonix, qualis etiam in lethargo sit, nisi quod celeritate superet.

Ej. *de pulsuum differentiis* L. IV.

Editiones vide in *B. Anat.* I. p. 102. fqq. add. codicem in *B. Medic.* PLUT. LXXIV. Multa discrimina & subtiles pulsuum compositorum classes. Pulsus varii vitiosi & morbofi, vermicularis, formicans, convulsivus, caprizans.

In L. II. multa in ARCHIGENEM, qui pulsuum discrimina & nomina non bona dederit. Sic L. III. quod vehementem pulsuum ignoraverit & languidum. Adversus pneumaticos de pulsu pleno & vacuo. Sic L. IV, in quo compendium reperias omnium, quæ priores fere medici de pulsu reliquerant.

*De dignoscendis pulsibus* l. IV. iterum HERMANNO CRUSERIO interprete.

Quatuor elementa hujus dignotionis. De contractione fufe, quæ in pulsu fit. L. II. de distentione, magnitudine, eorumque contrariis. Sic L. III. de celeritate. L. IV. de ictu, pulsu pleno & vacuo. Rhythmus.

*De causis pulsuum* L. IV. pariter HERMANNO CRUSERIO interprete.

Causæ mutationum, quæ in pulsu percipiuntur, accelerationis, inæqualitatis; sic per singula, ut pulsus mutetur ex rebus non naturalibus, ex morbis, iisque singulis.

EJUSDEM *de præcognitione ex pulsibus* L. IV. HERMANNO CRUSERIO interprete.

Codex MS. Græcus est in *B. D. MARCI.* in *Medicea* BANDINI III. p. 121. & in *B. R. P.* n. 2157. 2161. & Latinus ib. 6865.

Ut GALENUS ex pulsus augmento hominem convicerit, medicamentum sumsisse qui negabat: in contentione enim, cum vellet vera negare, pulsus fiebat inæqualis. Per subtiliter denuo de pulsuum differentiis, & de cujusque pulsus significatione. Intermittentem pulsuum, omnino ut Sinenses, inter periculosos numerat, ut vix putet evadere vitalem, cui per duo intervalla pulsus intermiserit, hic manifesto nimius, cum mihi multis sæpe diebus tertius, aliquando secundus pulsus defuerit. Intermisiones in universum frigiditati imputat. Dicrotum pulsuum cordis intemperiei adscribit, dicrotos vero tres distinguit, duos mollesque. Sic de aliis pulsibus vitiosis eorumque causa quærit. Pulsus decurtatus. Pulsus a calore, a frigore, ab earum intemperierum in corde & in aliis corporis partibus proportione. Februm ex pulsu dignotio. Pulsus a vitio pulmonum, jecoris, aliarum partium corporis, etiam meningum.

Omnes isti hætenus recens libri cum l. *de pulsuum usu* THOMA LINACRO interprete, prodierunt Paris. 1532. fol. HERMANNO CRUSERIO interprete Libri XVI. Paris. 1532. 4.

Excerpta *de pulsibus* ex GALENI & THEOPHILI scriptis sunt in *B. R. P.* n. 2178. Græce.

GALENI *de crisi* libri III. NICOLAO LEONICENO interprete. Emendavit A. GADALDINUS, & cum MS. cod. contulit R. CHARTIER.

Interprete

Codex Græcus est in B. D. MARCI, tum in Vindobonensi I. p. 181. duo alii in B. R. P. n. 2246. 2272. alius in Medicea Plut. LXXIII. In B. Coll. *Mertonensis* codex est, ut puto latinus n. 685, in B. R. P. n. 6865. a. certius. Arabicus in B. *Scorialensi* n. DCCXCVII. & denuo DCCCXLIII. Hebraicus in B. *Vindob.* I. p. 181.

Prodiit interprete HIERONYMO BONIPERTO *cum animadversionibus in alias versiones* Venet. 1547. 4. GUNZ.

NIC. LEONICENO interprete, recognitus per JOHANNEM HETEROPOLITEN (Halberstatt). Paris. 1514. 4. MAITT. 1528. 8. MAITT. 1530. f. ID. 1542. f. TR. Porro Lion 1543. 16. 1558. 12.

In hunc librum NICOLAI de ANGLIA commentarius MS. latinus est in B. R. Paris. n. 7015. Alius comment. ANTONII LODOVICI Ulyssipone prodiit 1547. fol. Tum HIERONYMI BONIPERTI *commentarius* Venet. 1543. 8. quem diximus, & 1547. 4. GUNZ. & FRANCISCI SANCHEZ *commu.* Tolet. 1636. 4.

Commentarius fere est in HIPPOCRATEM. Libro I. egit de morborum temporibus, initio, progressu, statu. De adgnosendis incipientis morbi signis. Primum de urinæ subsidentia & optime scripsisse HIPPOCRATEM. Præfagia coctionis celeris & tardæ.

In L. II. de febribus intermittentibus & earum quaque dignoscenda agit: tunc de febribus continuis. Febrem ex semitertiana & tertiana compositam statuit, quarum altera cito remittat, altera fortior & diuturna sit. Febris ephemera.

L. III. signa abscessuum criticorum. Signa crisis futuræ, & diei, in qua expectari debeat. Esse ubi crisis a die tertio in quartum & quintum transeat. Multos se vidisse in declinatione particularium accessionum perire.

Ej. *de diebus decretoriis* l. III. J. GUINThero interprete, ab AUG. GADALDINO recogniti.

Codices Græci sunt in B. R. Par. n. 2272. 2246. In B. D. MARCI Veneta, in B. *Vindobonensi* I. p. 181. In Medicea excerptum ex his II. Cl. BANDINI III. p. 100. In MERTONIENSI B. codex n. 685. nescio num latinus. Arabicus in B. *Scorial.* n. DCCXCIII. in B. R. Par. vertente HONAIN f. ISAACI MONTFAUCON I. p. 315.

Seorsim cum nonnullis aliis prodiit Paris. 1528. 8. (alii 1529. 8.) Paris. 1530. 8. MAITT. JOHANNES GUINThero interprete Basil. 1554. Lion 1550. 16. TR. 1553. 16. \*

*Recens latini facti & commentariis illustrati a JOHANNE LALLAMANT Heduzæ*  
1578. Lion 1579. 4. BB. Lego etiam Genevæ 1579. 4. GUNZ.

In solum L. III. HIPPOLYTI OBICII est commentarius.

Epitome per J. MORISOT Basil. 1547. 8. GUNZ.

GALENUS dies criticos defendit in univcrsum, tum potissimum principes illos, septimum, decimum quartum, vigesimum, trigesimum quartum, quadragesimum. Signa decretoria adparere quarto & undecimo. Quartum esse indicem septimi. Se plures quadringentis ægros vidisse septimo vel nono judicatos, alios 14mo, 20mo. Autumno omnes ægros undecimo judicatos fuisse. Cause, quare vigesimum præferat vigesimo primo. Lunam cum crisi bus connectit. Sed etiam potestates bonorum malorumque signorum, in quibus lucta sit, conatur defendere. Plurimis annis se ad hanc rem attendisse, & constanter reperisse, sexto cum periculo, septimo die optimis auspiciis crisi n advenisse, duodecimo crisi n nunquam fuisse nisi obscuram.

LALLEMANTII fufiffimi sunt commentarii. Longus sermo de anni apud veteres ratione. De septimestribus & octimestribus fetibus fufe, & de formatione maris & feminæ. Unica historia morbi, non magni momenti.

GALENI in L. I. *prorrheticorum* HIPPOCRATIS commentarii J. VASSÆO interprete.

Citat tamen libros suos *de locis adfectis*, ut hoc opus inter novissima sit Galenicorum. Hydrophobiam longo tempore latere posse. Nigra urina diluti atramenti similis funesti fuit eventus, cum male THESSALICUS medicus GALENI metum derideret. Somnus unius diei, etiam duorum, pueris nonnunquam salutaris; hoc verissime. Catochi descriptio.

Spurium esse puto.

EJ. *commentarii tres in Prognostica* HIPPOCRATIS (nempe librum *πρόγνωσησικων*) LAURENTIO LAURENTIANO interprete.

Citat multos suos libros, etiam *de diebus decretoriis*. Paraphrasis.

Cum notis CHRISTOPHORI de VEGA prodiit Lion 1551. 8. B. Tig.

EJ. *de præcognitione ex insomniis* AUGUSTINO GADALDINO interprete.

Græci codices sunt in B. R. P. n. 2269. 2276.

Vertit & explicavit LEONHARDUS JACCHINUS Lion 1540. 4. Vertit & edidit etiam JUSTUS VELSIUS Antverpæ. 1544. 8. \*. Prodiit etiam Lion 1549. 16.

Parvus libellus. Ut oriantur insomnia a flava bile, ab atra. Ut ante crucis resolutionem præcesserit somnium de lapide, quo crus fractum fuerit. Ut sanguinis fluxum somnium portenderit, in quo ægro videbatur, se in sanguine stare.

EJ. *de præcognitione ad EPIGENEM*, JULIO MARTIANO ROTA interprete.

Codex latinus est in B. R. Par. n. 6865.

Tom. I.

Ii

Vertit



Vertit etiam J. GUINTHERUS, emendavit R. CHARTERIUS.

Prodiit LEONARDO JACCHINO interprete cum explanationibus 1540. 4. MAITT.

Is fuerit l. *de præfagitione* Venet. 1498. fol. G. VALLA interprete.

Liber omnino memorabilis, quo magna pars vitæ medicæ GALENI describitur, & ostenditur, quantum in dignoscendis & prædicendis morbis valuerit. Placet sententia, bonos medicos DEO gratos esse & acceptos. Multa in medicos Romanos, cum quibus, MARTIANO etiam & ANTIGENE, perpetuæ GALENO lites fuerunt. Celebria illa præfagia, quæ alias citavimus, ut de EUDEMI tribus quartanis: de femina PYLADEM amante: de servo ex metu melancholico: de BOETHI filia clam vetita devorante: de BOETHI delicata uxore, aliis a priorum medicorum consiliis auxiliis curata; de facile sanata ANTONINI febre, & de SEXTI, MARCI filii, recidiva prævisa, deque fratris COMMODI salutarî hæmorrhagia &c.

Classis verius omnino sexta est, etsi vulgo quintam vocant, qua materies medica traditur & Pharmaceutica.

GALENI *de simplicium medicamentorum facultatibus* L. XI. Editiones vide in B. Bot. l. p. 112. 118.

L. I. disputat de facultatibus medicamentorum, potissimum aquæ & aceti, quod non sit calidum. De siti aliqua. Veteres aliquos de viribus medicamentorum refutat. Medicum curare facultates medicamentorum, relativas ad hominis naturam, non quales sunt absolute.

L. II. contra veteres docet, ut oporteat facultatem medicamenti perspicere. Plerisque externis qualitatibus medicum in eâ indagine uti non posse. Fusissime de oleo adversus ARCHIDAMUM. De lacte aliqua. De lavandis & de dealbandis medicamentis. Oleum neque siccare neque humectare. De oleo rosaceo.

L. III. de actione simplicium medicamentorum, quæ pendeat a calore, frigore, humore, siccitate. Dari medicamenta, quæ duas ex contrariis qualitatibus possideant, brassicæ exemplo. Iterum oleo corosaceo. De pharmacis nimis frigidis & deleteriis. His in hypothesebus fusc GALENUS se agitat.

L. IV. de particulis tenuibus crassisque: de odoribus & saporibus: de mutationibus saporum, per præparationes arte factas. Calidissima esse quæ acerrima.

L. V. de principiis agit facultatum, quæ sunt in corporibus, post illas simplices, calidum, frigidum &c. Emollientia. Scirrhi natura. Ut suppurantia a mollientibus differant. Indurantia. Purgantia calida esse, & tenuium partium. Diuretica. Escharotica, inter ea Arsenicum. Adtrahentia. Ut a primis facultatibus secundæ fluant. Quatuor ordines calidi, frigidi &c.

L. IX. de terreis & metallicis. Horum ex fossili classe simplicium medicamentorum GALENUS quam plantarum peritior fuit, & in iis colligendis atque cognoscendis plus posuit laboris. Ita, ut terram Lemniam accuratius sibi redderet perspectam, insulam adiit, & ipsam terram prope civitatem Hephæstiadem vidit

vidit effodi, quæ triplex effat, & de rubricæ genere. Ita in Cypro infula prope Solos fodinas æris adiit, vitrioli præparationem vidit ex aqua proprii lacus viridis, quæ vitriolo imbuatur; idem fory vidit in chalcitin abire, hanc in misy. Sodomæum etiam lacum adivit, ut bitumen videret & salem, qui ex eo lacu coquitur. Ægyptios hydropicos bono cum successu undique se luto oblinire. Terram Lemniam adversus venena valere, bolum Armenam ad pestem, hoc suo etiam experimento. Bitumen Sodomæum, cum medicamento barbaro mistum, potentius ficcare. Aphrolitrum aliud esse ab Aphronitro. Diphryges vulnera valide ficcare. Cadmiam montanam ubique reperiri, quæ vero a fornacibus dicatur, raro & in Cypro. Molybdænam prope Ergasteria inter Cyzicum & Pergamum inveniri. Pompholygem fieri usta in fornacibus Cadmia. Alium a Chalcantho florem aeris facit. Hydrargyrum se animali propinasse, neque nocuisse.

L. X. pertinet ad medicamenta ex animalibus sumta. De sanguinis columbini ad ossa fracta utilitate. Vis moderata sanguinis, lactis, casei, ad vulnera curanda. Butyrum non ex capræ folius & ovis lacte parari, sed ex vaccino pariter, contra DIOSCORIDEM. Bilis utilitas. Caninum stercus ad maligna ulcera valere, caprillum ad icterum. In Mysia bubulo fimo homines se oblinire, deinde foli exponere. Gallinaceum stercus adversus fungos prodesse.

L. XI. piscium & amphibiorum utilitates. Ut casu viperæ carnis ad lepram curandam potestas innotuerit (a): ut ex ea carne trochisci parentur. Cancros ustos adversus canis rabidi morsum valere. De torpedine adversus capitis dolorem admovenda GALENUS cogitavit. Spongia recens ad sanguinem compescendum utilis. Cantharidum vis, qua urinam sanguine tingunt; de potestate vesicas excitante nihil adfert (b).

Superstitioni viri tribuas, quod libro VI. pæoniam adpensam comitali morbo opponat: quod filum rubrum, quo viperam perforaveris, ad morbos faucium ajat valere; quod annulo cum jaspide insculpto ad sanguinis profluvia multum tribuat (c). Reliqua sunt botanica.

Multos citat libros suos, inter eos *methodum medendi*, & promittit II. in THESSALI & THEMISONIS sectam.

L. *de succedaneis* in botanicis diximus. Pertinet tamen etiam ad mineras. Ita pro Alie lapide salem ammoniacum tostum substituit, alium utique a nostro, & alias gagaten: pro cantharidibus phalangia: pro castoreo silphium aut agallochum, pro stibio aeris squamam, pro sulphure vivo sandaracham.

G. VALLA interprete prodiit Venet. 1498. fol. BUNAU.

li 2

Ej.

(a) exstat & apud AETIUM I. 2. c. 170.

(b) De iisdem locus est apud AETIUM I. 2. c. 174. abjectos fuisse pedes cum alis. Et c. 175. de cancris ustis adversus morsum canis rabidi, quibus cum suis præceptoribus usus sit.

(c) L. IX.

EJ. *de purgantium medicamentorum facultate* JULIO MARTIANO ROTA interprete. *De qualitate purgationis* vertente J. FRANCISCO LOMBARDO. In *Thefauro Ital.* GRÆVII T. IX. P. IV.

Prodiit etiam Paris. 1528. 8. LAMB. & vertente J. POLLTO Patif. 1544. 4. \* & Basil. 1544. 4.

Codex MS. Græcus in B. Medicea BANDINI III. p. 122.

Vires medicamentorum purgantium non poni in mutandis humoribus, sed in eorum adtractione. Cuique medicamento purganti vim inesse, quæ hunc, neque alium humorem adtrahat, contra ASCLEPIADEM. Esse etiam, quæ solum sanguinem trahant. Ejusmodi herbam usu detectam esse, auctorem vero experimenti supplicio adfectum, ne noxiam potestatem divulgaret. Se icterum sanasse, solis bilem ducentibus, hydropem aquam solam trahentibus. Se aptis purgantibus medicamentis maximos morbos curasse, diuturnos capitis dolores, rheumatismos, visum obscuratum, insaniam, epilepsiam, melancholiam, fluxum muliebrem nimium.

EJ. *de theriaca ad PISONEM*, JULIO MARTIANO ROTA interprete.

Editiones vide B. Bot. I. p. 113. 118. 120.

PISONEM testem citat, qui se viderit in theriaca præparanda laborantem. Experimento bonitatem medicamenti explorari; Gallos a serpentibus coram morde, deinde theriacam propinari, eos servari oportere, qui legitimam acceperint. Ut theriacam MARCUS imperator amaverit. Simplicia componi, dum aliam partem sæpe lædant, quæ aliam juvant: ex commistis vero simplicibus medicamentis novam vim exsurgere. ANDROMACHI carmen, quo medicamentum suum NERONI obtulit. Mors CLEOPATRÆ, ut vulgo narratur. Viperam minus quam alios serpentes noxiam esse. Se ANDROMACHI compositionem præferre. Compositio theriacæ ejusque medicatæ vires, quas plurimas recipit, etiam ad curandum hydropem. Salis theriaci compositio.

EJ. *de usu theriacæ ad PAMPHYLIANUM*, JULIO MARTIANO ROTA interprete. GALENEN ANDROMACHUS auctor dixit, CRITO secutus theriacam. In tabe prodesse.

EJ. *de antidotis* libri duo.

Conf. iterum B. Bot. I. p. 114.

Pertinet etiam potissimum ad vitam GALENI. Pro Augustis se post DEMETRIUM theriacam præparasse. Accurate de iis, quæ theriacam ingrediuntur, melle, vino optimo. Iterum carmen de theriaca ANDROMACHI senioris, tunc quæ junior ANDROMACHUS addiderit. Præparatio pastilli viperini, scillini, hedychroi. Imperatorem hic SEVERUM citat, cui ex cinnamomo ab ADRIANI tempore

tempore reposito, theriacam præparaverit. Selectus simplicium medicamentorum, quæ Theriacam ingrediuntur. DAMOCRATIS theriaca & CRITONIS.

L. II. variæ antidoti, MITHRIDATIS, aliorum, potissimum etiam DAMOCRATIS. Remedia adversus venena.

Ej. *de antidotis* fragmentum, in eo etiam carmen ANDROMACHI de theriaca, in B. Vindob. LAMBECC. VI. p. 143.

GALENI *de compositione medicamentorum secundum locos* libri X. JANO CORNARIO interprete, a NICOLAO MACCHELLO ad Græcorum exemplarium fidem recogniti, demum per CHARTERIUM emendati.

Editiones vide in B. Bot. I. p. 114. 118. 119. Recensui ibid. p. 114. Addo pauca.

L. I. ut ipse sibi suffecerit GALENUS, & cum nulla ad manus esset charta usta, ipse exufferit; ut pauperes sublevaverit. ARCHIGENIS compositionem ex sempervivo & cerussa carpit.

L. II. plethoram fieri aut ex sola sanguinis abundantia, aut ex adauctis humoribus. In Ægypto ad refrigerium capitis totam noctem sub dio degere oportere. Cavendum a mandragora & papavere, quæ nimium refrigerent, lactucam utique admitti posse. Consilia GALENI ad dolorem capitis ex meri potu subortum. Ut hieram correxerit. Seden diuturnæ cephalæ etiam intra caput esse. Metasyncriticam curationem methodicorum ad inveteratos eos dolores laudat. Dactylos nonnullis & myrrhæ odorem dolorem facere capitis. Ætiologia morborum. Hemicraniam a plerisque prioribus medicis neglectam fuisse.

L. III. ad mala aurium & narium. Inflammatis auribus se nulla medicamenta instillare. Quando a frigore malum est, utique euphorbio utitur. Pastillus GALENI ad ulcera, ex charta usta paratus. Adversus vermes, in aures veratrum inmittit. Dolorum aurium classes secundum causas. Earum ulcera. Inflammatas aures quietem poscere. Surdastri excitato motu egent. Propria GALENI ad ozænam & narium ulcera consilia.

L. IV. classes morborum ocularium, morbique singuli, cum GALENI consiliis. Arterias temporales excindit. Acria adhibet, & ipsum arsenicum in psoricis. Multum in collyriis glaucio indulgebat (\*). Ad suffusionem fel hyænxæ.

L. V. in dentibus experimentum in se ipso fecit. Inflammatis adstringentia aut valde acria non convenire. Dentes nimis longos jubet lima diminuere, suum citat dentifricium.

L. VI. adversus oris adfectus. Ut hortulanum curaverit, quem uva pene suffocabat. Diameron, diaphœnicon, sic dianucum, parabilia describit, in pauperiorum medicorum usum paranda. Stomatica minus ingrata varia excogitavit. Ad crustas in ore proprium medicamentum. Adversus putredinem atramentum

(\*) apud AETIUM L. II. 3. c. 100.

mentum futorium laudat, ad aphthas misy. Nullam pharmacorum esse utilitatem, nisi recta ratione adhibeas.

L. VII. morbi ad respirationis organa spectantes. Arteriaca, dulcia. Proprium GALENI diacodium. Boli ad sanguinis sputum. In malis pectoris quando diacodio locus sit, quando opio.

L. VIII. morbi ventriculi & hepatis. Contra valida narcotica. Corpus humanum inde aliquid mortificationi simile pati. Stomachicum suum ex malis cotoneis. Hepatica.

L. IX. ad hydropem externa medicamenta, qualia eo ævo solebant adhiberi. Colica; anodynorum princeps Philonium. Ad dyfenteriam, hæmorrhoidum, partium genitalium mala, ad priapismum.

L. X. ad renum mala: arthritidem, podagram, tophum. In rheumatismo sanguinem mittit.

GALENI de compositione medicamentorum secundum genera L. VII., nempe externa fere, emplastra, malagmata. Hoc opus potissimum pharmaceutici est argumenti. Dixi ea B. Bot. I. p. 116. Addo aliqua. Vertit J. GUINThERUS, recognovit AUG. GADALDINUS.

GALENUS duos alios ejusdem argumenti libros scripserat, qui cum templo pacis conflagrauerunt.

L. I. tenendas esse facultates medicamentorum, & gradus caloris, frigoris, humiditatis, siccitatis. Inde sequi necessitatem compositionis. Si nullum habeatur medicamentum, quod accurate quarto gradu caleat, & tamen ejusmodi medicamento egeamus, potest suppleri ejus defectus duobus medicamentis, quorum unum quinque, & alterum tribus gradibus caleat. Vicissim componenda esse medicamenta, ut nimia alicujus simplicis medicamenti vis mitigetur. Ipse noster emplastra composuit, exemplo ejus, quod ex chalcitide paratur; modum coquendi & rationes addit componendi. Ipse cum ulcus femoris passus sit, etiam fistulam, sanatus est solis illinitionibus, cum incisionem molirentur. Emplastrum phoeniceum GALENI. Aliud, ex oxelæo & lithargyrio compositum, quo fistulas sanavit. De lithargyrio fuse, ut lavetur. Cerusiam præparari in Dicæarchia. Ut emplastra alba ad ulcera urethræ coquantur. Hic etiam *methodum medendi* citat, & *simplicium med. facultates*.

L. II. emplastra viridia, melina, gilva. Iterum, ut ipse medicamenta composuerit. Fortia medicamenta mitigari, dum plusculis diebus cum aceto teruntur. Ut cum ærugine emplastra parentur: ea diutius cocta gilva fieri. Catagmatica. Glutinantia. Barbara, hæc ex bitumine.

L. III. ad nervorum vulnera. Sæpe se vidisse tendinum vulnera in gladiatoribus male curata, ut quasi in aqua cocta adparerent: non separat tendinum mala a nervorum lesionibus. Rhopopolas medicamenta contaminare. Ad nervorum mala oleum debere calidum esse: admiscet etiam euphorbium. Ejus loco,

cum

cum nullum in agro ad manus esset, se usum esse propolide cum fermento vel oxelæo. Se curationem vulneratarum nervorum invenisse, cum 28. annis non major in patriam Alexandria reverteretur. Varia exempla curationum in ejusmodi vulneribus feliciam. Hic liber cæterum est fere chirurgici argumenti.

Sic fere L. IV.

L. V. emplastra varii usus: historia auctorum hujus materiæ medicæ. Empl. de falicibus, in quo etiam metallica siccantia.

L. VI. emplastra polychresta debere ex pluribus simplicibus medicamentis componi. Ut plumbea medicamenta coquantur. Pondera Romanorum. Medicamentorum virtutes primæ, elementares; secundæ, ut molliendi vis, aut digerendi: tertiæ: ut glutinandorum vulnerum.

L. VII. pathologia scirri. Mollientia, relaxantia, acopa. Totum opus ex HERA, ANDROMACHO, ASCLEPIADE collectum, nihil ex ARCHIGENE.

GALENO falso adscriptus liber *de ponderibus & mensuris*, AUGUSTINO GADALDINO interprete.

Græce & latine cura H. STEPHANI cum thesauro.

Latine vertente J. GUINThero Basil. 1530. fol.

Codex est in B. Brit. cod. n. 3637, si recte lego, & in Medicea III. p. 51. Pondera humidorum, solidorum, & mensuræ.

Classis septima, vulgo VI, quæ pars est Therapeutices in curationibus chirurgicis occupata.

L. *de birudimibus, revulsione, cucurbitula, scarificatione*, FERDINANDO BALAMIO interprete.

Conf. B. Chir. I. p. 83. Venet. 1537. 12. Adde aliqua. Asthma GALENUS in fene scarificando sanavit. Humores sursum fluentes, ad inferiora oportet revellere, & vicissim. Utilitas scarificationis in partibus phlegmate laborantibus, induratis. Non laudat venæ sectionem crebro repetitam.

*De venæ sectione adversus* ERASISTRATUM, JOSEPHO TECTANDRO interprete.

ERASISTRATUM cum ad omnia se dimitteret, tanti auxilii nunquam meminisse, nisi semel & obiter, cum de sanguinis rejectione ageret. Se in spasmo, in suppressis mensibus, etiam in hydrope, cum fructu sanguinem misisse. Objectiones ERASISTRATI refutat. In plethora nihil venæ sectione efficacius, neque in ediam sufficere. Balnea in fluxione sanguinis contraria esse.

*De venæ sectione adversus* ERASISTRATEOS, qui Romæ debebant, JOSEPHO TECTANDRO interprete.

Codex Græcus est in B. D. MARCI.

In GALENI de venæ sectione l. scholia sunt J. BAPT. PERSONÆ

Exempla

Exempla ægrorum, qui Romæ perierint, quod venæ sectio prætermiffa fuiffet. Ut nofter mulierem, cui ex retentis menftruis purgationibus angina fupervenerat: & fanguine per exercitationem in caput congefco per fanguinis miffionem fato eripuerit. Alia femina retentis menfibus laborans a natura fanata eft excitata narium hæmorrhagia. ERASISTRATI ægrotos aliquos per eum ipfum errorem & intermiffam fanguinis miffionem periiffe. Non fecuiffe venam ERASISTRATUM, etfi feftatores fecuiffe contendant. Inedia plethoram male tentari, effe ubi nocuerit, ubi epilepfiam fecerit.

*De curandi ratione per fanguinis miffionem* THEODORICO GERARDO interprete.

Codex Græcus eft in B. D. MARCI Veneta: in Medicea III. p. 122. Latinus in B. R. Par. n. 6865.

Prodiit Parif. 1530. MAITT.

Latine vertente THEODORICO GOUDANO Venet. 1537. 12. TR. LEONHARDO FUCHS Lion 1550. 16. \* & G. PATIN Parif. 1649. 8. curante LUDOVICO BAVOT in GUIBERTI collectione.

Cum duobus prioribus conjunctus libellus prodiit J. TECTANDRO interprete Lion 1549. 12. *De venæ fectione* L. II. Bafil. 1532. fol. fuerint priores duo de VS. libelli.

Gallice, *Part de guerir par la faignée* Paris 1603. 12. RAST. vertente eodem LUDOVICO BAVOT.

Commentarius FERDINANDI MENAE prodiit Turin 1589. 12. In eum libellum fcholia sunt latina cum notis HIERONYMI NUNNII RAMIREZ Lisbon 1608. 4. B. BODL. & MELCHIORIS SEBIZ Argentor. 1652. 4. \* qui *problemata phlebotomiae ex eo l. depromta* & *ad materiei gen. divifa dedit* Argentor. 1631. 4.

Codex MS. commentarii EMANUELIS FRANANDEZ de MOURA exftat CAP. d. VII.

Post paulo priorem libellum fcriptus eft, ipfo GALENO teftè. De plenitudine propter quam venam oportet fecari. Plethora ad vafa, & ad vires. Plethora cum tenfione conjuncta nunquam non venæfectionem poſcit. Se podagram fanaffe, alvo verno tempore ducta, aut fefta vena. Inflammatis partibus fanguis a dolore adtrahitur. Obefis rectius malleolos ſcarifari. Sæpe ſe narium hæmorrhagiam venæ fectione compeſcuiffe: fimul & artubus vincula injicere. In acutiſſima febre ſex fanguinis cotylas prima die detrahi debere. Sex libris fanguinis eductis, febris utiliter ſuppreſſa. Ophthalmiam, a medico ERASISTRATEO male curatam, GALENUS emiffis tribus fanguinis libris compeſcuit. Ad pulſus imminutionem adtendendum eſſe: nam novit GALENUS periiffe ægrum, dum fanguis de vena ultra menſuram fluebat. Ex vena ſub lingua & ad oculorum angulos, nulla memorabilis fanguinis copia educi poteſt. Cucurbitulæ nofter etiam meminit ad latus ſiniſtri hypochondrii admotæ. Sanguinem ex dextra manu miſſum lienem levare, ſeque bono eventu lienofis libram unam fanguinis emiſiſſe.

In

In pleuritide venam fecandam e directo. Mediocris venæsectio iteranda. Morbi partium superiorum levantur vena cubiti incisa, inferiores secta poplitea, ut GALENUS omnino derivationem commendat. Ischiadas unica venæsectione sanatas fuisse. Sanguinem ex utero ruentem, qui non sit menstruus, utique sisti debere. Esse mortales, qui repetitas venæsectiones non ferant. Arteriæ in temporibus & post aures utiliter inciduntur. In cubito casu violata arteria vinculo injecto sæpe a GALENO absque anevrysmate ad sanitatem reducta est. Melius arteriam totam diffecari. Ipse sibi somnio jubente venam inter indicem & pollicem secuit, ita dolorem sustulit, ea sede fixum, qua septum est transversum. Sæpe cum fructu occipitis arterias incidit.

In *prefatione* testatur FUCHSIUS, innumerabiles se errores castigasse, & de VATICANIS exemplaribus queritur.

De venæsectione fragmentum ex HIPPOCRATE, PAULO, GALENO, &c. Gr. lat. edidit CHARTERIUS, & est in B. R. Par. n. 2269. in Medicea ut puto III. p. 122. in Vindobonensi VI. p. II. p. 123. An l. de Phlebotome B. Taurinens. p. 70.

*Octava classis*, vulgo septima, iterum confusa ex duabus classibus, therapeutica nempe & chirurgica. Admisti sunt etiam libri spurii.

Ad priorem pertinet ingens GALENI opus, *methodus medendi*, a NICOLAO LEONICENO conversa, & ab AUG. GADALDINO ad græcorum codicum fidem emendata.

Ex præcipuis GALENI operibus, sæpissime recusum & commentariis illustratum fuit.

Codices Græci sunt in B. R. Par. n. 2160. 2162. 2171. in B. D. MARCI. In Medicea totum opus apud BANDINI III. p. 53. Codicis meminit MAZUCHELLI, ex quo perfici posset, quod deerat in versione BURGUNDIONIS. Latine, ut puto, in B. Norfolk n. 3443. In CAL. GONV. n. 946. 947. Latine in B. R. Paris. n. 6865. a. Libri 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & pars 16. Latine (libri vulgo tantum 14. numerantur) in B. CAL. GONV. n. 947. Tres libri primi Græce B. R. Par. n. 2157. Libri quatuor in B. R. Par. n. 2169. Liber tertius solus Græce B. R. Par. n. 2232. Hebraice in B. Vindob. I. p. 181. Hebraice, ut puto, libri VI. priores CASIRI n. DCCXCVIII. & paraphrasis in libros de arte medendi, auctore ABU AMRAM MOYSE BEN OBEIDALLA BEN MAIMON Cordubensi.

Commentarii X. in hoc opus ABU BETRI RAZIS in B. Scorial. CASIRI n. DCCXCVII.

Non aliam puto esse *Megatechnen* GALENI, cujus codex, latinus ut puto, est in libris CAROLI THEYER Cod. Brit. n. 6603. & in B. CAL. GONV. *Cantabr.* n. 955.



*Flores septem posteriorum librorum de methodo medendi* MS. sunt in B. R. Par. n. 7047. latine.

Prodiit GALENI opus Græce Venet. 1500. f. MAITT.

Latine THOMA LINACRO interprete Paris. 1514. f. 1519. f. TR. MAITT. 1526. 8. 1530. 8. MAITT. 1538. 8. B. NEAUME. Venet. 1527. 4. Basil. 1529. 8. Lion 1546. 16. \*. 1549. 8.

Commentatus est, & scholia addidit, J. AGRICOLA AMMONIUS Augspurg 1534. 8. FALC.

Commentatus est etiam LUDOVICUS LEMOS Salmantic. 1581. fol. tum CASPAR HOFMANN, cujus paraphrasi titulum fecerunt, *praxis medica curiosa* Frf. 1680. 4.

In sex libros priores commentarii sunt FABII PACII Vicetiae 1598. fol. HOTTON. & in *septimum* 1608. fol.

In VII. librum *questiones physico medicae* &c. FABII PACII Vicetiae 1609. fol. 1608. fol. TREW. An diversum opus?

In disputationes 14. resolvit, & cum prolegomenis edidit MELCHIOR SEBIZ Strasburg 1639. 4. & *collegium therapeuticum 25. disputationum ex GALENI methodo medendi desumptum* IDEM Strasburg 1634—1638. 4.

*Tabulas curationum & indicationum ex proluxa GALENI medendi methodo, in summa rerum capita contractas excudit* J. FRELLON bibliopola Lion 1554. 4.

*Introductionem brevem in methodum generalem dedit* GALENI JAC. SYLVIUS. *Methodicam periochen* CRATO Basil. 1563. 8.

*Periochen in VII. libros priores* ANTONIUS de MERY Paris. 1534. 12.

Gallice Paris. 1554. 16. sex libri priores RAST.

Priores sex libros GALENUS ad HIERONEM dedit, & cum iste obiisset, ad EUGENIANUM sequentes, senile opus, in quo plurima priorum operum suorum citat.

In L. I. ad scribendum se impulisse THESSALI & methodicorum arrogantiam, qui HIPPOCRATEM contemnerent. In definiendo morbo, ejus causa, & symptomate, potissimum laborat, quæ methodici non definivissent, alioquin non amantes definitionum; inde in OLYMPICUM dicit, qui aliquam tamen definitionem morbi dederat.

L. II. in iisdem pergit. Morbos dividit. Morbi partium similarium a quatuor intemperiei speciebus, qui omnium vulgatissimi sint. Morbi partium organicarum: utrarumque porro vitia in figura, numero, solutione continui. Sex morborum classes. Ab his principiis duci nos ad eorum selectum, quæ agere oporteat. Auctoritatem nihil valere. Subtilia aliqua & grammatica.

L. III. porro de ratione medendi, ad quam per indicationem ducimur. Exemplum in ulcere dat. Non debere omnia ulcera similibus medicamentis curari,

rari, sed omnino ad singulas intemperies sua auxilia feligi. Oculis opium nocere, eos perdere; ocularium morborum curationem se primum invenisse.

Reliqua libri III. fere chirurgica sunt, tum in L. IV, V & VI.

In L. tamen IV. indicationem a morbi magnitudine sumtam laudat, & HIPPOCRATI inventam tribuit. Venæ sectionis & purgationis saluberrimi effectus.

In L. V. de hæmoptoe agit, cui venæ sectionem repetitam & poscam opponit. Ulcus pulmonis vix unquam sanari, callosum tamen reddi posse, vitamque produci. Asperæ arteriæ ulcera tamen siccante medicamento & lacte Stabiano curata fuisse; demum & hæmoptoen, & hominem, qui membranam laryngis rejecisset. Theriacam recentem soporiferam esse.

L. VII. iterum ad curationes internorum morborum: de remotione qualitatum morbiferarum, calidi, frigidi, humidi, ficci, per singulas humani corporis partes. Dissidiis medicorum confusum se propriæ demonstrationi se dedisse. Octo diversæ cruditates. Calidum ventriculum frigidis restituendum, frigidum calidis. Quibus id mediis fiat: multum tribuit victus rationi, aquæ, melli, lacti, vino, ordini cœnæ aut prandii. Sanatus frigida nivata homo quadragenarius, quem calidi & ficci cibi lædebant (periit tamen idem gula refrigerata). Quatuor intemperies GAL. percurrit; inter eas a sicca sibi potissimum metuit; quam balneo curat & asinino lacte. Asinæ lac tenuissimum esse. Periodicam sanguinis de ore & faucibus excretionem frequentem esse.

L. VIII. de febribus diariis, quarum exempla recenset. Contra methodicorum diatriron, quæ morbum reddat difficiliorem: sanasse se hominem ex neglecto balneo & cibo omisso ægotantem, quem methodici penuria volebant ex cruciare. Ptisanam laudat. Diæta ad febres, ad picrocholiā. Esse tamen sua diatriron commoda. Febris a perspiratione impedita sanata, & a cruditate varia, in qua fere unguenta purpura suscepta ventriculo imponit. Pisces facile coqui. Cæterum noster in febribus intermittentibus fere sola utitur diæta & balneis, absque ullis medicamentis. In diariis frigidam adsuetis permittit. Methodicorum discipulos non sine lacrimis sibi falsos esse, nihil se a suis magistris didicisse. Die primo se non semper morbum adgnosere: die tamen quarto, quo demum methodici ad curandum se accingant, fere se ægrotos sanos dimittere. Diariarum variæ curationes.

L. IX. de synocho triplici, æquali, epacmaistica, paracmaistica. De putri. Ut vapor transpiret, aut non transpiret, ita has febres evanescere aut persistere. Sanguinem in synocho ad deliquium animi mittit, quo præsidio GAL. morbum subito jugulet; nocere posse tamen tantam sanguinis jacturam fatetur, si loco non suo fuerit adhibita. Synochus ab obstructione & a plethora. Sexto etiam & septimo die, & ferius etiam, venam se secare. Iterum hic adsuetis frigidam indulget, quæ tamen non ubique proficit. Debilitatem venæ incisionem dissuadere &c. In-

dicationem summi momenti esse, quæ a viribus sumitur. Alia a temperamento. Se post HIPPOCRATEM methodum medendi perfecisse, quo loco se cum TRAJANO comparat, qui Italiæ vias reparaverit.

L. X. porro de febribus diariis plurium dierum. De cibationis modo & tempore. Inedia in temperamentis calidis & siccis nocet, inque iis frigida utilis est. Fuscæ de balneis, eorumque ad febrem habitu. Marasmodum insanabilem esse. De hecticis febribus, & de alimentis, quæ iis conveniunt. GALENUM vulgo paradoxopoiium dictum esse. Ne diariæ in tertianas transeant. Ut convicerit diatriarios, & diatrio omiſſa ægrum curaverit. Hecticas aerem requirere refrigeratum. Frigida balnea in hecticis tentanda, etsi non semper profint. In marasmo balneo juvenem servavit, valde sollicitè per diversos caloris gradus tractum. Hecticis se lac asinum dare, initium vero ab unica hemina debere fieri.

L. XI. febrium putridarum curatio. Alvus omnino lenibus laxantibus ducenda, clysteres adhibendi: sed & vomitum ciere expedit, si circa ventriculum humores congesti fuerint: tunc frigidam dandam; si vires suffecerint, etiam sanguinem mittendum. Contra methodicorum cataplasmata: phlegmonea ea facere, quando nulla adfuit, neque desiderari, nisi in loco adfecto. De cataplasmatibus ad certorum viscerum mala idoneis. Unguenta suaveolentia. Ictericis adstringentia parcius convenire. Quando relaxantia conferant & balnea. Se primum glutinoso vitio deterfiva opposuisse.

L. XII. de symptomatibus. De syncope secundum varias ejus causas. Quæ fit ex crudorum succorum copia, eam sanari defricatione cum oleo. Clysterem convenire, si vires suffecerint, & abstinentiam hic utique prodesse. Alia syncope a flavæ bilis vitio, & de ejus varietate. In syncope a vitiosis humoribus nata, hiera picra utilis: sed etiam scammeo GALENUS feliciter usus est. Rusticis etiam allium profuit. Ad flatum discutiendos cucurbitula. In dysenteria vehementis purgatio alias profuit, alias nocuit. De Philonio. Dolorum variæ causæ. Collyrium opiatum in præsentem dolorem lenire, postea nocere.

L. XIII. tumores. Phlegmone: hic revulsionem ad partem corporis quam remotissimam præfert. Phlegmone singularum partium corporis. Methodicorum vitium, quod ubique generalia medicamenta admoveant, nullo causarum & loci adfecti facto discrimine: inde proveniens mala curatio adfecti hepatis, quam ARTALUS methodico exprobrat, inflammatum jecur meris laxantibus tentanti, quem morbum GALENUS admittis adstringentibus sanaverit. Gibbum hepar per lotium, cavum per alvum melius evacuari. Scirrhi viscerum. In calida ad caput fluxione arteriotomes encomium.

L. XIV. de inflammatione & erysipelate: ut differant. Oedema ut curetur. In nascente inflammatione & in erysipelate, præ reliquis, glaucium adhibet: Ferulis percussas partes incrassari, tum acibus ex thapsia fomentis. Ad Alopeciam

etiam etiam thapsia confert. Ad vermes necandos amara. Alia chirurgica. Obesitas nimia.

In editione sua J. LINACER innumera vitia se ait correxisse.

GAL. I. *de ratione curandi ad GLAUCONEM* NIC. LEONICENO interprete, ab AUG. GADALDINO recognitus. MARTINUS AKAKIA etiam vertit.

Numerosi exstant codices MS. Græci B. R. P. n. 2156. 2157. 2166. 2265. 2269. 2304. In B. D. MARCI Veneta. In Medicea PLUT. LXXV. & boni codices ap. BANDINUM III. p. 156. 164.

Latinus codex est in B. R. P. n. 6865. An latine in B. VOSSII n. 2162. 2406.

Arabice vertente HONAIN in B. R. Par. n. 1043, tum interprete ALIEBN REDVAN, qui & commentatus est, apud CASIRI n. DCCCLXXVII.

Hebraice in B. R. P. n. 315.

Prodiit Græce Venet. 1500. fol. MAITT. Paris. 1536. 8. studio J. GUIN-  
THERI FALC.

Latine NIC. LEONICENO interprete Paris. 1514. 4. Venet. 1538. 12.  
TR. Latine Paris. 1528. 8. MAITT. 1537. 8. ut lego, Lion 1551. 12.

In L. I. commentatus est STEPHANUS Atheniensis, cujus commentarius ver-  
sus ab AUGUSTINO GADALDINO prodiit Venet. 1534. 8. 1554. 8. TR. Lion  
1550. 8. FALC. 1558. 8. Basil. 1585. 4. \*. Lion 1555. f. RIV. Paraphra-  
sticus antiquo more scriptus commentarius.

In L. I. comm. VICTORIS TRINCAVELLI Venet. 1575. fol. TR.

MARTINI AKAKIA versio & commentarii editi sunt Paris. 1538. 8. BB.  
1587. 8. TREW. Venet. 1547. 8. TR. Lion 1547. 8. BB. 1551. 16. qui  
commentarii ex seculi more scripti sunt.

Est etiam commentarius J. B. MONTANI Venet. 1554. 8. & PETRI CA-  
MANES sunt *commentarii* Valentiae 1625. 4. FALC. RAST.

Ex hoc libello plus disci veræ frugis MARTINUS AKAKIA testatur, quam ex  
universis Arabibus: nimis mihi tamen videtur in generalibus subsistere. De fe-  
bribus. In quotidiana pulsus esse rariores, frequentiores in tertiana, in quartana  
frequentissimos: septimo paroxysmo exquisitam tertianam finiri, antiquum effatum,  
quod novi minime respondere. Non exquisitam tertianam totam per hiemem persi-  
stere, & altero demum vere finiri. Hieme lienem intumescere & hypochondria.  
In exquisita tertiana flavam bilem dominari: refrigerantibus debere curari, &  
mollientibus. In tertiana non exquisita etiam calefaciendum & digerendum. In  
quartana audacter sanguis mittendus (quo auxilio priori adhuc seculo Cardinalis  
Infans Governator Belgii Hispanici interemptus est, quem duæ uncæ peruvianæ cor-  
ticis facillime sanum præstitissent). Ad symptomata in febribus respiciendum.  
Si humor acris os ventriculi momorderit, id os confirmandum esse, priusquam

evacues, alioquin cum summo periculo, & funesto etiam eventu, vacationem successuram. Ad alios morbos. Bulimus a frigore. Externa medicamenta & chirurgica pluscula. Scirrhi dissipantur vapore calentis pyritæ in acetum coniecti. In Alexandria elephantiasin dominari, in Græcia nunquam visam.

*Quos purgare conveniat, quibus medicamentis & quo tempore* JULIO MARTIANO ROTA interprete. Fragmentum est libri VII. collectionum ORIBASII. An iste l. *de evacuantibus* in B. Med. III. p. 122.

Codex est in B. Aug. Vind. in Medicea III. p. 152.

Græce prodiit apud MORELLUM cum aliis Paris. 1557. 8. Interprete J. POLLTO Paris. 1544. 4. \* & vertente SEBASTIANO COQUILLAT cum commentario Lion 1553. 12. TR. 1557. 16.

Non sanos debere purgari, sed vicinos sanis, & in principio morborum constitutos, tum quibus humores turgent. Quoties tempus non nimis urget, humores prius cibis idoneis adtenuandos. Hellebori albi ramenta per noctem in raphanum infigi. Varietates humorum qui purgantur. Possè in morbis acutis calidis purgari medicamentis.

In l. HIPPOCRATIS *de victus in acutis ratione commentarii quatuor* JOHANNES VASSÆO interprete, ab AUG. GADALDINO recogniti. Tres l. priores DURETUS etiam vertit.

Alias editiones & codices vide in capite de HIPPOCRATE p. 62. seqq.

Solus hic liber prodiit Basil. 1533. fol. BB. ex versione VASSÆI.

In eum librum NICOLAUS LAVACHER GALENI commentarium illustravit Francf. 1533. 4. TREW.

Comm. I. superstitiosus probat auguria Græcorum & Arabum, magis tamen Græcorum, etiam ad eventus morborum prædicendos. Frigidæ in acutis potum laudat, quem quidem HIPPOCRATES prætermiserit, ut tamen oxymel frigidum dederit. HIPPOCRATEM se utique sequi. Chondrus pleuriticis alimentum, oxymel medicamentum.

Comm. II. in sanguine mittendo; quando eum ob plenitudinem detrahimus, debere omnino ad mutationem coloris respici. Purgantia quidem medicamenta sua ex indole omnino nocere. Qui quotidie bilem revomebat, alvo erat dura, molli vero EUDEMUS, cui per alvum eadem descendebat. Errasse HIPPOCRATEM in multitudine.

Comm. III. facultates vini, mulsi, balnei, oxymellis. Vini varietates ex diversissimis regionibus. Rara esse in Græcia vina tenuia & aquosa, quæ in febre opportuniore sint.

In Comm. IV. vena secanda quoties vehemens dolor urget. Hanc ultimam libri HIPPOCRATICI partem vehementer improbat.

GALENI documentum de puero epileptico NICOLAO LEONICENO interprete. Græcus codex est in B. D. MARCI,

Seorsim cum nonnullis aliis GALENI libris prodiit Basil. 1531. fol.

Cum is puer DIONYSIUM medicum secum Athenas esset ducturus, eumque medicum GALENUS magni faceret, consilium dedit, tanquam amico suo: purgationem suadet, tum nonnulla diætetica & oxymel, de cujus præparatione agit.

In omnes hos libros erant JOACHIMI MARTYROPOLITÆ commentarii, ut intelligo.

*De natura humana* Comm. IIdus, NICOLAO MACCHELLO interprete,

Fragmenti magna pars practici est argumenti.

Nona classis, scripta GALENI extra classium ordinem posita.

GALENI in aphorismos HIPPOCRATIS commentarii NICOLAO LEONICENO interprete, a JULIO MARTIANO ROTA, & a JANO CORNARIO recogniti.

Editiones vide cum HIPPOCRATE, p. 47.

Commentarii Galenici fufissimi, Asiatica loquacitate plenissimi. Intercedunt tamen utilia aliqua, ut loci veterum, & etiam potissimum ERASISTRATI, tum critica aliqua judicia de iis, quæ HIPPOCRATIS genuina sunt opera, adnotationes aliquæ, & propriæ curationes. Febres iis solis utiles esse, qui a refrigeratione in morbum inciderunt.

GALENUS *adversus LYCUM*, quod nihil in eo aphorismo HIPPOCRATES peccet, cujus initium est, qui crescunt plurimum habent caloris, JULIO ALEXANDRINO interprete.

Codex Græcus est in B. R. Par. n. 2164.

Dudum etiam alios sensisse, HIPPOCRATEM in corporibus animalibus quatuor notissima elementa agnovisse, calidum, humidum, frigidum, siccum. Aliam esse transpirationem, qualis vapor est, aliam qualis siccus aer, aliam iterum, qua humiditates excernuntur, quas sensu percipias. In LYCUM varia, qui HIPPOCRATICÆ artis ignarus fuerit.

Contra ea, quæ a JULIANO in HIPPOCRATIS aphorismos dicta sunt, JULIO ALEXANDRINO interprete.

Defendit GAL. Aphorismum; in perturbationibus ventris & vomitibus spontaneis &c. In Ægypto artium inventa columnis inscribi solita. In JULIANUM multa, ut philosophiæ expertem. Jam PLATONEM in TIMÆO HIPPOCRATEM esse secutum. Pro adtractione humorum, quæ fit cum selectu.

Obsoletarum vocum HIPPOCRATIS interpretatio JANO CORNARIO interprete.

Græce apud H. STEPHANUM 1564. 8. \*

Proœmii folius codex est in B. R. P. n. 2144.

Emendavit GADALDINUS.

Breve lexicon vocum rarius occurrentium, cum aliqua interpretatione.

Classis

Classis X. SPURIA opera, GALENO non bene adscripta.

L. *de clysteribus & colica* latinus codex est in B. R. Par. n. 6865. 6867. & latine solum exstat, versus a RAPHELENGIO. Seorsim prodiit e Græco a JOHANNITIO in Arabicum conversus, inde a KALONYMO in Hebraicum, editus Leid. 1591. 8. HUTH. qui libellus non est in meis editionibus.

L. *de facile parabilibus medicamentis* ab HUBERTO BARLANDO versus, nunc accurate recognitus. In editione CHARTERII T. X. integrior exstat.

Alia est editio JACOBI HOULLIER, in qua versio GUINThERI recusa redit Paris. 1543. 16. \*.

Editiones vide in *Botanicis* I. p. 151.

Secundum morbos a capite ad calcem recensos, ad quemque auxilia sua indicantur. In quoque malo, ut in capitis dolore, tamen causarum habetur ratio, ut alia & alia præferantur, ut ea causa alia fuerit, sed vide *B. Bot.* l. c.

GALENO adscriptus l. *de facile parabilibus* ad SOLONEM, J. PAULO CRASSO interprete.

Vid. *B. Bot.* I. p. 151.

*Liber tertius, de medicamentis, quæ ad manum sunt parata*, GALENO adscriptus, PAULO CRASSO interprete.

Vid. *B. Bot.* I. p. 150.

GALENO adscriptus l. *de incantatione, adjuratione & suspensione.*

Spurius, latine tantum exstat. Auctor librum CLEOPATRÆ citat. Narrat, ut per imaginationem excitatam hominem ad venerem debilem sanaverit, qui se ligatum putabat. Multa superstitiosa. GALENUS integro cum nomine suo citatur.

L. *de oculis*, a DEMETRIO translatus, nuper a variis mendis repurgatus.

In particula tertia generalia quædam ad medicinam facientia traduntur, tum de morbis oculorum agitur, eorumque curatione. Citatur PAULUS.

GALENO adscriptus l. *de renum affectuum dignotione & curatione*, CHRISTOPHORO HEYL (SOTERE) interprete, nunc ad Græca exempla recognitus Mogunt. 1530. 8. Basil. 1533. fol. TREW. Codex Græcus est in B. D. MARCI Veneta.

Calculos pueris facilius in vesica generari, quam in renibus. Post venæ sectionem purgantia medicamenta melius operari. Alvum debere apertam teneri. Medicum suum conservum auctor citat, qui ægro ad latus adsideat. Quare non erit DEMETRII PEPAGOMENI, quæ FABRICII est conjectura.

Græcus codex GALENI *de cruditate* in B. R. Par. n. 2256. huc videtur pertinere.

Chirurgicos libros omitto, etsi aliqua passim ad historiam potissimum medicinæ facientia continent.

De *historia philosophica*, JULIO MARTIANO ROTA interprete.

Principium differt a PLUTARCHI placitis philosophorum: in perfectiori opere consentiunt.

*Prognostica de infirmorum decubitu ex mathematica scientia*, JOS. STRUTHIO interprete, JACOBUS ANT. MARESCOTTUS edidit. Absurdum opus. In B. R. P. Græcus codex est n. 2139. An fuerit l. *de præfugitione* a G. VALLA versus Venet. 1498. fol. an potius l. *de præcognitione*.

De *partibus artis medicæ* l. NICOLAÛ RHEGINO Calabro interprete.

Aliqua ad historiam artis. Romæ & Alexandria singulis morbis suos esse medicos. De reliquis, præter anatomen, medicinæ partibus. Aliqua generalia.

An idem est GAL. *de duplici medicina in B. Taurinensi* MONTEFAUCON II. p. 1397.

De *dynamidiis* L. I.

Fragmentum.

L. II. *ad Macenatem*, si Diis placet. Generalia aliqua medicamenta, purgantia equidem. Alia quædam medicamenta. Morbi a capite ad calcem, cum remediis vanis sæpe & superstitiosis.

De *natura & ordine cujuslibet corporis*. Aliqua de febribus cognoscendis.

*Compendium pulsuum*. Aliqua pulsuum discrimina secundum ætates,

De *dissolutione continua corporis humani*. Necessitas alimentorum. Præcepta ad victus rationem.

De *bonitate aquæ* l. vertente AUG. GADALDINO. In sola Ægypto aquam palustrem bonam esse.

De *vinis* l. ex ORIBASIO, PAULO.

*Præfagium experientia confirmatum* G. VALLA interprete. Græce CHARTE-RIUS edidit.

Prodiit Venet. 1498. fol. Basil. 1542. 8.

An *signa vitæ & mortis* ap. BANDIN. III. p. 168.

Signa febris invasuræ. Sudoris significatio.

De *urine significatione* ex HIPPOCRATE, pariter G. VALLA interprete.

Codex Græcus est in B. R. P. n. 2269. in B. Taurin. II.

L. GALENO *adscriptus de urinis* JOSEPHO STRUTHIO interprete.

Codex Græcus est in B. R. P. n. 2260. B. Medic. Pl. LXXIV. bis. BANDINI III. p. 122. 131. 132.

Excerpta ex GALENO *de urinis* ib. An idem opus fuerit *Urinarum divisio* Græce in B. BODL. n. 261.



Hebraice in B. *Vindob.* LAMBEC. I. p. 181.

Scorsim excudi fecit SALOMON ALBERTI Helmstatt 1586. 8.

J. A. BELLOFORTI in eum l. commentarius prodiit Parif. 1566. 8. FALC. & FERDINANDI MENÆ Complut. 1553.

Idem fuerit l. *περι του υρογινωσκειν*, excusus apud MORELLUM Parif. 1550. 8. MAITT.

In B. *Vindobonensi* conservatur l. *de optinis secundum naturam urinis*. De urinarum differentia.

GAL. *de catharticiis*.

*De sero lactis* in B. Med. III. p. 122.

*De gynæciis*, NICOLAO RHEGINO Calabro interprete. Codex latinus est in B. R. P. n. 6865. Græcus n. 2158. Empiricus libellus.

L. *secretorum* ad MONTEUM.

Arabis opusculum. Modum *destillandi* spiritus vini describit. Morbi aurium, oculorum.

Codex latinus est in B. R. Par. n. 7046.

An idem fuerit *sylva experimentorum* a C. GESNERO edita Tigur. 1541.

Idem est liber *selecta* a GALENO *de variis morborum generibus, remediisque ad illorum curationem maxime idoneis*. B. R. Par. n. 2230. græce; & latine n. 7831.

L. *de medicinis expertis*.

Pariter Arabis opus, in quo plurimi scriptores ejus gentis vix aliunde noti citantur. Fuisse medicum, qui lapidem vesicæ perfecte curaverit, & ea felicitate magnas divitias sibi paraverit. Fuisse etiam, qui demorfos a rabido cane lapide bezoar sanaverit. THAMAR æthiopem egregia habuisse medicamenta. Similia de aliis.

*De melancholia* ex GALENO, RUFO, POSSIDONIO & AETIO; JANO CORNARIO interprete.

*De cura icteri* l.

Codex est in B. R. Par. n. 6865.

*Quæsitæ* in HIPPOCRATE *de urinis ex prognosticis & aphorismis*.

Quis sit liber GALENI *de corporibus, causis, signis sanis, agris, neutris*, cujus codex est in B. Cathedr. *Wigorniensis* n. 760. & in ll. ROBERTI BURSCOUGH n. 7675?

*Isagoge ad Regimen* GALENI. In ll. B. BURSCOUGH Codd. n. 7673.

*Eclogæ* ex HIPPOCRATE & GALENO a BUSBEQUIO emtæ LAMBEC. L. VI. P. II. p. 100.

R. NATHAN JOEL PALKEIRA *sententiæ* ex HIPPOCRATE, GALENO, AVICENNA, MAIMONIDE B. WOLF.

Per

Anonymi introductio ad ea quæ GALENUS *de re medica* scripsit, hebraice in B. R. Par. I. n. 401.

*Compendium ex GALENO* in B. Bavar.

*Anonymi tabule divisionum in plusculis libris GALENI* LAMBEC. VI. p. 151.

*Collectio in qua C. GALENI, XENONIS, MELETII & CRATEVÆ II. de materia medica* in bibl. CANTACUZENI.

*Eclogæ ex GALENO, LAMBEC. VI. p. 153.*

*Excerptum de pleuritide* B. Vindob. VII. c. 25.

*Excerpta ex ORIBASIO & GALENO* in B. R. P. n. 2149.

*Excerpta ex GALENO, LAMBEC. VI. p. 93.*

Alia Id. *ibid.* p. 100.

GALENI *passionarius, ægritudines a capite ad pedes usque complectens* in l. V. *divisus una cum febrium tractatu* Lion 1526. 4. Cujus codex est in B. domus D. PETRI Cantabr. n. 1869. & in B. Coll. Cal. GONVIL. n. 955. inque B. MICH. CANTACUZENI, VERDIER p. 62. Non esse GALENI, sed ex ALEXANDRO, GALENO, PAULO atque PRISCIANO collectum lego. Sed est ipsissimus GARIOPONTUS.

GALENI *theoria & practica medicinae.* In libris FRANCISCI BERNARDI n. 3651.

*Fragmentum ex STOBÆO* f. χαρακτηριζοτες ex HIPP. FABRICIUS.

HIPPOCRATIS l. *resolutionis*, quem GALENUS explicat, & GALENUM MICH. PSELLUS, VERDIER *bibl. conf.* p. 59.

Quis est liber GALENI *de causis & eventibus* NICOLAO RHEGINO interprete, cujus codex est in B. R. Par. n. 6865.

GALENI *medicinale ad HIPP.* in *Cat. Bibl. Constantinopol.* VERDIER II. p. 57.

GALENI *fragmentum. Problema de causis rariorum morborum* in B. BODLEY. n. 131.

*Fragmenta varia* apud FABRICIUM B. GR. L. IV. c. 17.

*Antidotarium GALENI* nondum editum, quod CHRISTOPHORUS GEORGIUS ab HONESTIS Florentinus citat. Negat GALENI esse, SYLVIUS ad MESVEN L. III.

GALENI *ketab alat velagiat, f. de morbis & eorum remediis* HERBELOT. p. 974.

*Synopsis medicamentorum simplicium* in PAULO.

Interierunt ex GALENI operibus, L. *de experientia medica* (citus in l. *de libris propriis*).

*De ASCLEPIADIS dogmatibus* (cit. in l. *de ord. leg.*)

*De empiricorum secta.*

*De empiricorum contradictis.*

*In primam ERASISTRATI de febribus libri 3.*

De ERASISTRATI *therapeuticis* L. V.

De THEMISONIS & THESSALI *secta*.

De HEROPHILO *circa pulsus*.

*De fine medicinae.*

In L. II. *epidemicorum commentarii* 1, 3, 4, 5 & 6.

In L. VI. *Comm.* 7, 8.

In L. *de natura humana* L. III.

*De symptomatibus criticis.*

*De methodica secta.*

*Jatricorum usus.*

*Diagnosif morborum oculi.*

*Exhortationes ad artem medicam.*

*Ad sectas.*

ARCHIGENIS *de pulsuum negotio expositio*: l. novem. Ita FABRICIUS.

Librum *περί αποδείξεως* dialecticum Græce in Walachia extare P. DELLA VALLE *viagg.* II.

Promiserat præterea GALENUS opus *de passionibus quæ singulis partibus accidunt*, nisi is est ipse l. *de locis affectis* (a), & l. *de iis, quæ non satis recte dicta sunt ab ARCHIGENE* (b).

Codices MS. operum GALENI plusculi passim extant, in *Augustana Vindelicorum* MONTE. I. p. 594. In PELISSERIANA ID. II. p. 1174. In B. BODL. ib. p. 650, ut intelligo, in *Basilica D. PETRI* I. p. 157. Codex erat in *Bibliotheca M. AUR. SEVERINI Zoot. Democrit.* p. 168.

Operum variorum codices Græci XVIII. vol. in B. *Ambrosiana Mediolanensi* MONTE. I. p. 497.

*Opuscula in Taurinensi* MONTE. II. p. 1397.

*Opera aliqua* ib. I. p. 529.

In B. *Mutinensi* ib. I. p. 531.

HIPP. *opera omnia cum expositione ex GALENO* in VOSSIANA p. 2124.

Sic in S. *Germanensi* MONTE. p. 1017. In B. *Cai. Gorr.* Cod. 755; hic & in proximis linguam ignoro.

Erant in B. *ANT. CANTACUZENI* VERDIER p. 61.

Latine opera omnia. In B. *Coll. Balliolensi* n. 216.

Editiones integrorum operum.

Græca ap. ALDUM 1521. f. 5. vol. BB. vitiosa editio, altera Basil. 1538. f. 5. vol.

(a) *Curat. ad GLAUC.* L. II. c. 7.

(b) *de crisib.* L. II.

5. vol. \* aliquanto minus mala. Accedit HIERONYMI GEMUSÆI de GALENI & HIPPOCRATIS libris dialogismus, & secunda præfatio de GALENI vita, LEONHARDI etiam FUCHSII & J. CAMERARII præfatio. Quorum virorum conjuncta opera hæc editio correctæ fuit.

Latinæ edit. Antiqua Veneta 1490. f. MAITT. tum Venet. 1502. f. TR. 1522. fol. 3. vol. TREW. Alia antiqua 3 vol. fol. Papiæ 1515. 1516. Aliquæ nonnullorum ll. GALENI versiones primæ fuerunt GUILIELMI de MORBEKA Dominicani, aliæ NIC. RHEGINI Calabri, aliæ SYMPH. CAMPEGII, aliorum.

Porro prodierunt GALENI opera latine Bas. 1529 f. 1531. f. 1541 f. 1542. f. TR. a. 1549. f. 4. vol. \* præfante hic ad libros Isagogicos JANO CORNARIO. Præfixa est J. B. MONTANI præf. de GALENI libris. Porro Basl. a. 1562. fol. \* cum præfatione C. GESNERI, ejus recensione editionum Græcarum & latinarum, tr. de amissis GALENI, & uberiori catalogo librorum ad GALENUM intelligendum facientium, denique vita GALENI, quam vir dedit indefessus, ex operibus GALENI decerptam; & catalogus operum.

Porro prodierunt opera GALENI Lion 1536. fol. 1550. f. 4. vol. cum capitum numeris & argumentis a C. GESNERO additis. Annum 1554. habet FABRICIUS, quam editionem laudari video.

Venetæ aliæ sunt. Juntinæ omnino decem, prima 1540. f. cura J. B. MONTANI, altera 1545. 8. qua in editione plusculos libros AUGUSTINUS RICCIUS vertit, TRINCAVELLIUS editioni præfuit. Tertia 1550. fol. cum argumentis librorum a J. B. SUSTO adjectis: Tum 1556. f. 1562. f. 3. vol. a J. B. RASARIO emendata, in classes sex disposita, adjectis libris GALENO adscriptis, & a RASARIO conversis. Iterum 1565. f. 1570. f. 1576. f. In hac editione, quam HIERONYMUS MERCURIALIS curavit, accesserunt varia fragmenta, ut Commentaria IV. in L. HIPPOCRATIS *de alimentis* a J. B. RASARIO communicata, tum ex RHAZE, MOSE, NEMESIO aliisque collecta aliqua. Præmissa est MERCURIALIS præf. *de Galeni scriptis & vita*.

Porro apud JUNTAS 1586. f. 1592. f. TR. 1600. f. 1609. fol. 1625. fol. quæ editiones a FABIO PAULINO cum Græcis editionibus collatæ, & BRASSAVOLI indice auctæ fuerunt, ad nonnullam editionem accommodato.

Gr. latina unica est RENATI CHARTIER Paris. 1660. absoluta, 13. vol. f. passim aucta ex codicibus Græcis, passim & variis lectionibus ornata, versione emendata, hætenus plenissima, etsi viri utriusque linguæ gnari CHARTIERIO parum tribuunt. Præmissæ sunt duæ FABII PAULINI epistolæ; MERCURIALIS alia; *Vita GALENI* recognita a J. COSTÆO: synopsis operum GALENI; MERCURIALIS judicium in l. *de theriaca* ad PISONEM, quem pro spurio habet; adjecta denique fragmenta aliqua GALENI ex variis scriptoribus collecta.

Moliebatur novam editionem THEODORUS GOULSTON, codicibus Græcis collatis, versionibus emendatis, specimen etiam ediderat.

Deinde C. HOFMANN, qui potissimum huic se studiorum generi dederat, novam editionem Græco latinam XXVI. vol. paraverat, se vivo absolutam, quæ nuper in manus viri doctissimi ASKEW pervenit, quem tamen & ipsum amisimus. Ei laudis adsociavit LAUREMBERGIUS, qui se cum C. HOFMANNO eam editionem ait præparasse (\*).

JOSEPHUS etiam SCALIGER GALENUM sua manu emendaverat, qui codex est in B. *Guelferbytensi*.

Porro collectiones aliquot tractatum GALENI passim prodierunt.

Varia HIPPOCRATIS & GALENI scripta Venet. 1487. 12.

Basilæ 1529. fol. BB. magna satis pars operum GALENI latine versa prodit, & ea continet, quæ dicimus. ERASMO Roterodamensi interprete, II. *de optimo docendi genere. Quod optimus medicus idem sit philosophus* Paris. 1542. BB. Græce & latine 1556. 4. etiam excusus. THOMA LINACRO interprete, *de temperamentis, inequali temperie, methodus medendi, de sanitate tuenda, de pulsuum usu, de facultatibus naturalibus.* GUIL. COPO interprete *de locis adfectis, morborum differentiis, causis, symptomatum differentiis & causis.* LAUR. LAURENTIANO interprete *Comment. III. in HIPPOCR. prædictiones.* NIC. LEONICENO interprete *Comment. in HIPPOCR. aphorismos, ars medicinalis, ars curativa ad Glauconem, de differentiis febrium, de crisiibus & motu musculari* THEODORICO GAUDANO interprete, *de ratione curandi per sanguinis missionem, de hirudinibus, cucurbitulis &c.* JANO PHILOGO interprete, *medicar. definit.* L. II. J. PETRO VALLA interprete, *Succedanea.*

Iterum GALENI, libri *corpus temperaturam animi mores sequi; de vitiis animi; de sectis: introductio: de optimo corporis statu, de bona valetudine, de elementis, de atra bile, de tumoribus præter naturam* prodierunt Basil. 1529. 4. GUNZ. a J. GUINThERIO recogniti.

EJ. *de differentiis morborum* L. II. *de inequali intemperantia, de arte curativa ad GL.* L. II. *de crisiibus* L. III. N. LEONICENO interprete Paris. 1514. 4.

GAL. *de primis facultatibus, de temperamentis, de animi adfectibus* Paris. 1528. 8. *De elementis, bono habitu, optima constitutione* Paris. 1530. *De parvæ pile exercitio, præsagiis ex insomniis, & quomodo morbum simulantes sunt deprehendendi* Paris. 1531. fol. J. FICHARDI.

J. POLLTO vertente *de ptisana, de purgant. med. facultatibus, de iis quos purgare oporteat &c.* Basil. 1533.

Nova

(\*) Laur. Delphic. p. 34. 40.

Nova ejus opera J. GUINThERIO interprete Parif. 1534. fol. MAITT.

*De decretis HIPPOCRATIS & PLATONIS, de demonstrationibus Anatomicis* L. X. &c. Basil. 1544. 4. Græce curante J. CAIO.

HERMANNI CRUSERII *Comm. L.I. in Epid. III. in IV. & in l. κατ' ἰσχυρῶν* prodierunt Venet. 1545. 4. EJUS *de pulsu comm.* diximus.

*De causis, utilitate, difficultate respirationis, de uteri sectione, de fetus formatione, semine* Basileæ 1539. fol. \*.

L. FUCHSII opera *de temperamentis* L. III. *De differentiis febrium* L. II. Parif. 1553. 1554. fol. cum *comm.* & aliud vol. *de intemperia, de morborum & symptomatum differentiis & causis, de judiciis* l. III. *de curandi ratione* L. I.

Varia HIPPOCRATIS & GALENI scripta Venet. 1487. 12. an non in ARTICELLA.

*Brevis declaratio dogmatum HIPPOCRATIS. De iis, quæ medice dicta sunt in* TIMEO Lion 1556. 8. GUNZ.

J. CAIUS (KAYE) Lovanii 1556. 8. \* edidit GAL. *de libris propriis, de ordine legendorum* l., *de victu acutorum, de placitis HIPPOCR. & PLAT. l. I. de septimestri partu, ptisana, ossibus.* IDEM II. *de septimestri partu, brev. designat. placit. HIPPOCR. de ptisana, de ossibus* græce Basil. 1557. 8. GUNZ.

GAL. *de differentia febrium, de marasmo, de alimentis, de purgantibus, quos oporteat purgare, de succedaneis, de tumoribus* græce excusa sunt apud MORELUM 1557. 8. MAITT.

J. B. RASARIO GALEN. *comm. in populares morbos, in HIPPOCR. de humor. & de alimento* CæsarAugust. 1567. 4.

Libri nuper inventi, & a J. B. RASARIO versi Saragossæ 1576. 4. au IDEM.

*De optima corporis constitutione, de pleniore habitu, de inæquali temperie, quomodo simulantes morbum sint deprehendendi, de ptisana, per J. LALLAMANTIUM* latine versa Heduxæ 1578. 8. GUNZ. Genev. 1579. 8. ID. Lion 1579. 4. BB.

*Opuscula varia græca cum versione variis lectionibus & adnotationibus per* THEOD. GOULSTON Lond. 1640. 4. B. BODL.

Porro ad GALENUM pertinent *Speculum* s. *Epitome* GALENI, s. GALENIUS *abbreviatus* SYMPHORIANI CHAMPIERII: Et EJUSD. in id *speculum propagnaculum; vita* GALENI, *sylva febrium ad GALENI l. de dynamidiis. De morbis oculorum* GALENI L. II. *De passionibus mulierum, de passionibus cujusque particula corporis* Lion 1512. 8.

EJ. SYMPHORIANI *Symphonia* PLATONIS cum ARISTOTELE GALENO & HIPPOCRATE Paris. 1516. 8. 1528. 8. FALC.

EJ. *historiales campi de phlebotomia* L. II. Basil. 1532. 12. TR.

EJ. *cathegoriæ medicinales in l. demonstrationum* GALENI Lion 1516. 8.

ANDRÆE LACUNÆ *epitome* Venet. 1541. 8. Basil. 1551. fol. Lion 1553. 12. 1554. 12. 1643. f. 4. vol. & Argentor. 1604. f. GUNZ. & EJ. *adnotationes* in GALENI *interpretes* Lion 1553. 12. Compendium eorum est, quæ utiliora in GALENI scriptis continentur, resectis longis illis ratiocinationibus. Accedit vita GALENI, & in GALENICORUM operum interpretes censura. Multa loca latinorum versionum ad græci codicis fidem castigantur, qui minime malus est labor.

ALOYSII MUNDELLÆ *theatrum* GALENI Basil. 1568. f. \* spissum volumen, quo peramplius in omnia GALENI opera index continetur.

ANTONII MUSÆ BRASSAVOLI index copiosissimus ad omnes GALENI libros, ad nonam Juntarum editionem, recusus cum ed. decima 1586. fol. tum a. 1597. & cum CHARTERIO.

GESNERI *doctrina* GALENI *de compositione pharmacorum secundum locos: sylvæ experimentorum* Tigur. 1541. 8.

GALENI *loci de pulsu* collecti apud CARDANUM *contradiçt.* VI. L. II.

JULII ALEXANDRINI *enantiomata* Venet. 1548. 8.

J. CRATONIS *periocha in ll. de elementis, de natura humana, de atra bile, temperamentis, facultatibus naturalibus* Venet. 1560.

J. STRATANDRI *elenchus rerum & vocum in GALENI supposititiis* a. 1562. primum Basil. cum GALENO editus.

ABRAHAMI WERNER *vita* GALENI Witteberg 1570. 8.

MARTINI EUSTACHII GAMBATONSONI *de vita* GALENI *liber* Neapoli 1577. 4.

FRANCISCI VALERIOLE *loci communes* ex GALENO. Codex MS. est in B. Taurin. II.

GENTILIS FULGINAS *de divisione librorum* GALENI Venet. 1493. B. BODL.

UDENIS Utopiensis, forte J. B. RASARII, *de GALENI librorum editione judicium.* Pro editione VALGRISIANA 1562. adversus JUNTINAM 1565. 8.

J. B. MONTANI *de nova editione operum* GALENI codex MS. B. Vindob. II. p. 337.

JAC. PELETARII *de conciliatione librorum* GALENI *sectiones duæ* Paris. 1560. 4. FALC.

Simile NIC. RORARII opus dicemus, & H. CARDANI *contradicientia*.

LEON. LEGHII *flosculi ex GALENI libris* Venet. 1514. f.

J. CAR. AMATI *fructus medicinales* Lion 1623. 12.

ALOYSII TRISSINI *problematum ex GALENI sententia* L. VI. Basil. 1546. 8. \*  
hactenus.

*Problemata ex GALENI comment. in HIPPOCRATIS* BERNARDI BALDINI Venet. 1567. 8.

J. BAPT. SYLVATICI *historia* 86. GALENI *medicinales* Hanau 1605. fol.

C. HOFMANNI *relatio historica iudicii acti in campis elyfiis coram RHADAMANTO contra GALENUM* Noriberg. 1642. 12. \*. Acris GALENI censor, quoties ab ARISTOTELE dissenserit.

EJ. *apologie pro GALENO s. chrestomathia* L. III. Han. 1668. 4. ejusdem saporis.

BLASII HOLLERII *morborum curandorum brevis constitutio juxta GALENI sententiam* Basil. 1556. 8. GUNZ.

Vita GALENI est inter vitas 12. medicorum J. STEPHANI de VILLA Burgos 1647. 8. BUR.

CLAUDII GALENI *chronologicum elogium* a. PHILIPPO LABBE (S. J.) scriptum Parisi. 1660. 8. \*, cujus quasi compendium est *Vita CL. GALENI ex propriis scriptis collecta* EJ. Parisi. 1660. 8. Prius opusculum legi, ex operibus utique GALENI compilatum, in quibusdam controversiis potius nimium fufum, ut in ea quam movet contra librum *de theriaca* GALENI, quem spurium putat, quod stylus sit juvenilis, aliisque, quæ in EUSTACHIO carpit & in NEANDRO.

DOMINICI BELLII *quesita medicinalia 4. juxta HIPPOCRATIS & GALENI sententiam discussa* Lion 1555. 16.

NIC. LEONICENUS *de tribus doctrinis ordinatis secundum GALENI sententiam* Basil. &c.

Commentatores innumerabiles exstant. Ecce aliquos.

In omnia GALENI opera ALPHONSI de CORELLA Saragoſſæ 1565. fol. Madrid. 1582. 4.

Multa in eum apud REINESIUM *var. lect.*

In universam HIPPOCRATIS & AVICENNÆ medicinam commentarii MS. in B. R. P. n. 6942.

BASSIANI LANDI *lectiones in GALENUM*, in B. Ambrosiana Mediolani. MONTFAUC. I. p. 510.

In plures libros GALENI jam dicti sunt THOMÆ RODERICI a VEGA, FRANCISCI VALESII, SYLVII, aliorum commentarii.



## §. LXXXII. MEDICI post GALENUM.

DIONIS collyrium.

CTESIUS de helleboro. Avi patrisque sui memoria neminem helleborum disse, cum omnes truculentum ejus pharmaci effectum reformidarent.

POLETES, cujus Geranion citat ORIBASIUS, & medicamentum ex lini femine ad pectoris adfectus, & ex Verbenaca, idem forte, qui POLLES GALENI p.223.

ABLABIUS, cujus magnum est in Anthologia elogium.

## §. LXXXIII. Q. SERENUS SAMMONICUS.

Duo fuerunt SAMMONICI, pater, vir litteratus, qui ingentem numerum librorum collegerat, GETÆ amicus, a CARACALLA occisus: & filius, qui GORDIANO juniore patris sui bibliothecam donavit, discipulo suo. Patri vulgo tribuunt, MORGAGNUS vero filio vindicat, *carmen de medicina*.

Ej, codices aliqui exstant, ut in B. R. P. n.7099. Primum prodiit Venet. 1488. 4. BURMAN. 1502. FABRIC., ut tamen MORGAGNUS eas editiones nunquam viderit. Tum Lips. 1515. BURMAN. Apud ALDUM vel potius ASULANUM 1524. 4. 1528. 4. cum CORN. CELSO. Argentor. 1528. 8. Hagenau J. CÆSARII cura cum scholiis & notis Paris. 1533. 8. Colon apud Soterem 1538. Venet. 1547. f. LIND. 1545. BURM.

Lugduni etiam cura ANTONII MOULINI 1542. ad ASULANI editionem & 1554. 12. HÆNEL. Basil. 1559. 8. cum PICTORII Comm. & 1571. 8. Pictav. 1563. 8.

R. CONSTANTINI cura Lion 1566. cum notis & variis lectionibus. Venet. 1566. 8.

H. STEPHANI editio est inter *principes*.

GABRIELIS HUMELBERGII alia est Tiguri 1540. 4. \*. 1581. 4. TREW. a C. WOLFIO, ut ait, aucta. HUMELBERGIUS fufos addidit commentarios ex veteribus medicis, Græcis potiffimum collectos,

Lipsiæ cura ANDRÆ RIVINI 1654. 8.

PETRI KEUCHENII alia ed., qui schedis avi sui ROBERTI KEUCHENII usus est, Amst. 1662. 8. \*. Notæ fere sunt loci paralleli ex veteribus poetis, & historicis collecti. Usus est etiam codice MS. proprio, cui paulo nimium dicitur tribuisse.

Patavii ad editionem CONSTANTINI 1722. 8. & 1750. 8. \*. Leid. 1731. 4. \* cum aliis poetis minoribus, curante PETRO BURMANNO, cum CÆSARII, PICTORII, C. WOLFII, CONSTANTINI & P. KEUCHENII notis. Addidit passim BURMANNUS philologica & critica.

(a) ORIBAS. *syn.* L. IV.

(b) *Id. collect.* L. VIII.

(c) ad EUST. L. III.

In SAMMONICUM etiam prodiit primum erudita epistola J. B. MORGAGNI Haag 1724. 4. \*, recusa Patav. 1750. 8. \* de editionibus Q. SERENI, & ea occasione de rectiori passim legendi ratione. Huic accessit secunda Ep. in editione Patavina 1750. 8. \*, in qua se contra BURMANNUM potissimum tuetur.

Liber ipse morbos recenset a capite ad calcem, epico carmine, non inelegante, si temporis potissimum rationem habueris, quo scriptum est. Cæterum empirici opus, omnia sibi permittentis, plenus liber fabularum & superstitionis.

In plerisque editionibus sub Q. RHEMNII FANNII PALÆMONIS titulo *de ponderibus & mensuris* carmen reperitur pro medicis scriptum Hagenau 1528. 8. Paris. 1533. 8. Lion 1554. 8. tum cum KEUCHENII, H. STEPHANI, BURMANNI editionibus &c. Carmen satis asperum, quod aliqui ad THEODORUM PRISCIANUM referunt. Habet instrumentum hydrostaticum, ad metienda pondera fluidorum medicamentorum utile.

#### §. LXXXIV. SEXTUS PLACITUS.

Quem etiam PLATONICUM vocant, omnino ignotæ ætatis homo, medicus equidem. EJUS *de medicina animalium, bestiarum, avium*, prodiit Basil. 1538. 8. LIND. Noriberg. 1538. 8. BOEHM. curante GABRIELE HUMELBERG Tiguri (vel Isni) 1539. 4. \* cum amplis notis. Lipsiæ curante ANDR. RIVINO 1654. 8. & in STEPHANI *Principibus*, & cura FABRICII in B. Græca L. XIII.

Germanice THEODORO MAYER vertente Magdeb. 1612. fol.

PLACIDI ACTORIS de medicamentis ex animalibus &c. codex est in B. H. WORSELEY cod. Brit. n. 6897.

Omnino ad empiricorum saporem scriptus libellus, hæctenus SERENO satis similis De quoque animale dicitur, quos ad morbos ejus aliquæ partes utiles sint, sed nimia, vana, & absque experimento.

HUMELBERGII commentarius, qualis in SERENUM. Editio a TORINIANA multum differt.

Ejusdem est saporis JULII APULEII Madaurensis de virtutibus herbarum historia, quam in botanicis vide. Nulla etiam huic pseudonymo fides tribui potest.

#### §. LXXXV. GEOPONICI.

Fuse de iis egimus in botanicis. Habent tamen etiam aliqua medica.

SEXTUS JULIUS AFRICANUS (a), cujus *Cestorum* L. IX. in B. *Vindobonensi* servantur (b), carmina habet & superstitiosas per ea & per characteres curationes. Aliqua ejus sunt inter veterinaria. Ex ejus *Cesto* XIII, locus de ponderibus

Mm 2

(a) *Bibl. Bot.* I. p. 125.

(b) LAMBECC. VII. 200. Capita 79. in B. R. Anglica CASHLEY p. 252. Fragmenta aliqua in B. BODLEYANA 224.

ribus & mensuris est in *B. Medicea Plut.* LXXIV. inque B. R. P. n. 2191. Locum *de purgantibus simplicibus ex Cesto XIII.* possidet B. MEDICEA BANDINI III. p. 125.

DIDYMUS, cujus frequens est inter Geoponicos nomen. Eum inter veterinarios recensebo.

DIDYMUS iterum idem, ut puto, cum Geoponico, de febre. Phthiriasis. An idem, cujus *Ostatomum* ALEXANDER TRALLIANUS citat, quo multa adversus singultum superstitiosa medicamenta continentur; alia pariter empirica ad epilepsiam apud AETIUM.

In eadem collectione GEOPONICORUM, quæ CASSIANO BASSO aut CONSTANTINO Porphyrogenetæ tribuitur, & cujus ad manus est editio Cantabrigienfis 1704. 8. \* libro XII. plantarum medicæ vires ex variis scriptoribus traduntur. In L. XIII. de serpentum morfu ex FLORENTINO, scorpionum ex DIOPHANE &c. L. XVI. XVII. XVIII. XIX. veterinaria, fere eadem, quæ in propria collectione RUELLIANA possidemus, ex variis auctoribus aliqua, etiam ejus, quem diximus DIDYMI. Vana fere & empirica.

Huc refero, cum ANATOLIUS sit inter Geoponicos, fragmentum *de sympathiis & antipathiis*, quod est in *B. Græca* FABRICII cum J. RENSTORPII uberimis notis. De animalibus fere agitur, quæ sibi propriis plantis medentur.

In GRATII FALISCI *cynægetico*, quod exstat inter poetas minores BURMANNI Leid. 1531. 4. \* & Mietaviæ a. 1775. 8. \* recusum est, etiam morbi tractantur. Vermem docet canibus excindere, quo rabiem avertat.

In M. AUR. OLYMPICI NEMESIANI *cynægetico*, CARINO dicato, paucis de morbis canum agitur & de remediis. Edidit HAVERCAMPUS Leid. 1728. 4. & BURMANNUS ib. 1731. 4. \*.

#### §. LXXXVI. VARI.

In PHILOSTRATI fragmento, quod apud PHOTIUM exstat, habentur auxilia ad hydropem, ad sanguinis fluxum, alia. Opera omnia edidit GODOFREDUS OLEARIUS Lips. 1709. fol. BB. trium nempe PHILOSTRATORUM, qui omnes rhetores fuerunt.

In FLAVII PHILOSTRATI heroicis, CHIRONIS vita est. In CALLISTRATI *statuis* ÆSCULAPIUS locum invenit.

CÆLIUS APICIUS, quem LISTERUS mavult APICIUM CÆLII vocare, ignotus scriptor, & ab antiquo illo cognomine gulone diversus, ferreæ latinitatis homo, non sine admistis vocibus Arabicis. Ejus decem *de arte coquinaria* libros qui

(c) L. VII. c. 23.

(d) L. I. 2. c. 15.

(e) *Bibl.* p. 1022.

(f) *B. Bor.* I. p. 146.

qui valde corrupti ad nos pervenerunt, possunt ad scriptores diæteticos censerī, & est quod mireris, quantum luxuriōsæ gentis Romanorum gustus a nostro distet, nemo enim nuperorum mortalium, vel medicinæ nomine, delicias illas veterum deglutiverit. Utor editione Amstelodamensi 1709. 8. \* qua HUMELBERGII & LISTERI adnotationes continentur. Habeo etiam Venetam 1503. 4. eam quæ valde vitiosa est, curavit BLASIUS LANCELOTUS. Aliæ sunt Mediolanensis 1490. 4. 1498. 4. Basileensis 1541. 4. quam ALB. TORINUS ex codicibus MS. emendavit. Lugduni recusa 1541. 8.

GARGILII MARTIALIS LAMPRIIDIUS meminit in ALEXANDRO SEVERO. Scripserat *de mulo medicina*, cujus operis codex MS. in B. VOSSIANA exstat & editionem RHODIUS promiserat \*. Fragmentum dedit suis in rusticis GERNERUS.

PORPHYRIUS philosophus, SEVERI ævo natus, imperante DIOCLETIANO obiit. Is enthusiasmo non purus librum scripsit *de abstinentia*, s. *de non necandis ad epulandum animalibus*. Græce prodiit Florent. 1548. fol. cura PETRI VICTORII. Gr. lat. Lion cum notis T. de FOGEROLLES 1620. 8. Cambridge 1630. 1655. 8. OSB. Gr. lat. cum REISKII commentario Utrecht 1768. 4. Latine, *de abstinentia ab usu animalium* Venet. 1548. 4. vertente J. B. FELICIANO B. Bern. Gallice vertente D. de BURIGNY Paris. 1747. 12. PLATN., & prius 1732. 12. & vertente PHIL. JACOBO MAUSSAC Paris. 1622. 8.

Codices sunt MS. Græci in B. R. P. n. 2083. 2084. in B. *Vindobonensi* VII. p. 99. In *Medicea* BANDINI p. 209.

Victum vegetabilem, etiam ultra verum laudat, expositis tamen etiam contrariæ sententiæ argumentis. Antiquissimos mortales carnibus abstinuissē. Primum, qui iratus bovem occiderat, sponte in exilium abiissē. Oraculi jussu etiam reliquos cives carnibus epulassē, inque partem venissē sceleris. Pygmalionis ævo carniū esum invaluisse, frustra irrogatis pœnis. Brachmanes, Ægyptios ipsos carnibus abstinuissē. Esse suum animalibus ingenium, suas artes.

*Pythagoræ vitam*, ut hætenus medici, possis huc revocare. Græce Altdorf. 1610. 8. Latine Mediolani 1629. 8. Gr. lat. Rom. 1630. 8. Cantabrig. 1655. 8.

EUSTACHIUS Alexandrinus medicus apud PORPHYRIUM.

CENSORINUS medio seculo tertio scripsit *de die natali*. Editiones dixi B. *Anat.* I. p. 112.

In eo libello huc pertinet caput, quo agit de annis climactericis. Recenset vitæ humanæ divisionem in hebdomadas, HIPPOCRATICAM; tum alteram, cujus auctor SOLON fuit; porro Hetruscorum divisionem. Annum ætatis 63,

M m 3

quem

(\*) Lexic. Scribon.

quem vulgo reformidant, nos parvi facit. Deinde annos enumerat, quibus celebres aliqui viri de vita decesserunt.

JULIUS POLLUX in *Lexico* Amsterdam 1706. fol. a TIBERIO HEMSTERHUYNS edito, morbos etiam exponit. Polypus, morbus insanabilis. Fluxus narium Atticis coryza audit. Morbus, quem ANTIPHON *Καρον* vocat. Morborum singularum corporis partium brevis expositio. Sic HESYCHIUS apud ALD. 1514. fol. & Leid. 1746. fol. \*, cujus brevissimæ sunt interpretationes.

HEPHÆSTION in *polyanthea* apud PHOTIUM habet aliqua de Hercule Anticyræ fanato. CLEMENTEM etiam ALEXANDRINUM vel ideo nomines, quod in *stroma-ribus* aliqua ad medicæ artis in Ægypto historiam conferat. Prodierunt opera omnia Oxon. 1715. fol. BB. curante POTTERO.

CORPUS JURIS CIVILIS omitto, ne in omnia diffundar: passim tamen aliqua habet, quibus veterum medicorum conditio, & mores, privilegia etiam & pœnæ definiuntur, aliqua etiam ad medicinam forensam spectantia.

COSMAS & DAMIANUS, imperante DIOCLETIANO martyres, medicorum in urbe Roma & chirurgorum patroni. *De iis artis medicæ Diis tutelariis* est F. BOERNER diff. Helmtatt 1747. 4. \*.

THALELÆUS cilix, medicus, Thaumaturgus, circa a. 284. vixit.

CONSTANTINI magni ævo, ineunte seculo quarto, prima *νοσοδοχεια* exstructa fuerunt, quod CHRISTIANÆ religionis donum, posteriori & nostro potissimum ævo, plurimum ad incrementa artis medicæ contulit.

MANES medicus periit, cum Regis Persarum filium sanare non potuisset (a).

JAMBlichus *de mysteriis Ægyptiorum* aliqua ad historiam medicinæ contulit. Ægyptios sua inventa HERMETI tribuisse in l. *de mysteriis Ægyptiis*. Fanaticus cætera homo. Prodiit Lion 1544. 12. 1559. 12. Rom. NICOLAO SCUTELLIO interprete 1556. 4. TREW. Laudes editionem Oxon. 1678. fol. Greco latinam. Vitam etiam PYTHAGORÆ scripsit Romæ 1556. cum priori l. excusam (b).

Alius JAMBlichus fuit medicus, de quo ÆTIUS, ad quem epigramma existat.

Chemicos SYNESIUM, ZOSIMUM, alios, alias dicemus.

ASTRAMPSYCHUS, cujus est de somniorum interpretatione l., scripsit etiam l. *veterinarium* (c) *de curatione asinorum*. Ætas incerta.

EUSTATHIUS, ad quem BASILIUS M. scripsit.

ÆGIALEUS archiater apud EPIPHANIUM.

S. CÆSARIUS medicus Byzantinus frater GREGORII NAZIANZ.

JONICUS

(a) SUIDAS II.

(b) THOMÆ GALE.

(c) SUIDAS.

JONICUS SARDIANUS, ZENONIS Cyprii discipulus, qui idem admirationem ORIBASII meritis est.

THEON, medicus in Gallia apud EUNAPIUM.

XENOPHILUS ORIBASII & AETII.

THEODOTUS Laodicensis, episcopus, medicinae gnarus, apud EUSEBIUM.

§. LXXXVII. MEDICI ALIQUI INCERTÆ ÆTATIS.

ANTYLLUS.

ANTYLLUS cum POSIDONIO conjungitur, iste cum RUFO & ARCHIGENE. Cum vero GALENUM citet, utrumque ut incerti ævi virum post GALENUM rejicimus.

ANTYLLUS chirurgus, sæpe ab ORIBASIO citatus, semel ab AETIO, demum a PAULO, & sæpissime ab ARABIBUS, ignoratæ cæterum ætatis scriptor, a RHAEZO frequentissime citatur, varie corrupto nomine ANTILISII &c. Scripsit libros *de auxiliis quæ fiunt* (e).

*De remediis quæ extrinsecus adhibentur* (f).

*De remediis evacuantibus.*

In l. *de auxiliis* multa habet ad victus rationem & corporis exercitationem facientia.

De ambulatione, cursu (g), gestatione (h), oricelasia (i), natatione (i\*), palæstra (k), umbratili certamine (l), gestulatione (m), saltu (n), pila (o), folle pugillari (p), de ingressu per loca sicca (q), de halteribus contorquendis (r), de armorum pugna (s); quæ omnia mihi videntur florentis Romæ temporibus respondere.

Ex

(e) Librum quartum citat ORIB. coll. L. VI. librum 4. ib. c. 26. librum 30. IDEM librum I. coll. IX. c. 3. Librum III. ORIBAS. coll. V. c. 4.

(f) ORIBAS. coll. L. VIII. c. 10.

(g) *Id.* coll. VI. c. 21. ex l. 30. & c. 22. in renum morbis.

(h) C. 23.

(i) C. 26.

(i\*) lb. C. 27.

(k) C. 28.

(l) C. 29.

(m) C. 30.

(n) C. 31.

(o) C. 32.

(p) C. 33.

(q) C. 35.

(r) C. 37.

(s) C. 36.

Ex hoc *de victus ratione* l. II. & ex l. *de clysteribus* aliqua exstant in B. *Medic.* BANDINI III. p. 151.

Porro in eodem opere agitur de fomno (*t*). De vigilia & ejus utilitate (*u*). De sermone (*x*). De scarificatione (*y*). Huc locus est de ventis (*z*), de locis (*a*), ut ad sanitatem faciant. De domo (*b*), de horto (*c*).

In L. *de remediis extrinsecis* agitur (*d*) de lunæ potestate (*e*). De effectu partium diei (*f*). De madefactionibus (*g*). De irrigatione & adspersione quæ fit spongia admota (*h*). De cataplasmate (*i*). Porro de balneo ante partum (*k*). De balneis naturalibus variis, aluminosis (*l*), nitrosis. De coctione medicamentorum, quæ emplastra subeunt (*m*). De utilitate collutionis (*n*). De potu calido in febribus utili, de frigido in febribus ardentibus, de posca ad hæmoptysin, de melleis potionibus (*o*).

Ex II. *de remediis evacuantibus* (*p*). De ellebori usu fuscæ & accurate (*q*). De apophlegmatismis (*r*). De iis, quæ per nares purgant (*s*), & per lacrymas, ut acria collyria (*t*). De diureticis (*u*). De iis, quæ sanguinem educunt (*x*), & sudorem cient (*y*). De glandulis & clystere ex veratro albo (*z*). De hirudinibus (*a*).

Denique locus de hydrocephalo est in L. XLVI. ORIBASII, quem vide in Chirurgicis.

ANTYLLUS

- (t) ex libro IV. ORIBAS. ibid. c. 5.  
 (u) C. 6.  
 (x) C. 7.  
 (y) C. 8. 9. 10.  
 (z) L. IX. c. 9.  
 (a) C. 11.  
 (b) C. 13.  
 (c) C. 14.  
 (d) ex libro I. ORIBAS. coll. L. IX. c. 1.  
 (e) C. 3.  
 (f) C. 4.  
 (g) ex libro I. ID. *de presidiis* citatur; videtur autem utique ad extrinseca pertinere ib. c. 22.  
 (h) C. 23.  
 (i) C. 29.  
 (k) L. X. c. 2.  
 (l) lb.  
 (m) *Synopf.* L. II. c. 61.  
 (n) *Coll.* L. V. c. 28. hic locus MS. reperitur in B. Vindobon. L. VI.  
 (o) C. 29.  
 (p) *Coll.* L. VIII.  
 (q) C. 5. & AET. L. I. 2. c. 121.  
 (r) C. 20. ex libro 2.  
 (s) C. 13.  
 (t) C. 14.  
 (u) C. 11.  
 (x) C. 16.  
 (y) C. 17.  
 (z) PAUL. L. VIII. c. 10.  
 (a) ORIBAS. *syn.* L. I. c. 14.

ANTYLLUS *de febribus* citatur a RHAZE Cent. XVII. IDEM etiam fuerit ANCILISIUS Cont. L. III. medicus, qui in angina bronchotomen commendabat, et si RHAZE dicit se vidisse hoc auxilium administrantem. Eadem enim de ANTYLLO verba habet AETIUS.

## §. LXXXVIII. PHILAGRIUS.

PHILAGRIUS, parum cætera notus scriptor, Epirota, GALENO nuperior, Thessalonicae medicinam fecit, non idem, qui PHILOSTORGII filius fuit, celebris VALENTIS & VALENTINIANI ævo medici, nostrum enim, quem ORIBASIIUS citaverit, oportet antiquiorem esse. Reperio PHILAGRIUM etiam Epirotam, NAUMACHII discipulum, auctorem epistolæ *de rene indurato*, & fratrem POSSIDONII, qui omnes celebres fuerunt medici: sed is quidem nostro fuerit posterior.

Libros medicos scripsit omnino septuagenos, & in HIPPOCRATEM est commentatus (a).

Plurima ejus apud ORIBASIIUM memoria est, & AETIUM, etiam apud SERAPIONEM (b), & JANUM DAMASCENUM, aliosque Arabes (c). FILOGORIUM fere vocat RHAZE Cent. III. & FILOGORISEUM L. IV.

Ejus amplus locus *de potionibus* reperitur apud ORIBASIIUM (d). Diacodium ejus febricitantibus utile (e). Potus ex cornis, malis, cydoniis cum aqua (f). Omphacomeli ad calidos morbos (g). Rhodomeli, itidem (h). Selinatum ad urinam pellendam (i). Venam fecat e directo doloris, ut ex manu dextra, quando pes dexter laborat (k). Medicamentum ex sulphure ad febres periodicas (l). Ejus antidotus (m). Aloedarium passim apud AETIUM. Stomaticum ad oris erosiones (n). Epithema ad stomachi inflammationem (o). Ad opplatum hepar med. ex rheo, castoreo, pipere (p). Diæta eorum, quibus renes calculo laborant.

(a) SUIDAS L. III. 597. 598.

(b) L. VI. c. XI.

(c) Ib.

(d) Coll. L. V. c. 27.

(e) C. 19.

(f) C. 21.

(g) Ib.

(h) C. 22.

(i) C. 23.

(k) AETIUS L. III. 4. c. 23.

(l) Id. L. IV. 1. c. 110.

(m) L. III. 3. c. 3.

(n) ORIBAS. *syn.* L. IV.

(o) AET. L. III. 1. c. 16.

(p) Id. L. III. 2. c. 2.





borant (q). Locus de pollutione (r). Signa adfecti lienis. Octo nominat in-temperies, ad GALENI ductum (f). Ad arthritidem pharmacum ex croco, quod ad eum morbum tollendum sufficiat. Aliud medicamentum cum opio. In vigo-re mali impositum pastillum eluere oportuisse (t). IDEM, an AETIUS, frigidæ impositos pedes in podagra profuisse (u). EJ. ad scirrhus medicamentum (x). Locus de colliquatione (y).

EJ. locum de *isteritia* citat RHAZE in L. VII. de *colica* alium in L. VIII. Librum de curandis malis in L. VI. Locos de phthisi in L. III. de ventriculi inflammatio-ne & de nausea in L. V. ubi ventriculo cucurbitulam jubet admoveere.

#### §. LXXXIX. POSSIDONIUS.

Cum ANTYLLO conjungitur ab AETIO POSSIDONIUS, in usu veratri (z). Tum idem POSSIDONIUS cum RUFO, ubi anagallidem imponere jubet ad mor-  
fum canis rabidi (a). Hic forte fuerit medicus, frater PHILAGRII, sed non nostri, sed filius PHILOSTORGII optimi medici p. 281.

EJUSDEM caput est de phrenitide, ubi jubet narcotica & rigationes vi-  
tare (b).

Porro POSSIDONII & ARCHIGENIS de lethargo caput (c) est, qui morbus &  
in cerebro originem habeat, & in abdominis visceribus (d).

Tum de caro (e). De comate (f). De vertigine, iterum cum ARCHI-  
GENE (g). De infania, iterum utriusque scriptoris valde fufus locus. Hic re-  
perias diatriton, non abstinentiæ, sed tenuis cibi, ut hactenus a rigore metho-  
di noster desectat. Venam etiam frontis secatur, & alvum ducit, centaurea & gen-  
tiana. IDEM de morbo qui non sit dæmon. Hic hieram ARCHIGENIS præscribit,  
ut eo nuperior sit (h). Alius locus de epilepsia, ubi hiera GALENI citatur (i).  
De commorsis a cane rabido, ubi cum RUFO conjungitur. Hic de sene, qui solo  
ratiocinio

(q) AET. L. III. 3.

(r) ID. ib. c. 34.

(f) L. II. 2.

(t) L. III. 3. c. 26.

(u) C. 28.

(x) ORIB. *syn.* L. IX. c. 60.

(y) AET. L. II. 1. c. 90.

(z) L. I. 3. c. 121.

(a) L. II. 2.

(b) AET. L. II. 2. c. 3.

(c) C. 3.

(d) C. 5.

(e) C. 6.

(f) C. 7.

(g) C. 8.

(h) C. 12.

(i) C. 13. 20. 21.

ratiocinio se curaverit, cum se convinceret, non posse (k) in balneo canem esse: hic etiam curatio vulneris ab ejusmodi cane inflicti dicitur, oxalidis efficacia effecta.

Oleum Cyprinum ex POSSIDONIO (l).

§. XC. ORIBASIIUS.

Sardianus (a), aliis ut FREINDIO & EUNAPIO Pergamenus, ZENONIS Cyprii discipulus, JULIANI Aug. medicus & amicus, Quæstor Byzantinus, in ejus imp. gratiam magnum *collectionum* opus molitus est, cujus exigua pars ad nos pervenit. In eo plurima veterum loca conservantur, rectius sæpe, quam in ipsis eorum scriptorum operibus, ut in GALENI, & RUFII exemplis adparet. Neque purus putus compilator fuit, artem enim suam cum laude exercuit, & in exilium inter barbaros post JULIANI mortem missus, sua medendi peritia eorum favorem sibi conciliavit, quoad ab Imperatore revocatus in dignitate consenuit. Venam humerariam cum periculo incidi monuit (b), & escharotica medicamenta, quando delapsa sunt, majorem hæmorrhagiæ metum facere (c). Suam etiam ad experientiam provocat, ut in GALENI medicamento ad fungos malos (d). Ejus medicamenta pluscula propria fuerunt, quorum non pauca a posteris recepta sunt: ad ulcera vesicæ (e), ad lepram (f), pro ægre meientibus (g), ad hydropem (h), ad asperitatem & vocis suffocationem (i), pro cœliacis (k), pharmacum pituitam ducens (l), aloedarium (m), ex meliloto (n); ad ephelides (o), antidotus (p), theriaca, qua MARCUS IMP. usus sit (q), remedia ad venerea (r), purgatorium aquam ducens (s), hepatica (t).

Non tamen neges, aut superstitioni nimium dedisse, aut vanitati, Græcorum

N n 2

rum

(k) C. 24.

(l) PAUS. L. VII.

(a) SUIDAS.

(b) Syn. I. c. 10.

(c) L. VII. c. 20.

(d) L. IV.

(e) AET. L. III. 3. c. 29.

(f) Ib. L. IV. 1. c. 134.

(g) Ib. L. III. 3. c. 22.

(h) L. III. 2. c. 26.

(i) L. II. c. 4.

(k) L. III. 1. c. 37.

(l) L. I. 3. c. 102.

(m) Ib. c. 107.

(n) L. III. 1. c. 16.

(o) AET. L. II. 4. c. 15.

(p) L. III. 3. c. 13. PAUL. L. VII.

(q) L. IV. 1. c. 106.

(r) L. III. 3. c. 35.

(s) L. I. 3. c. 110. Aliud L. I. 3. c. 23.

(t) L. III. 2. c. 6.

rum communi malo. Signa etiam morborum & accuratam historiam neglexit, ita ut medicamentorum varietati se totum daret. Neque velim ORIBASII laudibus imputare scarificationis, CÆLIO toties dicti antiqui auxilii, commendationem, neque lycanthropiam, Sideti MARCELLO dictam. Equitationem primum laudasse MACKENZIE (u).

Operis *collectionum* habemus libros septemdecim, quibus COCCHIUS adnumerat libros a 43 ad 47. ex codice NICETÆ editos, qui chirurgici sunt argumenti, & inter chirurgicos dicti.

Codex MS. Græcus librorum 15, paulum imperfectus & nuperus, est in B. R. P. n. 2189, tum similis editis n. 2261. Conf. n. 2162. 2163. Libri 10. sunt in codice 2189. & totidem n. 2190.

Libri duo de curationibus sunt in B. Reg. Lond. CASHLEY p. 212. & compendium apud MONTFAUC. I. p. 631.

Erant etiam in GUILIELMI PELISSERII bibliotheca opera ORIBASII MS. MONTFAUC. II. p. 1199.

Prodierunt interprete RASARIO apud ALDUM absque anno 8. Porro Paris. 1555. 8. FABRIC. GUNZIUS has duas editiones pro eadem habet, quæ Parisiis ex officina ALDINA apud TURRISANUM prodierit. Porro exstant latine in collectione Basileensi T. II. 1557. 8. \*, tum in collectione HENRICI STEPHANI.

Alia interpretatio exstabat inter libros RENATI MOREAU, multum ab editis diversa.

Græcæ tantum aliqua excusa sunt capita libri V. & caput 14. libri I. Romæ 1543. 4. curante AUGUSTINO RICCIO.

Liber *collectaneorum* exiguus, ut videtur, cum RUFO, ARETÆO, aliis prodit Paris. 1556. 8. ASTRUC. MEAD. Fuerint libri anatomici ORIBASII.

Gallice vertisse ADAMUM de la VALLE'E, VERDIER, & les anciens & renommés auteurs de la médecine & chirurgie, HIPPOCRATE, GALIEN & ORIBASE, video citari, Lugduni excusos 1555. 8. DRAUD. Sed isti chirurgici sunt.

Libri priores *collectionis* pertinent ad rationem victus, L. I. ad cerealia & fructus.

L. II. de carnibus.

L. III. & IV. de usu ciborum ad certos fines medicos obtinendos, & ad alterandos humores.

L. V. de aqua, vino, vinis artificialibus, potionibus, melle medicato, diacodio.

L. VI. de exercitationibus variis, frictione, aliisque præsiidiis, ex ANTYLLO & HERODOTO. De somno, vigilia, venere.

L. VII.

(u) *hist. of health.* p. 199.

(x) LABBE *elogium* GALIENI.

L. VII. de evacuationibus, de venæ sectione, arteriotome, cucurbitulis, scarificatione, purgantibus, vomitum cientibus. Hic locus est, in quo auctor pestem scarificatione se superasse ait, ut ad duas sanguinis libras emitteret. De usu hellebori: in canibus primum experimentum factum, inde ad homines translatum fuisse. Ulcere cancroso laborans femina helleboro sanata. In Caria medicos ex fero lactis & cnico purgans medicamentum parare.

L. VIII. iterum de helleboro, de ciendo vomitu, de clysteribus. Accurate ut definias, qua in fede intestini sterco retineatur, optimumque ægroti ad recipiendum clyfma situm accommodes. Purgantia medicamenta. Hic citat, quæ ad POTAMONIANUM de vomitibus scripserat: aliqua ad morbos abdominis.

L. IX. de ventis. De situ urbium, de ejus situs salubritate. Tranfit inde ad medicamenta externa, fomenta, cucurbitulas, cataplasmata.

L. X. de balneis nativis, aut artificio paratis. De balneo in oleo, in hydrelæo. Ad priora illa adnotationes REINESII extitisse FABRICIUS auctor est. Porro varietas externorum medicamentorum. Ad dentes etiam & aures remedia.

L. XI. ad XV. ad materiem medicam pertinent.

L. XI. & XII. plantæ ex DIOSCORIDE.

L. XIII. metalla eodem auctore.

L. XIV. indicationes variæ & ad quamque varietas medicamentorum purgantium, mollientium, menses pellentium &c. Hic gradus GALENI repetitos videas.

L. XV. alphabeticum lexicon medicamentorum simplicium.

L. XXIV. XXV. anatomici sunt argumenti.

*Synopses* ad EUSTATHIUM filium L. IX, quibus tota medicina in compendium contracta continetur.

Codicem MS. NICOLAUS SAMMICHELIUS ex Græcia adportaverat. Exstat etiam codex MS. in B. *Vindobonensi* LAMBEC. VI. p. 101. & in B. R. Par. n. 2188. & in AMBROSIANA Mediolanensi MONTF. I. p. 502. & nisi fallor in *Medicea* BANDIN. III. p. 218.

Prodiit Venet. apud ALDUM 1554. 8., Paris. 1554. 12. tum Basil. 1557. 8. \* & cum Principibus.

Citatur a PAULO.

Ex præfatione adparet, hanc minorem collectionem post majorem illam scriptam esse. In L. I. agitur de exercitatione corporis varia, de venæ sectione, evacuatione varia medica & chirurgica: de venereis medicamentis, balneis, medicamentis externis, inter quæ metafyncritica recenset, ex sinapi, thapsia, quibus ipse utatur, vestigia *methodi*.

(\*) C. 21.

L. II. medicamentorum simplicium census est, secundum qualitates & gradus.

L. III. emplastra & alia externa medicamenta: tum purgantia undique collecta, potissimum ex GALENO. Basilicon tetrpharmacum.

L. IV. quæ herbæ, & quæ simplicia medicamenta, indicationibus curatorii satisfaciunt: qui cibi boni succi sint, qui mali, qui alvum moveant, supprimant, calefaciant, refrigerent &c. Pilulæ f. cocaria.

L. V. de gravidarum & nutricum morbis & ægrimoniis, de nutrice eligenda, de morbis puerorum, eorum educatione, cura. Senum cura & peregrinantium. Signa bonæ malæve temperiei in quaque corporis parte.

In L. VI. qui potissimum practici scopi est, de febribus, earum crisi & de signis crifum. Febres sigillatim, fere ex GALENO. Alia symptomata. De pestilentia, in ea ardor internus, alvi profluvia varia.

L. VII. chirurgicus est.

L. VIII. de morbis agit capitis & oculorum: hic locus est de lycanthropia, & de canis rabidi morfu. De suffocatis, quos ait fuscitari posse.

L. IX. morbi pectoris, abdominis, corporis universi, qualis est ischias, scirrhi, renum durities. Vas in vesica ruptum. Diabetes, in quo auctor sudorem movet.

*Euporiforum* L. IV. ad EUNAPIUM Basil. 1529. fol. Venet. 1554. 8. \*. 1558. 8. \*. Argent. 1533. f. SEG. 1544. PLATN. Basil. 1557. 8. \*.

Codex est MS. in B. R. Londin. p. 212. alii in B. R. Par. n. 2177. in *Medicea*, in B. BODLEYANA. Græce n. 150. in B. *Bavarica*.

Medicamentarius est l. In L. I. alimenta secundum suas classes recensentur, isque liber synopsis prioris libro V. hæcenus respondet.

L. II. secundum literas alphabeti, adjectis viribus, deinde ad classes. Respondet libro XV. prioris collectionis.

L. III. & IV. fere eadem repetuntur, quæ sunt in LL. VIII. & IX. synopsis prioris.

EJ. *fragmentum de ratione victus per totum annum*, seorsim prodiit Basil. 1528. fol. \*.

Excerpta aliqua ex ORIBASIO de antidotis, emplastris & unctionibus sunt in B. R. Par. n. 2240.

Epistolæ aliquæ MS. in B. Divionensi S. Benigni. MONTF. II. p. 1286.

De ponderibus & mensuris in B. R. Par. n. 2243.

Compendium ad CONSTANTINUM porphyrogenetam dicitur in Bibl. VERDERII, Constantinopoli fuisse in libris MICHAELIS CANTACUZENI, quod idem alibi video nominari *Hippiatrica*.

Quid est AETII *Amideni synopsis trium librorum ORIBASII*, h. c. ad JULIANUM, EUSTATHIUM, & EUNAPIUM in *Bibl. Medic. Plut. LXXV.* Annor totus ORIBASIIUS.

Commentarios ORIBASIO adscriptos ad aphorismos HIPPOCRATIS diximus, undique spurios.

Non alios dari quatuor libros ORIBASII, quos PHOTIUS citaverit, ostendit GEISLERUS de PHOTIO.

## §. XCI. SECULI QUARTI ET QUINTI.

EUNAPIUS SARDIANUS scripsit *de vitis philosophorum & sophistarum* Gr. lat. eum not. HADR. JUNII Antverp. 1568. 8.

*Antidotus JULIANEA* BANDIN. III. p. 155.

GREGORIUS NYSSENUS L. *de pulsibus*, qui ex ejus ore exceptus dicitur B. R. Par. n. 2316. Lego negasse in peste contagium esse.

In THEONIS Alexandrini junioris, THEODOSIO coevi, opere *Theotiffo* dicto, morbi a capite ad calcem dicuntur ap. PHOTIUM a. 220.

HELIODORUS Milestarum scriptor, ACESTINUM medicum nominat, qui manu puellae tacta amorem Charicleae detexerit, hominem forte fabulosum.

MAGNUS Jatrofophista, THEOPHILO & ACTUARIO dictus, *de urinis* scripsit, Codex exstat Græcus in B. BODL. n. 261. in B. R. Par. n. 2200. & cum titulo MAGNI EMESENI in B. MICH. CANTACUZENI, denique in B. G. PELISSERII. Videtur omnino idem MAGNUS, quem EUNAPIUS, perinde ut THEOPHILUM, in theoria se continuisse scripsit, JULIANI ævo, neque THEOPHILI fuerint ii libri, priorem enim & MAGNI præceptorem fuisse, quæ GUIDOTI est conjectura p. 141, error est, cui falsa inscriptio videtur ansam dedisse.

Medicamentum ex ejus commentariis habet TRALLIANUS L. V.

JULIUS AUSONIUS, celebris Poëtæ pater, medicus fuit & Archiater VALENTINIANI, & præfectus Illyrici. EJ. absponum quidem medicamentum, quo arthritidem in se ipso sustulerit, apud MARCELLUM exstat. Neminem sectatum fuisse filium gloriatur, sed idem empiricus fuit. L. *de medicina* legerat VINDICIANUS. De eo fuse *tabl. hist. de la litt. franc. I. p. 3021.*

EUTROPIUS de medicina scripsit, apud MARCELLUM.

EPIPHANIUM in *Panario s. capsula medica contra 80. hereses* latine a J. CORNARIO verso Basil. 1578. aliqua habet ad historiam medicinæ.

EUSEBIUS PORPHYRIUS & TITIANUS apud PRISCIANUM nominantur.

TERENTIUS EUTYCHIANUS archiater, cujus medicamentum MARCELLUS habet: TERENTIUM etiam EUTYCHIANUM citat & ejus diatesaron PRISCIANUS (\*).

AMERO-

(\*) L. IV. c. 14.

AMBROSIUS medicus Puteolanus MARCELLO dictus, Gallus, archiater, qui a vipera demorsus theriaca fit servatus (a). Non fuerit adeo AMBROSIUS p. 165. ut aliunde videretur.

AMBROSIUS Mediolanensis episcopus hactenus huc pertinet, quod sirupum de milio ad febres exanthematicas utilem invenerit, etiam nostro ævo usu frequentem.

EPICTETUS THEODOSII M. archiater.

THEOPHILUS archiaterum comes apud S. CHRYSOSTOMUM.

JANUARIUS, PROSDOCHUS, & PROCLIANUS (b) etiam a MARCELLO citantur.

A PRISCIANO etiam PHILOSOPHIANUS CYSO dicitur, cujus sit Chrysofarmacum (c).

BASILIUS archiepiscopus a HIERONYMO dictus, a quo differt BASILIUS Melitiniotes J. C. qui *de diata* scripsit, citatus apud PSEUDO GALENUM in *euporistis*.

COSMIUM medicum PRISCIANUS etiam passim citat, ejusque medicamenta (d).

SEBASTUM cujus diamoron, LEOPARDUM, cujus ad hydropem medicamentum.

GAMALIELIS patriarchæ remedium MARCELLUS habet p. 168.

ARTEMIUS DIANTIO, cujus malagma Narcissimum.

#### §. XCII. VETERINARIJ.

Non possunt multo posteriori loco recenseri, quorum unus ex principibus sub CONSTANTINUM meruerit, quorum nomina fere omnia pure Græca sint, & nihil admixtæ habeant barbariei, qui demum fere ethnici fuerint. Etsi enim GREGORII (e) nomen Christianum putes, potuit tamen ut Geoponicorum, ita veterinariorum, collectio posteriori ævo aucta fuisse, & adjectus iste ferioris ævi homo. HIEROCLES, cui ea collectio tribui solet, paganus fuisse videtur: verum non est, qui putabatur auctor collectionis, ipse enim cum suo nomine ubique citatur. Scripti certe sunt libelli florente imperio Romano, nominibus gentium antiquis superstitionibus.

Latina editio est RUELLIO interprete Paris. 1530. fol. BB., Basil. 1537. 4. tum Lyon 1571. fol.

ANATOLIUS *de re veterinaria* Gr. prodit Bas. 1537. 4. B. BODL., nempe ipsi veterinariæ medicinæ ll. II., nunc primum Græca lingua editi GUNZ.

Germanica est editio *Rosbarzney* Nürnberg. 1575. fol. Italica Venet. 1343. 8.

Porro

(a) CAMERAR. Cent. IV. 98.

(b) C. 12. p. 210.

(c) L. IV.

(d) C. 14. 21. 29. 30. p. 138. &c. collyrium p. 54.

(e) p. 29. b. 113.

HIEROCLIS de curandis morbis equorum libri duo, cum iconibus equorum in B. R. P. n. 2284. videntur iidem esse II.

Græce ib. HIERONIS & ABSYRTI opuscula de eodem argumento.

Tum collectio Hippiatrica a SOSTRATO & HIPPOCRATÆ collecta, in B. R. P. n. 1994.

Et ABSYRTI libri, qui reperiuntur in bibliotheca ducis Mantuæ GESNER. Citat alium codicem GEORGIUS AGRICOLA. Alius ABSYRTI nomine inscriptus codex est in B. BODLEYANA UFFENB. (f).

Nescio quæ sit *ars veterinaria s. faciendi equis medicinam* in lat. B. Leid. p. 324, & in B. VOSSIANA n. 2217.

Nonne idem cum nostris fuerit excerptum ex l. *de m. veterinaria* ex ABSYRTO, HIEROCLE, THEOMNESTO, ANATOLIO, EUMELO, CHIRONE, AGATHOTYCHO, HIPPOCRATE &c. cujus codex est in B. Med. BANDIN. III. p. 149. & *Plut.* LXXV. Idem est opus quod GRYNAEUS Basileæ edidit.

HIERONYMUS, apud HIEROCLEM cutem aperire jubet, & aerem inflare, ut nuperi illi Nigritæ oræ Quaqua.

HIPPOCRATES veterinarius. EJUS pastilli ad morbidum pulmonem. In malide sicca veterina gravem de ore spiritum reddere. Tussis. Jecoris dolor. Nervorum rigor. Alvi profluvium. Tormina. Ad inflammationem, meliceriam. Pilorum defluvium. Verrucæ. Rabies.

ABSYRTUS primarius auctor; EJUS sunt loci de febre equi. IDEM de malide articulari, de malide sicca, quæ ipse est morbus pestilens boum, qui a dimidio seculo Europam devastat, qui ad peripneumoniam pertinet, & in quo noster veratrum per cutem jubet trajici. De pulmone rupto. De *hordeatione*, qui videtur tetanus non satis dilucide descriptus. Quando venam secare oporteat. De vitiosis equis, quibus non idem in utroque oculo color est. Parotides, morbus adfinis *dem Rosa*. Angina. Tussis chronica. Ad *pusulam* s. ignem facrum. In artuum doloribus aerem insufflari jubet, ut HIERONYMUS. Sic ad coriaginem. In orthopncea sulfure utitur, in cardiaco morbo calidis. In nephritide urit. Jecoris dolor. Urinæ stillicidium: non vult manu in anum data vesicæ situm emendari. Castorei suffitum apud Sarmatas se didicisse. Rigor nervorum & opisthotonos: adipe sicco inungit. Alvi profluvium. Adstringentia. Intestini conversio: & tenuis intestini dolor. Hydrops. Dysenteria, in qua anus procidit. Lienosi, sanguis de ano fluens. Obstructio coli. Sanguis verno tempore de dorso manans. Tormina. Ilium inflatio; esse qui pectus perforaverint, flatui viam aperuerint. Genuum defluxiones non debere uri. Podagra. Præfert ea, quæ alvum ducunt. Pilorum marcor. Curatio equi fatigati, aut exæstuantis ex itinere. Convulsio interna. Bulimus. Ex obscuris causis strigositas, scabies. Cholera: hic putat auctor, suum esse in equo bilis conceptaculum. Dolor cervicis, quem convulsionem nervorum vocat. Venenatæ herbæ, primo loco

(f) L. III. p. 50.

Tom. I.

O o

brassica



brassica sylvestris. Equi hirsuti. Dentitio. Ut farragine veterina recreentur, segete nempe viridi demessa. Oppletio & cruditas. Rabies; venam secat, dat veratrum. Defluxio a capite sive catarrhus: dolor calvariæ. In sudorem proclivitas. Perfrictio. Morbus comitialis. Strangulatio. Purgantia alvum. Medicamenta varia. Lienis nimium incrementum.

HIEROCLES princeps auctor, pariter de febre agit, & de malide humida, deque sicca malide articularum. De elephantia, de pulmone, iterum morbo nostro bovillo simili, de hordeatione. EUMELUM carpit, quod fatigato equo sanguinem detrahat. Ad parotides. Tumor tonsillarum. Angina. Tussis, ad eam lenientia. Ad pustulam. Ad armorum dolores. Orthopnoea. Pulmonis ulcus. Malum cardiacum. Nephritis. Ventris dolor. Venam secat, calida fovet. Morbi vesicæ, eadem hic quæ ABSYRTUS. Opisthotonos; esse qui in balneum equum descendere cogant. Alvi profluvium. Conversio intestini plenioris: manum subdere vetat; esse quibus intestinum inde diffiliat. Dolor tenuis intestini. Hydrops: paracentesin suadet & ventris exustionem. Dysenteria ex ABSYRTO. Lienosi. Teredines. Sanguis de ano. Alvi obstructio. Sanguis de dorso. Ilium inflatio. Genuum deflexio. Podagra; etiam testes excidit. Pilorum caudæ marcor. Pilorum in cauda rigor. Aphthæ. Arteria ulcerata. Bulimus. Strigosi, ut ABSYRTUS, scabies. Cholera. Nervus. Herbæ venenatæ. Equi hirsuti. Farrago, s. viridis seges. Rabies. Medicamenta. Ex missione sanguinis ad genua tumores nasci.

AGATHOTYCHUS de febre: de malide: de jecoris dolore.

ANATOLII, ejusdem puto, cum Geoponico, de febre. Cura equarum prægnantium.

EUMELUS de febre, de pulmone, de rupto pulmone, de pulmonariis. Ad parotides. Tussis. Cardiacum malum. Ad vermes. Lienosi. Teredines. Crurum defluxiones. Marcor, Scabies. Cholera. De farragine. Rabies. Capitis dolor. Lassitudo. Æstus. Dolores articulares. Alvum ducentia. Malidem siccam non posse curari.

PELAGONIUS de febre cum dolore intestinorum, de elephantia, ad pestem, cui etiam remedium opponit ex ebuli radice cum creta, quod PISTERIO Siculo tribuit. Ad tussim fuscæ, valde acris: præfert tamen expertam sibi fabam cum adipe sicco inpositam. Ad coriaginem. Asthma, in quo venam secat. Cardiacus morbus. Colica. Opisthotonos: hic adipem etiam varium obungit. Hydrops sub cute. Teredines. Sanguis de ano fluens. Membris capti. Arteriaca. PELAGONII. Marcor. Phthiriasis in ano & ricini. Dolor capitis. Lethargus. Ad fluxum ex naribus.

THEOMNESTUS de malide arida, & sicca: de pulmonariis. Rabies equorum se ipsos admordentium. Ad tussim, coriaginem. Cardiacum malum. Ventris dolor & cruditas. Jecoris dolor: in Pæonia se regem secutum, ex frigore id malum equum suum contraxisse, igne accenso eum se refecisse, & unguentis. Alvi profluvium.

fluvium. Lienosi. Terebines. Pilorum defluvium. Marcor. Scabies. Citat ABSYRTUM. De farragine; Oppletio & cruditas. Dolor capitis; ad humores qui naribus devolvuntur, *der Wurm*.

NIPHON ad malidam articulem.

ÆMIUS HISPANUS.

LITORIUS BENEVENTINUS de peste.

TIBERIUS ad tussim: ad orthopnoeam; nephritidem, in ea cremasteres convelli; ad tympanitidem, in qua piper, costus; cutem amburit fecatve.

GREGORIUS ad tussim: ej. pastillus ad dysenteriam.

BERYTHI aliqua, tum PAMPHILI & DIOPHANIS, qui sunt inter Geponicos.

DEMOCRITUS de dysenteria.

TETRIPII medicamenta.

DIODORUS ad pondera & mensuras.

Denique multa capita sunt absque præfixo nomine auctoris, ut nephritico-  
rum curatio. Ad dolores lumborum, coxendicis, claudicationem, alvum tor-  
minosam, verminosam. Lienis mala, terebines. De ruptis intus visceribus;  
hic osteocola ad fracta sananda laudatur. Ad scabiem. Ad ileos:   
manu ano inserta hic alvum evacuat. Medicamenta plurima. Pha-  
zala singulare malum maris rubri, dracunculus, non ille vermis.

In universum hi scriptores ad empiricorum morem farragine medicamentorum pugnant. Cæterum ABSYRTUS (\*) princeps est, & plenissimus auctor, quem HEROCLES passim sequitur, & plerique imitantur.

Non repeto minoris momenti medicos, quorum nulla sunt consilia. Conf. *B. Chir.* I. p. 101.

### §. XCIII. FLAVIUS VEGETIUS.

Hujus ævi illustris scriptor fuit, quem vero eo titulo possidemus, eum ostendi multo serioris esse ævi, *B. Chir.* I. p. 102. Prodierunt EJ. *artis veterinariæ, s. mulomedicinæ* L. IV. edente 1529. 4. HERMANNO comite in NEUENAAR, curante J. FABRO EMMEO typographo; deinde ib. 1537. 4. \* porro SAMBUCI cura 1574. & denique plenius inter J. MATTHIÆ GESNER *rusticos* Lips. 1735. 4. \* cum J. ZACH. PLATNERI notis.

Germanice Francof. ad Moen. 1565. 4. Gallice vertente BERNARDO du PUY MONCLAR Paris. 1563. 4. Italice Venet. 1543. 8. cum *Hippiatricis* Græcis.

Notas & lexicon RHODIUS paraverat, quæ cum aliis BARTHOLINI libris incendio consumta sunt (†).

O o 2

Multa

(\*) de eo SUIDAS.

(†) *Bibl. incend.*

Multa ex COLUMELLA habere, & ex eo restitui posse REINESIUS (\*) vidit. Citat *Veterinarios Græcos*, PELAGONIUM, quem elegantem vocat, & ABSYRTUM, qui nimis humiliter scripserit. Sed & PELAGONII formulam repetit, & CHIRONIS armentarium pulverum.

Morborum nomina, species, etiam causæ, deinde farrago medicamentorum. Morbi a capite ad calcem, inter eos externi. In morbo malleo (malide) recte jubet morbosâ jumenta separare, ea enim & viva & mortua suo foetore inficere. Sic de malleo boum, qui ipse dirus est morbus, qui armenta pene uniuersa Europæ devastat: in malide etiam consiliginis radicem per cutem trajici. Calculum, qui e vesica in rectum intestinum irrepit, jubet digito expediri. In hydrope abdomen perforat. Manu stercorea retenta recte jubet ejici. Vermes intestinorum. Sanguinem a nimia fatigatione per nares effundi. Potionem diapente valde laudat, in qua gentiana, aristolochia, baccæ lauri. Cyclo (ad methodicorum sensum) jubet animalia sanare, dicta & medicamentis. Platochorialis, in qua pupillæ dilatantur, ut imaginem tuam in oculo inspecto non videas. Muei varietas, qui de naribus fluit. Ad sanguinis mictum lac. In epilepsia sanguinem repetito mittit, tum alvum ducit. Tussis funesta, in qua non vult sanguinem detrahi. Intercedunt superstitiosa. Anatem conspectu mulos & equas sanare.

Primi duo libri sunt de equis, inde de bobus.

#### §. XCIV. VINDICIANUS.

Archiatr VALENTINIANI l. Vicarius & medicus methodicus.

Ej. est epistola ad eum imperatorem, in qua ob febrem se ipsum laudat, quam frigidissima aqua expugnaverit, multo addito ratiocinio. Cum MARCELLO prodiit Basil. 1536. f. \*. ID. carmen recusum est inter P. PITHOEI *epigrammata vetera* Lion 1596. 8. 1587. 12. cum CELSO & SERENO (HÆNEL), porro ab ANDREA RIVINO Lips. 1654. 8. & nuper cum variis poetis veteribus cura P. BURMANNI Leid. 1731. 4. \* tum a FABRICIO editum in B. *Græca* vol. XIII. & a MORGAGNO cum SERENO.

Codex est in B. *Benigni Divionensi* MONTFAUC. Et in B. R. P. n. 6837. epistola *de quatuor humoribus*.

Idem carmen, quod fere VINDICIANO tribuunt, FABRICIUS Q. SERENO, MORGAGNUS MARCELLO adscribit p. 281. Verum id carmen minus barbarum est, quam a MARCELLO speres.

Medicamentorum est census, potissimum rariorum & exoticorum.

Quid est medicina VINDICIANI in *Bibl. Loudunensi* MONTFAUC.

SEVERI SANCTI f. ENDELEICHI Rhetoris Aquitanici carmen *de mortibus boum*

(\*) ad DAUMIUM; tum MORGAGNUS *Epist.* III. ad PONTED.

*bonum* Paris. 1586. 4. 1590. cura PETRI PITHOEI Lion 1596. 8. Francof. 1612. 8. cum notis WOLFGANGI SEBER cumque iis & J. WEITZII Leid. 1775. 8.

Romæ vixit exeunte seculo quarto Christianus. Breve carmen non contemnendum, ut ea ætate.

OLYMPIUS HORATIANI collega.

UNDIMIUS.

EUGAMIUS apud HORATIANUM.

THEODORUS PRISCIANUS Archiater, VINDICIANI discipulus, methodicus dicitur, empirico certe propior. Prodierunt primo Q OCTAVII HORATIANI nomine *de curatione omnium fere morborum corporis humani; de acutis & chronicis passionibus, de mulierum accidentibus & curis, deque physica scientia experimenta* Argentorati 1532. fol. \*. Ad eam editionem emendationes dedit REINESIUS.

Alia est, & melior editio, cum nomine THEODORI PRISCIANI ad TIMOTHEUM fratrem Basil. 1532. 4. \*, curante SIGISMUNDO GELENIO. Libri hic tantum tres numerantur, neque quartus adest.

Prodierunt etiam libri IV. apud ALDUM 1547. cum aliis collecti.

In priori illa editione liber a fene auctore scriptus (\*) continet morbos externos. Medicamenta superstitiosa & absurda plurima.

L. II. est morborum interiorum. Non valde certo hic methodicam sectam agnosces, nisi velis ex malagmatibus & externis auxiliis aliquid simile arguere. In phrenitide cucurbitulam raso capiti adfigit. Phthisin & mydriasin pupillæ genus esse paralyseos. Decem & ultra capita ex APOLLONII græcis, apud GALENUM in *επιτομῆσις* exscriptis, hic latine versa exstant. Hic aliqua habet, quæ ad strictum & laxum spectare videntur. Latine scriptum esse l. cum alios libros THEODORUS Græce scripserit, REINESIUS. Duas editiones sui operis edidisse TRILERUS.

In L. III. de morbis agit mulierum ad SALVINAM (& in HERMANNI edit. ad VICTORIAM) obstetricem, artis peritam dato. Invitum se abortiva dare.

In editione, quæ nomen præ se fert OCTAVII HORATIANI, libri priores sunt iidem. Quartus ad EUSEBIUM filium est, farrago medicamentorum, etiam vanissimorum, ut septem nominum ad dolorem capitis scriptio. Physiologica diximus.

Codex de morborum corporis humani medicinis est in B. J. MORI ap. MONTE. I. p. 687. & *γυναικείων* in B. R. Par. n. 7029.

Non differt THEODORUS, cujus est *dieta, s. de salutaribus rebus* Argent.

(\*) P. 38.

1544. fol. \* recusus a GEO. EBERH. SCHREINER Hall. 1632. 8. GUNZ. poito ab ANDREA RIVINO Lips. 1654. 8. PL.

Scriptit etiam PRISCIANUS libros Græcos *præsentanea medicina*, dum Constantinopoli vivebat (\*), ex REINESII conjectura, reliqua latine cum Romam rediisset (†).

Codex cum priori erat in B. J. MORI.

Castigationes in PRISCIANUM REINESIUS dedit in *Epistolis* ad DAUMIUM.

*Passionarius* GALENI, quem dicunt a PRISCIANO collectum ex GALENO, PAULO, ALEXANDRO & cujus codex est in B. D. S. PETRI *Cantabrigiensis*, idem est GARIOPONTUS. In B. enim R. Par. legitur, THEODORI PRISCIANI, s. potius GARIOPONTI l. *de ægritudinibus*, a capite ad calcem n. 6953. Conf. p. 267.

PRISCIANUS *de ponderibus & mensuris*, a RIVINO etiam editus est Lips. 1654. 8. cum SERENO.

THEODORUM PRISCIANUM *de medicina & antidotarium* possidebat SIMON JANUENSIS.

#### §. XCV. VARIH.

SOPOLIS, qui dicitur AETHI præceptor in re medica fuisse.

SOSIPOLIS, idem forte, apud PHILOSTORGIUM.

THESIUS medicus Burdigalensis apud MARCELLUM.

APOLLINARIS eidem dictus in præfat.

VALENS præceptor MARCELLI.

EUDELIUS medicus THEODOSII junioris.

RUSTICUS HELPIDIUS Archiater THEODORICI R.

JUSTUS medicus SIDONII ævo.

GENNADIUS incerti ævi AUGUSTINO dictus.

#### §. XCVI. MARCELLUS.

Vulgo *empiricus*, neque male, qui undique, etiam a rusticis, medicamenta compilaverit, idem archiater THEODOSII M., ab ARCADIO officio exfutus. Abfque ullo judicio aut selectu vanissima quæque & absurdissima corrasit, SCRIBONII magnam partem compilavit, suamque fecit, quem eundem JANUS CORNARIUS esse putat, qui dicitur a MARCELLO SIBURIUS. Nullam fidem meretur, etiam quando proprium ad experimentum provocat. Dictio barbara, etiam infra seculum: & multo quam in carmine VINDICEANI deterior. Morbos cæterum a capite ad

(\*) præf.

(†) p. 910.

ad calcem recenset, nulla cum descriptione, nullo causarum discrimine, deinde cuique malo farraginem medicamentorum opponit. Apparet artem medicam eo ævo undique degenerasse. Chemici utcunque argumenti est medicamentum ex ferro & aceto per quatuordecim dies in fimo digestis. Aliquæ tamen adnotationes. Phthisicus sanatus venæ frusto ejecto. Molæ in vetula absque coitu.

Ej. L. *de medicamentis* Basil. 1536. fol. \* a JANO CORNARIO editus est, tum inter principes H. STEPHANI & apud ALDUM 1547. fol. Male a J. CORNARIO editum esse J. RHODIUS queritur, qui novam editionem parabat. Codex MS. perantiquus erat apud J. VOSSIUM.

Neque possum dissimulare, mihi vehementer dubium esse, MARCELLUM quinti seculi scriptorem esse, etiamsi AETIUS MARCELLUM citat. Nam in libro, qui MARCELLO tribuitur, MARCELLUS celebris medicus citatur; citantur etiam de oxyporo etiam duo PLINII (\*). Nunc continuè ostendam, multo serioris esse ævi PLINIUM qui dicitur VALERIANUS. MARCELLI pastillus est apud N. MYREPSUM, forte vetustioris. An ejus est Marcellium ad perniones (†).

Gallice versus est ab ANT. de MOULIN Lion 1653. 8. BB.

Pluriculæ epistolæ cum MARCELLO solent editæ reperiri, SCRIBONII, HIPPOCRATIS, absurde MÆCENATI inscripta, PLINII SECUNDI, VINDICIANI, CORNELII CELSI, quæ & ipsa SCRIBONII fuerit.

§. XCVII. PLINIUS. SORANUS SPURIUS.

Non separabo a MARCELLO homines sordida dictione, & empirica artem tradendi ratione satis similes.

C. PLINII SECUNDI *de re medica* L. V. Rom. 1509. fol. & Bonon. 1516. fol. \* multo quam Romæ accuratius cum titulo *aureum opus & sublime ad medellam non parum utile PLINII philosophi & medici*: deinde cum SORANO & aliis a TORINO emendatus Basil. 1538. fol. \*. Argent. 1533. fol. Basil. 1549. fol. Venet. 1547. f. cum aliis, & inter principes STEPHANI. Empiricus & exscriptor TRALLIANI, a quo totum librum V. sumit: indoctus, qui succum Cyrenaicum, qui laser est, opium vocat Cyrenaicum, nuperis Græcis usus, qui pro *χοιραδες cyratus*, squinantium pro *σχοιρανδος* scribat. Ethnicum Italum fuisse, quem aliquis infimæ latinitatis interpretatus sit, REINESIUS conjicit *var. lect.* p. 387.

In L. I. II. III. morbi recensentur a capite ad calcem, cum farragine medicamentorum, fere ex PLINIO veriori sumtorum, tamen etiam ex nuperis.

L. IV. compendium virium plantarum secundum earum titulos, ubi multa ex GALENO sumuntur.

L. V. de diæta ad singulos morbos accommodata.

REINE-

(\*) in præf.

(†) PAULI L. III. c. 79.

REINESIUS in *var. lectionibus* in multa loca hujus PLINII commentatur. Multa etiam in *adversariis* ad PLINIUM istum CASPAR BARTHIUS contulerat.

C. PLINII VALERIANI medici epitaphium cum P. JOVIUS invenisset, putavit nostri esse. Verum is noster liber videtur ignoti scriptoris, qui celebre nomen usurpaverit.

Exstat *de auctore operis de re medica vulgo PLINIO VALERIANO* adscripti libellus J. GODOFREDI GUNZII Lips. 1736. 4. \* Hactenus videtur omnino vir ILL. errasse, qui SIBURIUM verum auctorem fuisse suspicetur, cum MARCELLUS & istum, & duos PLINIOS citaverit.

SORANI *Ephesii, vetustissimi archiatri & peripatetici, artis medendi isagoge ad MÆCENATEM* Basil. 1528. fol. \* curante ALBANO TORINO prodiit: & Venet. 1547. fol.

Non est celebris illius methodici opus. Latine scriptum esse CAGNATUS monet. Aliqua generalia de medicina. Victus ratio pro anni temporibus. Morborum signa, etiam curationes.

#### §. XCVIII. VARIIS SCRIPTORES SECVLI V. & VI.

STEPHANUS Byzantinus *περι πολων* Basil. 1568. fol., cum versione XYLANDRI Leid. 1694. fol.; ex codicibus Palatinis & VOSSIANO restitutus & supplementus ab ABR. BERKEL. Græco latina plenior & nitida editio. STEPHANIANI operis dudum amissi compendium est, JUSTINIANI ævo scriptum ab HERMOLAO. Putes ethnicum fuisse auctorem, qui sacrificiorum meminerit, tamquam etiam suo ævo oblitorum, qui vetustiore idem rerum Judaicarum sit imperitissimus, & Hierosolymas aliam a Cadyti facit: adfutos vero aliquos ab epitomes auctore locos agnoscas. MARCELLI medici meminit. Habet autem cum urbibus claros viros, qui in quaque civitate vixerunt, etiam medicos.

AURELIUS THEODOSIUS MACROBIUS. EJ. *Saturnaliorum* libri VII. Leid. 1670. 8. \* prodierunt cum notis ISAACI PONTANI, MEURSII, JACOBI GRONOVII.

Vir ILL., THEODOSIO & ARCADIO imperante magnis muneribus defunctus, Platoniam sectam secutus, & rhetor, audax plagiarius, qui late AULUM GELLUM compilaverit. Ad rem medicam aliqua faciunt libri VII. DISARIUM medicum introducit, qui de cibo agit simplici, quem præfert, ejusque commoda exponit, tum EUSTACHIUM, qui pro multiplici cibo orat. Vinum potius frigidum videri. De aquis, de vertigine ex rotatione nata. Quæstiones ad modum problematum ARISTOTELIS; aliquæ medicæ.

GESIUS medicus tempore ZENONIS Augusti floruit, & a COSROE ter millis captivis Romanis libertatem impetravit.

ADAMANTIUS sophista, qui HONORII ævo vixit, in *physiognomicis* Gr. lat. 1544. 8. a JANO CORNARIO editis, splendorem oculorum suspensionem facere

cere mania, & alia similia. Hunc Judæum & cilicem facit BANDINUS, qui ALEXANDRIÆ vixerit.

EJUSD. *de cura dentium & eorum remediis* apud AETIUM II. 4. c. 27. Sophistam vocat AETIUS.

EJ. *ad phagedænica ulcera medicamentum* ORIBASIVS habet Syn. III. c. 1.

Huc referas POLEMONIS *natura signorum interpretationem* Venet. 1552. 4.\*  
A varia fabrica partium corporis temperamenta & morbos etiam eruit, potissimum animi. Nuperior hic noster POLEMON est, ab antiquiori diversus B. *Anat.* I. p. 116.

MELAMPI *de nevus corporis* libellus una editus est, brevissimus & vanissimus.

EJ. est l. *de palpitationibus*. Codex Græcus est in B. R. P. n. 2154. 2118. 2037. Semejotici est argumenti.

## §. XCIX. MEDICI VI. SECVLI.

JACOBUS PSYCHRESTUS HESYCHII f. Nomen habet ab alimentis refrigerantibus (a) quibus utebatur, forte & a perpetua tristitia. LEONE imperante vixit, vir coævorum laudem meritis, statuatque publicam.

EJ. medicamentum ad tussim (b) ALEXANDER habet. EJ. Antidotus (c). Ceratum (d).

Excerpta ex PSYCHRESTO & aliis sunt in B. R. Par. n. 2210.

DIOSCORUS, quem aliqui habent pro fratre ALEXANDRI.

PEGASIVS Laribensis apud PROCOPIUM.

JOHANNES junior medicus, qui contra institutum volebat secundo loco in ordinem Archiætrorum ascendere, apud CASSIODORUM (e): an JOHANNES AETII (f).

THOMAS MEDICUS JUSTINIANO a secretis, capite plexus.

ORESTES medicus, in quem SIDONIUS APOLLINARIS.

UCHOLIUS, cujus medicamentum ad tussim AETIUS habet (g).

DOMNUS

(a) ALEXAND. V. c. 4.

(b) Id. ib.

(c) L. XII. c. 1.

(d) AET. L. XII. c. 70.

(e) MEIBOM. in CASSIOD. p. 23.

(f) L. IV. c. 33.

(g) L. II. 4. c. 54.



**DOMNUS** Judæus **GESII** præceptor apud **SUIDAM**. **ASCLEPIODOTUS** philosophus & medicus. Indefesse plantas conquirebat tam vulgares quam rarissimas (*h*), magis tamen animalia. Ætatem non accurate teneo, creditur vero eo tempore **OSIRIDIS** cultus Alexandriæ superfuisset. Usum hellebori omissem renovavit (*i*).

**CASTINI** unguentum ad podagram (*k*).

**DOARII** episcopi antidotus (*l*).

**CYRIACUS** archiater Edessenus, cujus pastillus adversus ozænam (*m*).

**CONSTANTINUS** cujus sapo (*n*).

**DANAUS**, cujus aridum ad oculos (*o*).

**PETRUS** archiater, cujus collyrium (*p*): an idem, qui a **JUSTINIANO** ad **COSROEM** legatus fuit, **PROCOPIO** teste.

**TIMOTHEUS** medicus **JUSTINI**.

**MARIANUS** medicus Afer, cujus ad calculum medicamentum (*q*).

**ANDREAS** comes, cujus siccum & alia (*r*). Ejus cyphoides (*s*).

Sic **MAJORIANUS** (*t*).

**MASUAPHII** confectio (*u*): **MASUCHAM** etiam **PAULUS** vocat (*x*).

Antidotus **ESDRÆ** prophetæ, in quo multus hyoscyamus (*y*). **ESDRÆ** dies infaulti sunt in B. Vindob. VI. p. 118.

**MAGISTRIANUS**. Ej. ad prurimum.

**THEODORUS STEPHANI** Atheniensis (*z*).

**JULIANUS** **DIACONUS** (*a*) cujus antidotus ex ossibus cervinis ustitis. Ejus oxymel habet **TRALLIANUS** (*b*) quod alii **JONCHINO** philosopho adscribunt.

THRA-

(h) SUIDAS p. 352.

(i) PHOTUS p. 1051.

(k) AET. L. III. 4. c. 54.

(l) Id. ib. c. 47.

(m) L. IV. c. 91.

(n) C. 54.

(o) C. 96. II. c. 99.

(p) L. III. c. 110.

(q) AET. L. XI. c. 10.

(r) L. XI. L. IX. c. 16.

(s) L. III. 2. c. 4.

(t) lb.

(u) L. IV. c. 118.

(x) L. VII. c. 21.

(y) L. IV. c. 101. III. 1. c. 37. In B. BODL. n. 260. apud **AVICENNAM** p. 524.

(z) L. IV. 1. c. 126.

(a) L. III. 3. c. 13.

(b) L. VII. p. 328.

THRASYANDER cujus pastillus (c).

PHILOSOPHUS, quem AETIUS citat, incertæ ætatis (d).

MARTIANUS APER (e).

THEOPOMPUS (g).

THEOSEBIUS (h).

THEODOSIUS (i).

THEODOTIUS (k).

ANTHUS, idem forte qui ANTÆUS (l), olim dictus p. 183.

BELAS cujus collyrium (m).

MONUS (n).

MURSIUS idem Poëta (o).

NUMIUS (q).

XYSTICUS (r).

THEOCRATES (f).

§. C. AETIUS.

Amidenus, cum PSYCHRESTUM citet, non potest nisi ante incipiens fere sextum seculum vixisse, parum cæterum notus homo, compilator, qui GALENI adnotationes & propria experimenta ita sua faciat, ut non agnoscas non esse AETII. Collectionem ejus minori ORIBASIANÆ PHOTIUS præfert, majori non ita, plurimum autem noster in medicamentis compilandis laborem posuit. Alexandriæ ar-

Pp 2 tem

(c) AET. L. III. 1. c. 37.

(d) Id. L. II. 4. c. 40. &c.

(e) L. III. 3. c. 11. &c.

(f) L. I. 3. c. 111.

(g) L. IV. 4. c. 122.

(h) lb. 1. c. 49.

(i) L. II. 2. c. 44.

(k) lb. 3. c. 27. ALEX. III. c. 1.

(l) L. III. 4. c. 49.

(m) L. II. 3. c. 99. 104.

(n) lb. 5. c. 32.

(o) lb.

(q) L. XIII. c. 20.

(r) L. X. c. 26.

(f) L. V. 2. c. 2.

tem didicerat, Comes inde Obsequii. Libri sunt sedecim, in quatuor tetrabiblia distributi.

In L. I. medicamenta recenset ex plantis sumpta, GALENUM secutus. Vanitati superstitiosorum medicamentorum indulget.

L. II. animalium vires medicatæ. Multa iterum ex GALENO. Bonorum medicamentorum notæ. Medicamenta secundum classes virium medicatarum ex ORIBASIO.

L. III. ex eodem aliisque vetustioribus de exercitatione varia, etiam de insolatione in arenis, de cucurbitulis, de purgatione. Fuscæ de veratro. Medicamenta purgantia composita, aloetica. Aliæ evacuationes per lac, clysteres, glandulas, cataplasmata, vacuationes per hepar gibbum, per simum.

L. IV. ex GALENO de morbis puerorum, victu senum, lassitudine, varia, signis temperamentorum partium corporis humani. Siriasis.

Tetr. II. L. I. de febribus in universonum. Signa desumpta ex urina, ex pulsu, sudore, alvi excrementis, vomitu, sanguine. Febres sigillatim, acutæ variæ, intermittentes. In quartana ante accessionem theriaca bono eventu data. Rogi HIPPOCRATICI. Mulier pulsu formicante, manibus pedibusque frigentibus, fanata data frigida. Deliquium animi; alii universonum corporis morbi. Potus aliqui ex vino, aceto, melle.

L. II. morbi capitis. Paralyfis varia, etiam vesicæ & recti intestini. Plurima ex GALENO.

Sic L. III. morbi oculorum.

L. IV. morbi capitis reliqui, morbi faucium, inter eos abscessus pestilentes. Superstitiosum ad educendas de gula spinas consilium. Morbi pectoris. Opiata eo scopo multa, ad tussim etiam auripigmenti vapor. Hæmoptoe. Phthisis. Hic etiam theriacam, mithridatium, bolum Armenam dat. Pleuritis quæ videatur ex crudis esse humoribus, cum non sit.

Tetrabiblia III. L. I. morbi abdominis, potissimum etiam ventriculi & intestinorum. Subito ex ventriculo convulsi, puto ex GALENO. Bulimum separat a canino appetitu. Pastilli ad dysenteriam ex auripigmento. Lac bubulum ad ulcera dysenterica. Flavæ bilis vomitus.

L. II. morbi hepatis, lienis, renum, hydrops. Ex orthopnœa hydrofici facti. Post evacuationem deligationem adhibendam esse. Pus ex hepatis abscessu per alvum, per urinam: per os periculosius fluere. Curatio hepatis morbofi. Lienis inflammatio, proprius morbus.

L. III. vitia viarum urinarum. De morbis vesicæ plenius, de scabie ejus & tuberculis.

L. IV. morbi universonum corporis; ischias, podagra. Immensa vis medicamentorum externorum. Inter antidotos varias ad podagram, habet etiam herbas

bas amaras, ut chamædryn, alias. Curationem etiam metasyncriticam hic habet.

Tetrab. IV. L. I. antidoti pro demorsis a cane rabido. Alia venena, quæ absque morfu operantur, & adversus ea auxilia: fales theriaci ex uista vipera, qui sudorem movent, suffusiones, hydropes solvunt, vermes necant. Antidotorum magna varietas. Medicamenta ad elephantiasin. Consilia ad casus subitaneos, ad strangulationem & similia.

L. II. chirurgici est argumenti, & libro III. medicamenta fere externa traduntur.

L. IV. morbi mulierum & puerperii. Uteri inflatio.

Ejus codices. Libri XVI. toti exstant græce in B. R. P. n. 2191. 2192. 2193. 2198. tum in Bibl. D. MARCI, & in *Vaticana*, & in *Vindobonensi* LAMBEC. VI. p. 102. Opera omnia in B. BODL. n. 747. & inter VOSSIANOS codices n. 2157.

L. XI. posteriores græci in B. R. P. n. 2194.

Sic L. a V. ad XIV. in B. R. P. n. 2199.

Et L. IX. posteriores in B. D. MARCI.

Libri IX. ad XVI. græci in *Medicea* BANDINI III. p. 168.

L. IX. ad XV. in B. *Vindobon.* apud LAMBEC. VI. p. 103. in *Medicea* MONTEFAUCON I. p. 387. BANDIN. III. p. 139.

Libri VIII. priores in eadem Bibliotheca.

Libri VIII. posteriores in *Escorialensi* MONTF. I. p. 616. in *Medicea* MONTF. 389. in B. REN. MOREAU.

Libri VI. VII. VIII. & excerpta II. II. & III. in *Medicea* BANDINI III. p. 145. 146.

L. IV. priores & aliqui sequentium in B. *Escorialensi*.

Libri quinque priores in *Medic.* III. p. 168.

Libri 5. 6. 7. 8. in B. R. P. n. 2195.

Libri 13. 14. 15. 16. B. R. P. n. 2197.

A L. IX. ad XIII. B. *Medic. Plut.* LXXV. BANDIN. III. p. 166.

Libri XIII. ad XVI. BANDINI III. p. 151.

L. XIV. XV. XVI. ib. p. 160.

L. 9. 10. 11. 12. ib. in B. R. Par. n. 2196.

Tres libri a 14. ad 16. in *Medicea Plut.* LXXV. Hi omnes & singuli græci.

L. V. solus Græce in B. BODL. n. 88.

L. II. synopses simplicium medicamentorum GALENI in B. R. P. n. 2256.  
Sermo secundus, tertius, quartus, quintus in *Bibl. Medic. Plut.* n. 75.  
MONTFAUCON.

A capite ultimo libri 9. ad caput 69. libri 13. in *B. Med. Plut.* 75.

Fragmenta ib. BANDIN. III. p. 157. Græca omnia.

Græcus codex librorum VIII, qui nunquam ea lingua prodierunt, erat apud  
BOERHAAVIUM, deinde apud HEBENSTREITIUM.

Græce nunquam totus AETIUS prodiit, sed libri VIII, priores cum PAULO,  
Venet. apud ALDUM 1534.

Latine primus J. CORNARIUS vertit libros posteriores a VIII. ad XIII. Ba-  
silæ 1533. fol. Tum J. B. MONTANUS libros decem reliquos, & cum CORNA-  
RIANIS edidit Venet. 1534. fol. apud ALDUM & 1553. 8. Inde CORNARIUS  
recudit MONTANI versionem Basileæ anno 1535. fol. 1536. fol. \*.  
Denique vertit, eosdem libros X. quos MONTANUS verterat, & totum AETII  
opus edidit Basil. 1542. 1549. fol. GUNZ. Venet. 1549. 8. GUNZ. Lugdun.  
1549. fol. \*. 1560. 12. 4. vol. LIND. & inter principes.

Lego etiam AETIUM a PONTICO VIRUNNIO latine versum esse, *Giorn. de  
litt.* XXIV. p. 277.

De his editionibus SCHELHAMMER *univ. med.* I. p. XXVIII.

Quid est AETII *synopsis trium librorum ORIBASII* in *B. Medicea Plut.* LXXV.  
BANDINI III. p. 149.

AETII *synopsis de urinis* in *B. Med. Plut.* LXXV. apud BANDINUM III.  
p. 153.

*De significatione ex pulsu* ID. ib.

Selecta ex AETII scriptis in B. R. P. n. 2230.

Aliqua de febribus prodierunt in collectione Veneta 1553. fol. & alia de bal-  
neis ib. 1570. fol.

SCHOLIA HUGONIS SOLERII sunt in solos libros duos priores Venet. 1549.  
8. GUNZ.

In AETII interpretes, CORNARIUM potissimum, CHRISTOPHORI OROSCII  
*animadversiones* 1540. 4. prodierunt.

J. C. HORN libri IX. caput 25. Lipsiæ 1654. edidit.

Ad OROSCIUM in epistolis ad DAUMIUM THOMAS REINESIUS animadvertit.

## §. CI.

## SCRIPTORES ANTE ALEXANDRUM.

URANIUS medicus insignis, qui cum ARIOBINDO legato Persiam adiit, contentiosus homo.

COSMAS, qui apud barbaros vixit, ad quem ALEXANDER suum librum dedit, discipulum suum (c).

PHILODOTUS, qui fraude hominem sanavit, cum putabat caput sibi amputatum esse (d).

ZULACHTES, cujus aliqua sunt superstitiosa ad epilepsiam.

AGAPETUS cujus antipodagricum (e).

AGAPIUS Medicus Byzantii docuit, & libros medicos scripsit, PHOTIO dictus.

STEPHANUS NYSSENUS, qui CABADEM curavit.

TRIBUNUS medicus præstantissimus ex Palæstina, qui CHOSROEM (NUSCHIRWAN) sanavit. Gratus imperator, cum JUSTINIANO inducias dum inibat, pepigit ut TRIBUNUS integro anno secum esset, cumque idem expleto tempore patriam repeteret, iussit rogare, quod maxime cuperet. TRIBUNUS captivos aliquos Romanos petiit (f).

BUFATUS, cujus ceratum ALEXANDER habet.

## §. CII.

## ALEXANDER.

A patria dictus TRALLIANUS, discipulus patris sui COSMÆ, pariter medici, *Jatrofophista*, s. medicus eruditus, JUSTINIANI ævo Romæ vixit, & in Italia, in Tuscia, inque Ægypto, ut ex vinorum loco natali adparet, quæ passim ad medicos usus (\*) commendat. Medicinam apud magnates fecisse videtur, alimentorum exemplo, quæ pretiosissima passim suadet. Vixit, quo tempore veterum instituta vigeant, palæstræ, balnea, etiam frigida, ante PAULUM demum, a quo

(c) Ib.

(d) L. I. c. 6.

(e) L. XI. p. 620. PAULUS. L. VII.

(f) SUIDAS III. p. 508.

(\*) præf. nostr. ad TRALL. p. XLIV.

a quo citetur. GALENI theoriam & HIPPOCRATICAM praxin sequitur, longe a methodica secta alienus, qui in causas cujusque morbi jubeat inquirere, & securidum diversitatem causæ curationem mutare. Calido ergo, frigido, humoribus, causas morborum tribuit. Febrem in universum pro cordis habet adfectione. Sigillatim a spiritu diariam, ab humoribus putridam, a partibus solidis hecticam nasci, ut GALENUS. Causo sanguineo venæ sectionem opponit, in putrido morbo alvum ducit. Aliter quotidianam curat, quæ ab acida sit pituita, aliter eam, quæ a bile. In nullius verba magistri jurat, & *divinissimum* GALENUM sæpe corrigit, quoties ei visus est a recta medendi ratione aberrare. Non bene mithridatium dedisse objicit, cum pulmo adfectus esset, non bene humectantibus & refrigerantibus in hæmoptoe abstinuisse. In cruditate nidorosa præter rem calida dedisse, in tertiana abstinuisse esse abusum, in quotidiana indulgisse extenuantibus, in quartana antidotis & victui calefacienti & siccanti. Ad suam experientiam suasque curationes sæpissime provocat, ut fidem faciat medicamento, aut rationis medendi utilitatem confirmet. Epilepsiam purgata per colocynthidem alvo superat, & exulcerantibus medicamentis ei loco admotis, ex quo in nonnullis ægris aura quasi epilepsiam illatura adscendit. Helleborum etiam album diu neglectum hic adhibet: huic tamen pharmaco, quod non perinde molesta cieat symptomata, lapidem Armenum in melancholia præfert. Lienis scirrhum longa curatione & purgantibus medicamentis etiam potissimum superavit. In phrenitide monet, ne detur diacodium, & in universum, ne opio nimis indulgeatur urget, cujus intempestivo usu vocem vidit abolitam. Diphryge se narium polypum sanasse. In angina venas raninas & jugulares incisas, & repetitam sanguinis missionem sibi usui fuisse. Humectante victu servatus est, qui lapillum de pulmone rejecerat.

Addam aliqua consilia ad morbos corporis humani. In pleuritide locum dolentem scarifat. Hæmoptoicos lactis usu a tabe esse servatos; id & una horæos fructus commendat. Ulcus vesicæ narcotico medicamento curavit. In dysenteria fructus horæos etiam solos morbum sustulisse. Tabem ex dysenteria natam victu oleraceo superavit, tum hepatis inflammationes. In podagra διακασπιδων imponit, ejus pustula rupta multum humorem manare addit. In hectica febre inque tertiana fructus horæos dat, & pepones & balnea laudat. Curatum fuisse, qui in quartana febre opium sumserat, & sæpe paroxysmum excitato somno averti. Inveteratas quartanas se vomitu excitato curasse. Paralytin ab amarorum & aloes usu deteriore redditam sustulit balneis & lenientibus medicamentis. Non facile in dysenteria opium dandum, tunc vero utique, quando intestinum exulceratum est. Bulimus a prægrandi verme, eo ab usu hieræ rejecto sanatus. Cardiacus morbus funestus a vermibus. Lapides in hepate nasci. Rhabarbarum in hepatis malis dedit. Syncopem a sanguine congesto venæ sectione impugnat: hæc & sequentia FREINDIUS monet. Purgantia medicamenta sæpe lenia præfert: mochlisis utitur, non ut evacuet, sed ut meatus dilatet, & nervorum obstructionem solvat. Acria quæque multa aqua diluit & mitigat. Habet animalia, quæ nares

ovium

ovium & caprarum incolunt, ea quærit pro amuleto a DEO Delphis pro epilepsia indicato. Multas compositiones ipse invenit & auxit. In lienis scirrho ferro multum utitur.

Quare omnino ab AETIO & ab ORIBASIO collectoribus longe recedit, suisque propriis stat viribus. Non ideo vitiis omnibus immunis, quæ seculo æquus imputes. Cibos passim duros & difficillimæ coctionis suadet, sanguinis hircini usum adversus calculum, superstitiosa denique, eaque absurda, & veras demum incantationes admittit & præcipit.

Magni operis non rara sunt exempla MS. In *Scorialensi* Bibliotheca MONTFAUC. I. p. 616. In *Medic. Plut.* 75. BANDIN. III. p. 95. 96. 138. In *B. Brit.* n. 950. in *B. CAI. GONV.* & libri tantum tres ib. n. 977. In *B. Fonteblandensi*: in *B. R. P.* Græce n. 2201. & in alio codice n. 2200. latine n. 6882. 6887. In *B. D. MARCI.* In *Bibl. GUIL. PELISSERII MONTFAUC.* II. p. 1199. An idem in cathedrali Metensi MONTE. p. 1380. translatus a JOHANNE EPISCOPO.

Liber I. & initium secundi in *B. R. Par.* n. 2203.

Latine TRALLIANUS cum glossis JACOBI de PARTIBUS & *Simonis JANUENSIS* prodiit Lion 1504. Papiæ 1520. 8. LIND. Venet. 1522. fol. FABR.

Porro editio imperfecta & parum plena ALBANI TORINI, libris tantum quinque numeratis, prodiit Basil. 1533. f. \*. Alia est editio cum hoc titulo, ALBANI TORINI *paraphrases (a) in libros omnes ALEXANDRI TRALLIANI, recens in lucem editæ* Basil. 1541. fol. TREW.

Latine ex versione GUINThERI cum notis ANT. MOLINÆI Lion 1560. 12. GUNZ. 1575. 12. 1576. 12. Iterum Argent. 1570. 8. LIND. Redit in collectione H. STEPHANI in *principibus*.

Nostra editio Laufann. 1772. 8. 2. vol. \* ad editionem Basil. 1556. paulum emendata est. In ea FREINDII compendium eorum existat, quæ TRALLIANUS propria habet, meumque.

Græce apud ROBERTUM STEPHANUM Paris. 1548. fol. \* nitide cum notis JACOBI GOUPYLI & emendationibus.

Græco latine Basil. 1556. 8. \* JOHANNI GUINThERIO interprete.

A JACOBO GOUPYLO adornata versio nunquam prodiit.

Solus I. duodecimus prodiit in collectione *de febris* Venet. 1553. fol. Idem gallice versus est a SEBASTIANO COLINO 8. cum titulo TRALLIAN *pratique & methode de guerir la goutte* Poitiers 1556. 8. RAST. alii habent 1557. 8. GUNZ. TRALLIANI pars, quam non possum definire, existat in *tr. de la peste* Poitiers 1566.

(a) In eam sunt animadversiones REINESII in *epistolis* ad DAUMIUM.



Multa ab ALEXANDRO summissæ PLINIUM VALERIANUM & GARIOPONTUM  
monuimus. Multa PAULUM.

Compendium quoddam est TRALLIANI, quod cum titulo prodiit TRALLI-  
ANUS *redivivus*, or an account of Trallianus one of the greek authors who florished after  
Galenus shewing that these authors are far from deserving the imputation of mere com-  
pilators London 1734. 8. \*. Vixisse fere circa a. 560. Ordinem librorum non  
esse inversum. Evacuationem aliquam suppressam, augere aliam. Non valde  
se curare diversitatem venarum, cum omnia consentiant. Videri TRALL. tubæ  
EUSTACHIANÆ cognitionem habuisse, nam ad aurium mala os nareque con-  
primere, tunc sternutare jubet, ut expellatur quod aure continetur. Saccharum  
non habere. Rhei barbari primum mentionem fecisse. L. de lumbricis ejus  
esse opus. ALEXANDRUM accuratissime inter antiquos scripsisse, auctore FREIN-  
DIO. Excelluisse in diagnosticis. Multum usum esse medicamentis externis.  
Destinasse in opere suo quoque dispensatorium dare. Non esse methodicum.  
NONUM omnia ex ALEXANDRO AETIO & PAULO habere, multa DEMETRIUM  
SERAPIONEM & ALBERTUM M. Se præparare novam editionem, multo  
emendatiorem. Ita loco serpylli inter refrigerantia positi se Pfyllium legere.  
Usum esse MS. notis CHRISTMANNI ad marginem datis, quæ sunt in Bibliothe-  
ca Sloanii. Versionem passim emendaturum.

Ej. libellus *de lumbricis*. Codex est in *Ambrosiana Mediolanensi* MONTE. I.  
p. 49. Edidit MERCURIALIS Venet. 1570. 4. Riv. gr. lat. cum *variis lectioni-*  
*bus*, recuderunt Francof. 1584. 8. \* in B. Gr. FABRICIUS Hamburg 1724. 4. gr.  
lat. In mea *Lausannensi* editione redit. Latos vermes excretos fuisse sexdecim  
cubitum longitudine. In curatione distinguit ægros, qui cum febre sint, & qui sine  
febre. In isto casu dat theriacam, lactucam. Latis, teretibus vermibus & asca-  
ridibus variam medicamentorum farraginem opponit.

ALEXANDRI *de urinis* l. citat ACTUARIUS.

*De melancholia* RHAZEUS *Contin.* L. I.

*De morbis oculorum* scripsisse ipse L. II. auctor est.

*Aphorismos* ex eo excerptos video citari in B. R. Par.

Citatur a PAULO III. c. 78. ob purgationem in podagra, quam hermodacty-  
lo præfert.

Non bene pro auctore problematum a LUDOVICO SEPTALIO habetur.

## §. CIII. THEOPHILUS.

THEOPHILUS, qui & PHILOTHEUS, & PHILARETUS, STEPHANI Atheniensis præceptor, sub initium septimi sæculi vixisse putatur, HERACLIO imperante, LAMBECIO auctore protospatharius, a dignitate dictus, qui titulus non valde cadit in medicum. Posteriorem tamen facit FREINDIUS. Hæmorrhagiæ narium opii ope a PHILARETO curatæ RHAZE meminit *Contin. L. XXI*.

EJ. pluscula sunt opera medica, *de hominis fabrica*, in Anatomicis dictus libellus, tum alii, *de urinis, pulsibus & excrementis*, quos & ipsos eo loco diximus, sed hic necesse est repetere, cum pathologici sint argumenti.

Latine primum l. *de urinis* prodiit in *articella* Venet. 1483. quem puto a PONTICO VIRUNNIO versum esse. Inde a. 1493. ea *articella* Venetiis recusa est & 1507. 8. GUNZ. & 1513. TREW. & Lion 1505. 8. GUNZ. & 1527. 4.\*.

Deinde latine versum ALBANUS TORINUS edidit Basil. 1532. 8., recusum cum *Principibus*, quæ tamen versio doctorum virorum laudes non meruit, ut nimis phalerata.

Græce primus F. MORELLUS edidit, absque THEOPHILI nomine, cum titulo *Jatrosophista de urinis* FALC.

Græce latine audit THEOPHILUS *de urinis* Paris. 1608. 8. ASKEW, & suæ HIPPOCRATIS & GALENI editioni adjecit RENATUS CHARTIER.

Denique THOMAS GUIDOT ad codicem Bibliothecæ BODLEYANÆ emendavit, aliis cum codicibus comparavit, adjecit, quæ apud TORINUM deficiebant, varias lectiones addidit, versionem novam dedit, tum prolegomena varia notasque Leid. 1703. 8. 1731. 8.\*. GUIDOTUS in præfatione multa contra uromantas dicit, & in notis multam habet cum aliis scriptoribus comparationem.

EJUSD. THEOPHILI *περι της των υρων διαφυγας πραγματικα*. Codices numerosissimi extant, Græci in Medicea Plut. 73. 74. BANDINI III. p. 99. 133. In *Ambrosiana* MONTE. I. p. 503. In *Vaticana* tres. In B. R. Paris. n. 2204. 2220. 2229. 2257. 2260. 2306. 2307. 2316. 2324. In B. Regis Angliæ CASHLEY p. 206. In Metensi cathedrali. In *Pelisseriana* Bibl. In Bibliotheca S. *Ebrulphi*. In BODLEYANA n. 261.

Reperiuntur etiam codices versionis latinæ, ut autumo. In CAIO GONVILENSI Cantabrigiæ n. 908. In libris R. *Burscough* n. 2571. In B. *Coll. nov. Oxon.* n. 1131. in *coll. omn. anim.* n. 1430. In *Mertonensi* n. 687. 688. 722. In SLOANEA n. 8851. In *Wigornensi* n. 760. Inter II. THEYERI n. 6565.

Inter II. DAUMII p. 110.

In *Bodleyana* n. 2713. 1355. 1252.

Latine etiam exstat in B. R. P. n. 7030. 6868. 6869. 6870. 6871. 7102. In B. *Bernensē* p. 101.

In hunc libellum glossæ sunt in B. CAI. GONV. n. 960.

Commentarii in B. B., in *Vaticana* PETAVII, in B. D. PETRI Cantabrig. Porro comm. PETRI HISPANI in B. R. P. n. 6756. Fragmentum commentarii ib. n. 7030. b. Synopsis in B. *Vindobon.*

Capita aliqua de urinæ coloribus ex THEOPHILO in B. *Medicea* BANDINI III. p. 133.

Brevi libello signa ex urina integra, ex colore totius lotii, ex tenuitate, crassitie, ex vario sedimento, ex enæoremate, ex nubibus, ex natura pingui, laminosa, furfuracea, ex odore, ex his omnibus notis varie compositis fumuntur; in quibus omnibus multa sunt nimia. HIPPOCRATEM sparsis tantum locis, GALLENUM obscure & indefinite de lotio dixisse, MAGNUM multa omisisse THEOPHILUS.

EJUSD. *περι διαχωρηματων.*

Codices exstant Græci in Vindobonensī B. LAMBECC. VI. p. 104. 158. in B. *Bodleyana* n. 261. ni fallor, in B. R. *Par.* n. 2307.

Primum edidit Græce GUIDOTUS, cum latina versione, absque notis.

Brevis libellus, ejusdem cum priori saporis, secundum varias fæcum alvi conditiones, cum cujusque significatione. Pituita crassa, alba, pura, magna vi erumpens, significat solutam in colo intestino obstructionem. Pituita alba, pura, butyrofa, perinde absque pure, dolorum adfert solutionem. Motum antiperistalticum omnino locum habere.

EJUSD. plerumque tamen cum tit. PHILARETI, libellus *de pulsibus* pariter in *articella* editus est, PONTICO VIRUNNIO interprete 1483. 1493. 1507. 8. 1513. Lion 1505. 8. Eundem ALBANUS TORINUS cum priori edidit, recusum Argent. 1535. 8. FABRIC. tum cum *Principibus medicis.*

Codices MS. perinde numerosi exstant, Græci in B. R. P. n. 2210. 2219, tum 2257. 2316, (si est anonymi tr. *de pulsibus.*) In *Vindobonensi* VI. p. 121. Bis in *Vaticana*, CHRISTINÆA & PETAVIANA. In *Medicea* *Plut.* LXXIII.

Latine in B. Reg. Paris. n. 6868. 6869. 6870. 7871. 7102. 7029. 7030. fere cum nomine PHILARETI. Idem fuerit PYRATUS *de pulsibus* ib. *Ara-* bice n. 903.

Codices etiam sunt in B. *Coll. nov. Oxon.* n. 1130. 1134. 1430. In B. CAI. GONV. n. 958. In B. *Bern.* In B. *cathedral. Wigorn.* n. 760. In libris CAROLI THEYER n. 6565. In B. *Bodleyana* n. 2753. tum n. 1252. 1355. In B. *Coll. Merto-*

*Mertonensis* n. 687. 688. In B. S. *Ebrulphi* MONTE. II. p. 1272. In ll. DAU-  
MII p. 110.

In eum librum sunt glossulæ in *Codic. MS. Brit.* n. 7755. & *commentariis*  
BB. anonymi, & in B. D. PETRI *Cantabr.* n. 1872. Alii *commentarii* PETRI  
HISPANI in B. R. P. n. 6956.

Cæterum ipsum opusculum totum ad verbum pene ex GALENO sumtum est.  
Exemplum meum notis fatis copiosis CONRADI GESNERI manu adscriptis or-  
natur.

PHILARETI l. *trium tractatum* RHAZEO dictus (\*) fuerit collectio *de urinis*  
*excrementis* & *pulsibus*.

Est etiam libellus *de febrium differentiis* in B. *Vindob.* LAMBECC. VI. p. 121-  
151. B. R. P. n. 2219. ubi nomine venit THEOPHILI & MAGNI. Hic libellus a  
FREINDIO habetur pro PALLADII *synopsi*.

Libellum THEOPHILI *de vena sectione* ex LABBEO citat FABRICIUS.

Plures THEOPHILI & PHILARETI libros amissos legit RHAZE & citat. De  
morbis pectoris PHILARETI, de spasmo ejus musculorum, de deglutitionis vitiis  
(a). De sumto veneno (b), de hydrophobia (c). THEOPHILI l. de morbo  
mirachiali in quo oporteat hepar refrigerare. Obesitatem negat melancholiciæ cau-  
sam esse. L. III. de ventriculi vitiis & doloribus (d).

Therapeuticen THEOPHILI ex variis collectam habet B. MEDICEA ap. BANDI-  
DINI III. p. 162.

EJ. *comm. in aphorismos* PHILOTHEI nomine editus est Venet. 1549. 8. &  
Spir. 1581. 8. interprete LUD. CONRADO, idem qui alias STEPHANO tribuitur,  
quem nunc dicemus. A BRASSAVOLA pene totum in suum commentarium re-  
ceptum fuisse lego. Codex est in B. *Medic. Plut.* 86. in *Ambrosiana* I. p. 529.

STEPHANUS Atheniensis, THEOPHILI discipulus.

EJ. sunt scholia in MAGNUM de urinis in B. R. P. n. 2220. 2229. 2260.

Recensetur etiam a LAMBECCIO VI. p. 124. 125. 151. STEPHANI & THEO-  
PHILI (magistri sui) *de febrium differentiis codex* ex HIPPOCR. & GALENO. Exstat  
etiam STEPHANI liber sub ejus titulo in B. R. *Par.* n. 2276.

Commentarium in GAL. *therapeuticen* ad GLAUCONEM diximus. Exstat Græce  
apud ALDUM 1536. 8. Latine AUG. GADALDINO vertente apud JUNTAS 1554-  
8. B. THOMAS. Lion 1555. 8. BUR. 1558. 8. ibid. cum variis a J. P. CRASSO editum  
Basil. 1581. 4. \*. Citat suum de pulsibus librum. Paraphrasticus cæterum.

Qq 3

In

(\*) *Contin.* L. I.

(a) lb.

(b) L. XXI.

(c) lb.

(d) L. IX.

In eum sunt scholia A. GADALBINI, & emendationes fere ex Græco exemplari decerptæ.

*Alphabetum medicum* ex DIOSCORIDE & STEPHANO collectum est in B. *Vindobonensi* Conf. B. Bot. I. p. 163. Prodiit cura C. WOLF Tigur. 1581. 8.

STEPHANI *oculare collyrium* latine versum MATTHIAS THEODORUS MELANELLUS Antwerpæ 1540. 4. edidit. GESNER.

Comm. in *prognosticum* Græcus exstabat in Bibliotheca RENATI MOREAU.

Chemica omitto, siquidem STEPHANUS Alexandrinus idem est cum Atheniensi.

STEPHANI MAGNETIS, ignoti mihi viri, *empirica de variis remediorum generibus*, est Græce in B. R. Par. n. 2221.

Materiam medicam STEPHANI, an hujus, MATT. SYLVATICUS sæpissime citat.

MELETIUM Monachum huc refero, cum STEPHANUM citet, eo adeo sit nuperior. EJUS Græci versus politici *de urinis* sunt in B. R. Par. n. 2240.

*Eclogæ ex Jatrosophio* MELETII sunt in B. *Vindobon.* LAMBEC. VI. p. 101.

#### §. CIV. SECVLI VII. SCRIPTORES.

THEOPHYLACTUS SIMOCATTA ἢ σιμοκατος, cujus paucas *απορίας φυσικας* Græce habemus, *recusas* Leid. 1596. 16. \*. Græce & latine ANDREAS RIVINUS edidit Lips. 1653. 4. \*. Physici potius & philosophici argumenti historiolæ. Ictericos juvari, si eos charadrias avis adspexerit.

JOHANNEM STOBÆUM non satis certæ ætatis scriptorem hic pono. PHOTIO certe antiquior fuit, qui opus STOBÆI legit, a nostris aliquantum diversum. FABRICIUS antiquiorem suspicatur, & quarti quintive seculi, & ethnicum putat fuisse. Verum id ne nomen quidem JOHANNIS ferat. Collegit quasi flosculos ex antiquis omnis generis scriptoribus, inque libros IV. conjecit. Eorum duo priores cum titulo *Eclogarum* L. II. prodierunt gr. latine interprete GUIL. CANTERO Antwerp. 1575. fol. BB. In his eclogis pars prior physici est argumenti, continetque aliqua de similitudine puerorum cum parentibus, de partu septimestri, de sensibus.

Liber III. & IV. cum titulo *sententiæ ex thesauris Græcorum selectæ* gr. lat. prodierunt CONRADO GESNERO interprete Tiguri 1543. f. BB. & 1550. melius. Tum Francof. 1581. fol. BB. cum titulo *locorum communium sacrorum & profanorum*, admistis nonnullis alienis. Alias editiones habet FABRICIUS. Plura hic ex vetustis scriptoribus habentur, ad rem herbariam, ad animalium historiam, ad anatomen, ad sanitatem & morbos. Ex ANTYLLO de aere, fere quæ recensuimus. De medicis. De medicina.

THEODORVS Antiochenus Jacobita, medicus Antiochiæ, Bagdadi & apud Imperatorẽ Francorum seculo VII. ineunte dicitur vixisse, auctore ABUL FARAYO; sed eo ævo nullus Francorum fuit imperator. Nonne suspiceris, hunc potius esse THEODORVM, quem RHAZEVS passim citat (a). Citatur etiam MAVRITII ævo THEODORVS medicus, qui Chacantum Hunnorum regem cum Imperatore reconciliaverit.

MESOPOTAMIANI cœnanthe (b).

HERACLITVS PAULO dictus (c).

CONSTANTINVS, idem forte, qui p. 327. (d).

BASILIVS cujus acopon, antidotus ad hemitritæos (e).

PROSDOCHIUS (f).

DOLVS (g).

PROCOPIVM ob pestis historiam huc FREINDIVS revocat, veræ bubonacæ pestis cum carbunculis.

ISIDORVS Hispalensis Episcopus. Ex libris XX. etymologicorum Augustæ Vind. 1472. fol. excusis BB. huc pertinet l. IV. de medicina. Imperite methodicam medicinam antiquissimam facit, & APOLLINI inventam tribuit, dogmaticam demum HIPPOCRATI.

Pulcher Codex est in B. *Taurin.* MS. T. II. cum iconibus.

JOHANNI PHILOPONO aliqui librum *de pulsibus* tribuunt. Eum PHILARETI opus esse FABRICIVS (b). GESNERVS ejus meminerat, & apud T. REINESIVM ejus codex fuit. Sed RHAZEVS J. GRAMMATICVM frequenter citat (i), ob medicamenta simplicia, sæpe & SERAPION.

#### §. CV. PAVLVS.

Quem sæpe & ipsi jam Arabes a patria ÆGINETAM dixerunt, seculi VII. scriptorem. Græcorum melioris notæ novissimus, temporibus AMRU præfecti Ægypti floruit, magnus peregrinator. Romæ vixisse scriptum est, quod *secunda* ei vocentur quæ *chorion* (k). Verum in Græco textu vox est *δευτερον*, neque ABUL FARAI medici Romani mentionem fecisset, loca vero, quibus olim fidebam, nunc non reperio respondere. In regione certe Saracenis subjecta vixisse conjicias.

Ipse

(a) *Conf. B. Cbir.* I. p. 111.

(b) L. VII. c. 21.

(c) *Ib.* c. 13.

(d) C. 19.

(e) ex *Dynamidiis* p. 304.

(f) L. VII.

(g) L. IX. c. 16.

(h) *Ib.* p.

(i) *Contin.* L. XVIII.

(k) L. VI. c. 75.

Ipse fatetur se ORIBASIVM in portatile compendium contraxisse, & addidisse pau-  
cula (1); usus vero etiam est nuperioribus ORIBASIO medicis, potissimum etiam  
AETIO & TRALLIANO. Quare & FREINDIUS & ILL. VOGELIUS in chirurgicis  
meritis PAULI se continuerunt, de quibus & ipse fise egi (m).

L. I. ad rationem victus, pene totus ex GALENO est. Ad frictiones &  
exercitationes.

Hic DIOCLIS illa epistola additur.

L. II. de febribus, iterum fere ex GALENO. Sic quæ de pulsibus, ex-  
crementis & urinis habet. Febres sigillatim ex GALENO, tum symptomata fe-  
brilia, ut tædiosissimus labor sit, si quæ propria habet, ea ex PAULO eruere.

L. III. morbi singularum corporis partium. Morbi capillorum ex GALENO.  
Dolor capitis varius. Phrenitis: cerebri inflammatio, in qua futuræ discedant;  
lethargus, catarrhus a pituita deductus, vertigo, epilepsia, melancholia. De  
incubo locus. Nephritidem ab aliis doloribus recte distinguit, sed videtur ex CÆLIO  
sua hic sumfisse, THEMISONIS certe eundem locum citat. Lycanthropia. Paralysis,  
quam acribus curandam suscipit. Tetanus ex GALENO; sic oculorum morbi;  
alia ex RUFO & AETIO. Aurium mala ex GALENO, sic angina, mala narium,  
dentium. Porro catarrhus, tussis, arteriaca. Peripneumonia. Hæmoptysis. Hic  
calculorum mentio fit, quos homo post multum sanguinem tubulorum similes, pondere  
siliquarum trium & quatuor expuerit, exque tabe interierit. In suppuratis ex  
GALENO acria & purgantia præscribit. Mala primarum viarum. Hic sermo est  
de colica Pictonum, quæ per Romanam ditionem grassata sit, & abierit in reso-  
lutionem, inque epilepsiam. Renum morbi & hepatis. Hydrops. Me-  
dicamenta ad hernias. Morbi muliebres. Inflammatio uteri iterum ex metho-  
dico scriptore sumta, ut ex diatritho adgnoscas. Molæ. Morbi coxendicum, po-  
dagra, tophi.

L. IV. morbi partium externarum. Elephas. Lepra, alii morbi cutanei.  
Inflammatio. Abscessus. Vermium tria genera & dracunculus.

L. V. Venena, quo argentum vivum, & lac coactum refert.

L. VI. Chirurgicus est.

L. VII. Lexicon medicamentorum simplicium, deinde compositorum & pur-  
gantium, fere ex GALENO. Emetica. Antidoti. Hic varia ex ALEXANDRO.

Et si Codices MS. & editiones in Chirurgicis dixi; non tamen hic possunt præ-  
termitti, cum major pars operis medica sit.

In B. R. Par. Græci codices sunt n. 2047. 2204. 2205. 2206. 2207.  
2208. 2209. 2210. 2211. 2213. 2214. 2215. 2222. 2292. Tum bini in B.  
Medicea Phit. 75. quorum alter antiquissimus est BANDIN. III. p. 46. alius p. 130.  
Bini in B. D. MARCI Veneta MONTE., bini in BODLEYANA: alii in B. Augu-  
stana,

(1) Præf. L. II.

(m) B. Chir. I. p. 108.

*flana, Ambrosiana* MONTE. I. p. 529. Alius in collectionibus NICETÆ Florentina, & alius in B. BODLEYANA n. 2125. MONTE. In *Cassinenſi* MONTE. I. p. 226. In *Vaticana* MONTE. I. p. 28. In B. S. Joh. in *viridario Patavino*. In *S. Germanenſi* COASLINIANA MONTE. I. p. 1057. Hi Græci.

Codices imperfecti. L. VI. priores in B. *Vindob.* LAMBEC. VI. p. 107. L. V. posteriores in B. R. P. n. 2217.

Libri pariter priores in B. *Medicea Plut.* 74. Libri priores quatuor BANDIN. III. p. 131. Libri V. VI. & VII. in *Medicea* BANDIN. III. p. 129. L. VI. solus BANDIN. III. p. 126. Libri II. priores & pars tertii in B. *Vindobonenſi* LAMBEC. VI. p. 147. Libri VII. caput 25. in *Vindobon.* LAMBEC. Græce. In *Medicea* c. 25. & 26. BANDIN. III. p. 125. & cap. 25. solum p. 149. Libri I. fragmentum ib. III. p. 119.

Quid sint *de uniuersa medicina* libri 35. de theriacis & alexipharmacis capita 64. Græce B. BODL. n. 224.

Compositiones variorum medicamentorum ex L. VII. c. 25. LAMBEC. L. VI.

*De succedaneis medicamentis* codices in B. R. Par. n. 2240. 2153, & in *Medicea Plut.* 75, quod est caput 21. L. VII. ap. BANDIN. III. p. 156. & excerpta ib. III. p. 165. atque in *Vindob.* LAMBEC. VI. p. 113. 151. 155. 156. 157. Ex L. II. succedaneorum LAMBEC. VI. p. 110.

Catalogus simplicium medicamentorum in B. BODL.

Excerptum ex PAULO in B. *Vindobon.* VI. p. 116. In B. R. Paris. II. p. 478.

Miscellanea ex TRALLIANO & PAULO in B. *Vindob.* VI. p. 109.

Caput *de ponderibus & mensuris* in B. *Vindob.* LAMBEC. VI. p. 104.

Excerpta ex L. I. capite ultimo in B. BODL. n. 224. PAULI aliqua græco in B. *Augustan.* MONTE. I. p. 594.

Editiones Græcæ sunt apud ALDUM 1528. fol. MAITT. & Basil. 1538. f. \* curante HIERONYMO GEMUSÆO, quæ editio melior est, cum codice collata a RUELLO communicato; adjectæ etiam sunt GEMUSÆI notæ.

Latina antiqua versio Lion 1489. 4. MAITT.

Latine vertente ALBANO TORINO Basil. 1532. fol. 1534. f. 1546. f. GUNZ. 1551. 8. GUNZ. 1555. fol. FABR.

In suam ÆGINETÆ versionem castigationes idem dedit 1543. fol. TREW.

EJ. ad ANDERNACUM *epistola apologetica cum ejus versionis reprehensione, Græcorum ex OROSCIO emendatione* ib. 1539. 8. GUNZ. Fatetur se se PAULUM præpropere vertisse; nunc ad exempla Græca recognivisse, neque tamen sibi satisfacere. Valde contemnit TORINI editiones REINESIUS in *epist. ad DAUMIUM*.

Vertente GUINThero, quæ versio melior est, Paris. 1532. fol. MAITT. Col. Tom. I. Rr lon.



lon. 1548. f. \* ad tres codices. Venet. 1547. 8. apud ALDUM GUNZ. ib. 1553. 8. \* & 1554. 8. \*, quæ editiones non differunt. Adjectæ sunt notæ GOUPYLI & J. B. CAMOTII in nonnulla capita. Porro Lion 1551. 8. 1562. 8. 1589. 8., cum DALECHAMPII, JANI CORNARI & GOUPYLI notis, & cum commentario perpetuo J. GUNTHERI, in quo cum aliis scriptoribus loci conferuntur, OROSCIUS passim refutatur, & PAULI vera lectio restituitur TREW.

Vertente JANO CORNARIO Basil. 1533. TREW. 1566. fol. cum *Dolabellarum* ll. VII. HÆNEL, & in *Principibus Græcis* cum *Dolabellis*.

Porro *Bulos al Aiginithi* Arabice vertente HONAIN ebn ISCHAK apud ABULFARAI & ap. HERBELOT p. 215.

Alia versio Arabica erat in Bibl. MICHAELIS CANTACUZENI VERDIER.

PAULI *de mensuris & ponderibus* locus Græce Rom. 1573. 4. MEAD.

EJ. *præcepta salubria*, vertente (ex L. I.) G. COPO apud HENR. STEPHANUM seniore Paris. 1510. 8. TREW. 1512. 8. OSB. 1527. 4. TR. Argentor. 1511. 4. TR. Noriberg. 1525. 8. GUNZ. MAITT. Paris. 1527. 8.

EJ. *de ratione victus* G. COPO interprete Argent. 1531. 8. \*. Basil. 1541. 8. In eum libellum *de secunda valetudine* SEBASTIANI RUBEQUENSIS *explanatio* prodiit Argent. 1538. 4. TR.

Locus *de universi corporis purgatione* Argent. 1529. 8. B. THOMAS.

*De simplicibus medicamentis* interprete OTH. BRUNFELS Argent. 1531. 8. \*. Fatetur OTHO, se nimis in opere edendo fuisse præcipitem, & utique vitiosissima est editio. Ordo alphabeticus, versio passim barbara.

Excerptum *de balneis* in *collectione* Veneta. *De febribus* perinde. *De febribus & iis que febribus superveniunt* ex GAL. & aliorum commentariis L. I. J. GUNTHERO interprete, emendatus per R. DODONÆUM Colon. 1546. 8. GUNZ.

EJ. *de phlebotomia* ex GALENO, & miscellanea ex AETIO pariter de materie medica, in B. *Vindob.* VI. p. 121.

EJ. *de crisi & diebus decretoriis eorumque signis* fragmentum cum ACTUARIO Basil. 1529. 8. prodiit.

CHRISTOPHORUS de HOROSCO, vulgo OROSCIUS, *castigationes* in P. ÆGINETÆ interpretes edidit Venet. 1536. fol.

Et *posteriores adnotationes* in P. ÆGINETÆ interpretes ib. 1536. Basil. 1540. Contulit cum tribus codicibus, & ad eos, adque veteres Græcos, textum emendavit, quos PAULUS excriserat.

JANUS CORNARIUS ad suas *Dolabellas* addit, se PAULUM emendasse ex comparatione cum aliis Græcis. Sic lectionem passim restituisse.

Exstat HENRICI EGGELINGII *diss. qua quanta ex lectione PAULIACAS utilitas speranda sit* &c. Francf. ad Oder 1541. 8. GUNZ.

Multa ad PAULUM emendandum REINESIUS contulit.

Medicamenta aliqua PAULI ad posteros pervenerunt. Potio, Antidotus NICOL 182.

### §. CVI. PALLADIUS.

PALLADIUS Jatrofophista, incertæ ætatis scriptor, quem tamen FREINDIUS primo post PAULUM loco recenset, ante RHAZEUM certe vixit, a quo sæpe citatur.

Ejus est *synopsis de febribus*, cujus codices MS. sunt in B. R. P. n. 2218. 2269. & cum THEOPHILI & STEPHANI nomine in B. *Vindobouensi*.

Eddidit R. CHARTERIUS Paris. 1646. 4. recudit J. STEPHANUS BERNARD Leid. 1745. 8. gr. latine\*.

Breve utique compendium theoriæ Galenicæ, de febribus, bile flava, atra, pituita intra vel extra vasa putrescente. De febribus etiam continuis, de marasmo. Pulsus in quotidiana dicit raros esse & obscuros, in tertiana paroxysmos duodecima hora terminari, semitertianam fieri ex bile & pituita una putrescentibus, putrida febre cum tertiana mista, omnia fere ex GALENO.

Ejus etiam sunt *breves interpretationes in L. VI. de morbis popularibus HIPPOCRATIS* editæ Basil. 1581. 4. \* cum ARETÆO. Codex est in B. *Medicea Plut.* 75. In *Scorialensi* MONTFAUC. Dicuntur etiam scholia extare in *HIPP. de victu in morbis acutis*, quæ cum alio titulo *de cibo & potu* sint in B. R. Par. Et *de cibo & potu* l. est in *Medicea BANDINI* III. p. 47.

An huc aliqua PALLADII sophistæ, quæ in libris erant PELISSERII.

### §. CVII. SECVLUM OCTAVUM.

Cum PAULO medicina Græca fere interiit, & vix superest nisi compilatorum aliqua series.

NICEPHORUS Patriarcha, quem PHOTIUS citat, *Oneirocriticum* carmine dedit, & *miscellanea*. EJ. *de curationibus morborum* codex est ap. LAMBEC. VI. p. 117. Prodiit Paris. 1603. 4. BB. Gr. lat. Fabulosa.

ARCADIUS comes Archiatrorum apud PHOTIUM.

## §. CVIII. SECVLVM NONVM.

PHOTIUS patriarcha Constantinopolitanus, quem denique Romana potentia oppressit, vir sui seculi doctissimus, omnium pene artium gustum ceperat, librosque legerat, suaeque iudicia & memorabilia in volumen collegerat, quod prodiit cum titulo *μυριαβιβλιων βιβλιοθηκης*. Prodiit Græce latine 1612.f.\* curante DAVID HOESCHELIO, cum versionem latinam suscepisset ANDREAS SCHOTT: hæc editio facta est ad aliquot codices MS. Card. COLUMNÆ, qui iidem olim BESSARIONIS fuerant: alius codex erat ducis Bavarix, alius Vaticanus, duo alii. Vasta PHOTII eruditio & egregia. Ne medicos quidem neglexit, & suum de GALENO, ORIBASIO, AETIO, PAULO iudicium interposuit. Longiora excerpta medicorum pauca dedit, conservavit tamen aliquam passim memoriam medicorum, de quibus non alibi quidquam extat.

An E.J. PHOTII monachi carmen *de sanguine*, cujus codex est in B. R. P. n. 2224.

JACOBUS TRALLIANUS apud SUIDAM

HESYCHIUS medicus Damascenus ap. SUIDAM.

## §. CIX. SUIDAS.

✓ Multo minus firmo iudicio SUIDAS fuit, decimi seculi auctor, compilator idem, scholiaste antiquo ARISTOPHANIS plurimum usus, in rebus literariis, JOHANNE PHILOPONO in Physicis. Non tamen etiam nobis inutilis auctor: multa habet ad scripta vitæque medicorum, neque aliunde nota, ad pondera ad mensuras alia. Usus sum editione, quam LUDOLPHUS KUSTER adornavit græco latinam, Cantabrig. 1705. fol. 3. vol. BB. Tres codices Parisinos consuluit, & exemplar ad codicem Vaticanum descriptum. Alia est editio HIERONYMI WOLFFII Basil. 1581. fol. \* minus bona.

## §. CX. NONVS.

NONI *de omnium particularium morborum curatione, sic ut febres quoque & tumores præter naturam comprehendat, nunc primum in lucem editus conversus per HIERONYMUM MARTIUM medicum physicum Augustanum* Argentor. 1568. 8. \*. Græce latine. Vixit imperante CONSTANTINO porphyrogeneta, qui si primus ejus tituli fuerit, noster erit seculi noni. Græcos exscripsit, AETIUM, ALEXANDRUM, PAULUM, FREINDIO indice. Morbi sunt a capite ad calcem cum medicamentis, his valde numerosis & vanis, cum morborum signa & discrimina obscura sint. Iudicium suum tamen nonnunquam interponit, & negat quemquam ex canis rabidi morfu hydrophobum sanatum fuisse. Vaporem jeecoris caprilli laudat aduersus glaucosin.

Codex Græcus est in B. Augustana.

THEOPHANIS idem est opus, quod passim legitur in B. *Vindobonensi* VI. p. 114. 116. cum titulo *synopsios medicinae*, & p. 156, & in B. MICH. CANTACUZENI, & in *Medicea Plat.* 75. Anonymus MONTE. I. p. 387. ib. In B. BODL. n. 260. Idem forte fuerit anonymus ex GALENO *de morbis curandis* ad CONST. Porphyrogenetam B. R. P. n. 2155.

Eadem est MICHAELIS PSELLI *theorematum medicorum collectio* ad CONSTANTINUM Porphyrogenetam, cujus codex est in B. R. P. n. 2230. Est etiam in *Bibl. MICHAELIS CANTACUZENI VERDIER* p. 57. Alius titulus est M. PSELLI *jatrimon*, ubi *de morborum causis, horumque curandorum ratione* ad CONSTANTINUM Porphyrogenetam agitur B. R. Paris. n. 2229. Idem est *jatrimon ad Imp. CONSTANTINUM Porphyrogen.* *remedia habens præstantissima*, male PSELLO adscriptum, cujus codex est in B. *Medicea* III. p. 141. BANDINI. Alius codex inscribitur M. PSELLI *synopsis artis medicinae* ad CONSTANTINUM Porphyrogen. B. *Escorial.* EJ. *medicinale* in B. MICH. CANTACUZENI & cum titulo HIPP. in *l. resolutionis* IV. quos GALENUS explicat, & in GAL. *expositio* M. PSELLO adscripta VERDIER p. 59.

Nullum nempe MICHAELEM PSELLUM medicum fuisse olim ostenderat LEO ALLATIUS in l. de PSELLIS, recuso cum *Bibl. Græca FABRICIANA* L.V. Sed jatrimon, quod diximus, inter libros PSELLI viri illustris multo posterioris ævi fuisse, & idem omnino cum NONI opere, ostendit Cl. BERNARDUS in præf. ad SYNESIUM. FREINDIUS hujus adnotationis non meminit.

Quare etiam PSELLI tractatus *de victus ratione* incerti fuerit scriptoris, cujus codex est in B. R. Paris. n. 2218. B. *Vindobon.* VI. p. 161. in B. R. Paris. n. 2316.

PSELLI L. *de alimentorum facultatibus* in B. R. P. n. 2181. 2151. 2154. & in eodem fasciculo, ut putes diversum esse, n. 2316. Libellus exiguus in B. *Botanica* dictus, prodiit GEORGIO VALLA vertente Basileæ 1529. 8. \*. Pauca sunt capita, pertinentia ad medicamenta simplicia eorumque vires medicas, quæ ad veterum saporem singulatim recensentur, iterumque secundum classes indicationum medicarum.

*De cibus bonum & malum succum efficientibus* in B. *Medicea* BANDIN. III. p. 147.

*Interpretamentum leve* in PSELLUM *de natura ciborum communium* sine loco & anno l. antiquus RIV.

Reperio etiam PSELLI *Medica ex CESTIS AFRICANI* in B. *Vindobon.* apud LAMBEC. p. 222.

J. MICHAELIS PSELLI *de virtutibus lapidum* l. apud LAMBECIUM VII. p. 225.

Et *questiones & responsa de rebus ad medicinam pertinentibus* in B. R. Par. n. 2158.

## §. CXI. SECVLUM XI.

SYMEON SETH, MICHAELIS DUCÆ ævo vestiarii honore insignitus, hujus est ævi. Ejus est, *Συμεωνος μαγιστρος αντιωχειας του σηθι συνταγμα περι σοιχειων και τροφων δυναμεων*. Hic titulus est editionis, quam MARTINUS BOGDAN civis noster Parisiis 1658. 8. \* dedit Græce & latine, ex duobus codicibus MS. emendatiorē. Prius prodierat *syntagma de cibariorum facultate* a GIRALDO satis male editum gr. lat. Bas. 1538. 8. Paris. 1541. & latine, emendatum a DOMINICO MONTHESAURO Basl. 1561. 8. FALC. BOGDANUS hiatus priorum editionum ex GALENO, & ex codicibus MS. supplevit, versionem ubique emendavit: fontes addidit ex quibus SYMEON sua hausit, nomina corrupta & semibarbara exposuit.

Codices MS. in B. Bot. I. p. 165. dicti, hic aliquanto auctius redeunt. Græce in B. D. MARCI, in *Augustana*, in B. BODLEYANA n. 260, in *Vindobonensi* L. II. P. VI. p. 110. 156. 161, qui ultimus codex ab editis dissentit; in PELISSERIANIS, in B. R. P. n. 2224. 2229. 2230. 2231. 2260. 2301. 2302. 2303. 2324. In codice 2224. aliquanto plura sunt quam in editis. In *Medicea Plut.* 75. BANDIN. III. p. 15.

Alphabetum est rerum simplicium, quæ in alimenta recipiuntur, cum eorum facultatibus & gradibus GALENICIS. Passim aliqua habet de regionibus, ex quibus medicata animalia plantæve repetuntur, ex Arabibus hausta, ut in moschi exemplo. Ambarum nigrum ex piscibus haberi, qui deglutiverint.

Editio a G. H. WELSCH promissa intercidit.

In editione Parisina acc. tract. *de usitata hujus temporis componendorum miscendorumque medicamentorum ratione* L. III.

Exstat etiam in B. R. P. n. 2286. & in B. *Vindobon.* VI. p. 156. *historia animalium*, codex cui titulus *excerpta e Simeone SETH de animalium in re medica proprietatibus cum scholiis*.

EJ. SIM. SETH *de urinis* l. in B. *Vindob.* LAMBEC. VI. p. 116. 156.

Hujus seculi NICETAS fuit, medicus Byzantinus, cujus collectionem librorum chirurgicorum diximus. Conf. B. *Chir.* I. p. 113. CALLICLES celebris medicus ALEXII Comæni. Huc pertineat *ορνιθοσοφιον* MICHAELI dicatum, si Ducas fuerit, literatus princeps.

## §. CXII. SECVLI XII.

JOHANNES TZETZES grammaticus & polyhistor.

Ei tribuitur l. *de urinis* Græce n. 88. MS. Brit,

In *chiliadibus*, celebri rhapsodia, aliqua ad historiam medicam faciunt, ad ÆSCULAPII, HIPPOCRATIS, ERASISTRATI, EMPEDOCLIS, NICANDRI, PRAXAGORÆ, RUFII vitas.

## §. CXIII. SECVLVM XIII.

## JOHANNES ACTVARIVS.

ZACHARIÆ f. nomen habet ab officio: idem passim in codicibus *Archiatri* nomine venit, & Constantinopoli artem exercuit. Plerique huc referunt, ob citatum APOCAUCHUM; dubia tamen aliqua movet FREINDIUS. Verum cum a RHAEZO citetur, si ejus *continens* legitimus est, oportet etiam antiquiorem esse.

THEODORUS etiam ACTVARIUS & THEODORUS MAGISTER apud MYREPSUM legitur.

Ej. *methodi medendi* L. VI. prodierunt vertente CORN. HENR. MATHISIO Venet. 1554. 4. TREW. Paris. 1556. 8. \* cum reliquis operibus, alii dicunt Lugduni.

Codex seculi XIV. est in B. *Vindob.* VI. p. 110, alius in B. R. P. n. 2304, in B. BODL. n. 261. In *Medicea* BANDINI III. p. 156. 158. 164. *Methodus therapeutica* est in B. Bavarica.

L. V. nempe *de morbis dignoscendis* L. II; *de ratione medendi* l. II, *de compositione medicamentorum* L. I. sunt in B. R. P. n. 2233. Græce. Iidem in *Medicea Plut.* 75, bis.

Libri V. in B. R. P. 2256.

Libri IV, V. & VI. in *Vindobon.* LAMBECC. VI. p. 114.

Liber IV. in B. R. P. n. 215.

Liber IV. solus ib. n. 2235.

Libri IV. & V. in *Vindobonensi* LAMBECC. VI. p. 17.

*Compendium artis medicæ datum ad APOCAUCHUM ducem & gubernatorem imperii* est in B. *Vindob.* ib. in B. *Medicea* BANDINI. III. p. 158.

Opus therapeuticum ineditum in B. R. P. n. 2224. recensetur, capitibus constans 309.

In opere, quod possidemus, L. I. aliqua habet ad signa expulsibus &c. sumpta. De tænia satis accurate, quæ unica sit, lata, & aliquando per totum intestinum extendatur; indicio cucurbitinos esse vermes per alvum egestos. Expellam tuniam non regenerari. Ita porro de morborum signis. Maculæ variæ exanthematicæ, purpureæ, aliæ pulicum morsui similes, & deteriores nigrae.

L. II. porro de signis morborum per singula agit, oculorum etiam morbi dicuntur & tumores.

L. III. agitur de venæ sectione, cum selectu venarum ad scholarum sensum, tum de arteriarum dissectione, de hirudinibus, deque aliis artificiis, quibus sanguis educitur. Porro hic agitur de medicamentis purgantibus, de balneis, de alimentis, de victus ratione ad varias indicationes adaptata, & in sanis & in ægris, horumque diversis morbis.

L. IV. morbi recensentur a capite ad calcem cum curatione. Fatetur auctor vix quemquam effugere, quem febris hectica corripuerit. De vermibus subcutaneis. Rabidi canis morsum post annum, & post septem annos demum, aquæ metum fecisse, ex PAULO.

Liber V. & VI. sunt iidem libri *de compositione medicamentorum*, qui seorsim prodierunt JOHANNÉ RUELLIO interprete Paris. 1539. 12. \*. 1546. 8. & Basil. 1540. 8. \* curante C. GESNERO, tum 1546. 8. FABRIC. Venet. Libri hic duo numerantur, cum unicum faciat RUELLIUS; intermortuo vero RUELLIO ediderat DIONYSIUS CORRONIUS. Hoc opus post prius illud scriptum est. Compositiones innumeræ sunt secundum genera, tum subitanæ formulæ, tum compositiones pro officinis. Hic nux moschata, lacca, cassia purgatrix, caphura, zedoaria dicuntur. Ajuga alvum educit. Viperas non bonas esse, nisi partes resectæ se agitaverint. Viperas eas describit occasione theriacæ, variasque inde antidotos & venena dicit. Pessi olea. Habet & aquas stillatitias. Morborum Arabibus primum dictorum, & variolarum non meminit.

In L. VI. medicamenta redeunt secundum locos adfectos. Fere omnia ex GALENO sunt, ut mireris certe, post eum virum adeo parum optimæ arti accessisse. De hydrophobia ex morsu canis rabidi, aut serpentum, adversus quod malum cucurbitularum usum & scarificationem laudat. Auxilia dat ad mala interna & externa.

Codex MS. est in B. *Medicea Plut.* LXXV. apud BANDINI III, p. 165. & alius in B. *Ducis Bavariae.*

EJ. de oleis & emplastris in B. *Medicea* BANDIN. III. p. 165.

EJ. *pharmaca composita* ib. p. 164.

Liber I, sive quintus *methodi medendi* in B. R. P. n. 2235. 2238. 2239.

EJUSD. ACTUARIJ *de urinis* L. VII. sunt in B. *Med.* apud BANDINI III. p. 156. 158. 161. 102. 103.

In B. R. P. n. 2158. 2232. 2260. 2304. 2305. 2306. 2307.

In BODLEYANA n. 261. In B. D. MARCI Veneta. In *Ambrosiana* MONTFAUC. I. p. 492. In *Vindobonensi* VI. p. 110. 88. Latine an Græce in S. REMIGIANA Rhemenfi.

Latine in B. CAIO GONVILLIANA n. 949.

Vertit AMBROSIUS LEO Nolanus. Prodiit Venet. 1519. 4. TREW. Basil. 1520. 8. bis eodem anno, ut altera editio melior sit (\*), tum a. 1529. 8 FABR. Paris. 1522. 4. A. JAC. GOUPYLO recusus 1548. 8. Cum reliquis operibus 1556 8. \* & cum *Principibus*. Cum WILLICHIO *de urinis* Amsterdam 1688. 8. Cum aliis *de urinis* scriptoribus Utrecht 1670. 8. \*.

Germanice in CHRISTOPHORI CLAUSER dialogo Tiguri 1531. 4.

Fusillime de lotii agit significationibus, qui post MAGNUM & THEOPHILUM ita scripserit, ut utroque plenius egerit. Liber I. de urinarum differentiis. Colores. Neque viridem prætermittit, neque cæruleum. Suspensiones. Corona, nubes, enæorema. Sedimentum. Omnium horum varietates simplices & compositæ. Sanæ feminæ urinæ magis congregatæ sunt.

Liber II. de judiciis urinarum secundum sexum, temperamentum, anni tempora, regiones, lex res non naturales. Inde significationes colorum singulorum.

L. II. judicia, ut vocat, ex substantia, contentis varii generis, etiam furfuracea, laminosa, simillacea hypothesi. De significatione bullarum innatantium, sedimentorum. Porro de judiciis pro morborum varietate, in ephemera, tertiana, quartana, in febre putrida, secundum membra & viscera adfecta.

L. II. *de causis urinarum* singularum, nempe qualitatum quas recensuit; ætiologiæ ex scholarum sensu, ut a bile aliisque causis lotium mutetur, neque enim a solo sanguine tingi. Veneta in renum vitio.

*De prævidentiis s. præsigniis ex urinis* L. II., iterum per singula: ut adgnoverit icterum febremque, quæ cum certo lotio supervenerit. Ex crassa substantia magni & funesti morbi prævidentur. Menses male a medicis suppressi.

*Compendium ex ACTUarii II. de urinarum differentiis, significatione & ævidentiâ* prodiit Tiguri 1541. vel 1542. 8. \*.

EJ. *de actione & adfectibus spiritus animalis, & de nutritione ejusd. spiritus*. L. II. ad JOSEPHUM RAZENDYTAM.

Græci codices sunt in B. R. P. n. 2304. 2305. 2306. 2307. 2098. 2232. 2256. Alius in B. BODLEYANA. Alius in *Vindobonensi* VI. p. III. In *Bavaria*. In *Medicea Plut.* 75.

Soli hi libelli inter opera ACTUarii græce prodierunt, Paris. 1557. 8. FABRIC., tum latine Venet. 1547. 8. vertente JULIO ALEXANDRINO, 1554. 4. FABR. Paris. 1556. 8. \* & inter *Principes*.

EJ. *de anima*. De imaginariis corpusculis ante oculos apparentibus. JOSEPHUM RAZENDYTAM consolatur, cui ejusmodi muscæ præ oculis versabantur. Anima, ejus functiones, earum morbi.

(\*) GUNZ.

Tom. I.

sf

Codices



Codices MS. *de ratione victus* sunt in B. Bavar. in B. BODLEYANA n. 261. & in B. Medicea Plut. 75.

Opera omnia ACTUARIi collecta prodierunt Parif. 1556. 8. \* edente CORN. HENR. MATHISIO. Eamdem puto esse editionem, quæ dicitur prodiiſſe Lion 1556. 8. 3. vol. UFFENBACH. Librum *de anima* nuper Cl. FISCHER recusum dedit.

Codex etiam est inter libros D. Norfolk n. 3443. & ACTUARIi *opera omnia* in B. D. MARCI.

Compositiones medicamentorum, quæ creduntur esse ACTUARIi, sunt in B. Medic. Plut. LXXV.

ACTUARIUM AVICENNAM de urinis vertiſſe, & exempla exſtare apud DOMINICUM MONTESAURUM, ex SCHENKIO FABRICIUS.

*Commentaria in aphoriſmos* etiam SCHENKIUS habet.

#### §. CXIV. VARIi.

Eos inter est NICEPHORUS BLEMMYDA.

Ej. poema medicum *de urinis* Græce exſtat in B. R. Par. n. 2303. In B. Vindobon. VI. p. 151.

EJUSD. opuscula quatuor, *de menſuris* carmen; *de judicando ex ſanguine de vena miſſo* carmen; *de urinis*. *Cognitiones & curationes morborum* male MAXIMO PLANUDÆ adtributæ, in eadem B. Vindobonenſi reperiuntur apud LAMBEC. VI. p. 19.

Ad ſeculum XIII. refert LAMBECIUS & FABRICIUS.

Laudat FREINDIUS ANNÆ COMINENÆ hiftoriam, ob deſcriptum in ea magnum noſodochium, etiam vulnerato militi deſtinatum, quod ALEXIUS Conſtanti-nopoli exſtruxit ampliffimum, ſi fides eſt, omnium, quotquot unquam fuerunt, noſocomiorum. Sed id pertinet ad ſeculum XII.

CRITOPULUS medicus Palæologorum.

MANUELIS PHILE in carmine *de animalibus* cum aliis operibus cura GOTTLIEB WERNSDORFII nuper reſuſo Lipſ. 1768. 8. \*, aliqua huc referas. Calculos in diſſecto Struthione reſertos valere ad ophthalmias.

#### §. CXV. DEMETRIUS PEPAGOMENUS.

ſeculi videtur XIII. exeuntis vel incipientis XIV. cum ea ætate duo fuerint MICHAELIS PALÆOLOGI, quorum alteri librum ſuum dedicavit.

Codex eſt in B. R. P. n. 2218, anonymus, quem MARCUS MUSURUS vertit & edidit Rom 1547, quam perinde anonymam verſionem reddidit H. STEPHANUS in *Principibus*. Et nuper Patavii reſuſus eſt 1721. 8. \* cum titulo *l. de podagra incerti auctoris* e Græco verſus a M. MUSURO.

Porro

Porro gr. lat. prodiit Paris. 1558. 8. FALC. & apud CHARTERIUM. Gallice versus a FREDERICO JAMOT Paris. 1573. 8. FALC.

Et DEMETRIUM PEPAGOMENUM *redivivum*, s. *remedia contra arthritidem ex Gallico FREDERICI JAMOTII in latinum versa* a JO. BORGESIO habeo excusum S. Audemar 1619. 8. \*

Deinde vertit A. TURNEBUS in operum T. II. Argent. 1600. fol. Nuper gr. lat. reddidit, cum suis notis J. STEPHANUS BERNARD Amsterdam 1753. 8. \* cum versione TURNEBI, textu MORELLI ex ed. 1555. sumto, & loca veterum ipse comparavit.

Excrementa hepatis duplicia. Excrementa venarum & arteriarum, lactis spissati simile aliud excrementum. Podagra a crasso excremento stagnante in articulis & putrefacto: ejus remedium serum lactis. Purgantia, quale ex hermodactylis noster expertus laudat. Formulas habet, in quibus fenna, & alia nupera, & ALEX. TRALLIANUM citat.

L. *de calculo*, qui est inter GALENICOS, huic DEMETRIO tribuit FABRICIUS, nullo, monente FREINDIO, firmo argumento adducto.

EIDEM DEMETRIO PEPAGOMENO tribuitur Codex a PETRO GYLLIO latine, eleganter sed licenter versus, & Lugduni 1562. 8. \* latine editus cum ÆLIANO, quem inde græce & latine ex codicibus B. REG. PAR. & MEDICEO NICOLAUS RIGAULT Par. 1612. (non 1619.) 2. B. GOTT. edidit cum titulo *ἱερακοσοφίον* ἢ *περὶ τῆς τῶν ἱερακῶν ἀνατροφῆς τε καὶ ἐπιμελείας*. Concinnus libellus ad medicinam bestiarum inter principes pertinet, neque malo ordine, neque stylo malo scriptus. Primum accipitrum species, captura, & educatio: quæ solis blanditiis & apta cibi exhibitione absolvitur. Deinde morbos hujus avis recenset a capite ad calcem, tot idem fere quot hominis, & eosdem, ut accipiter etiam aphthis vexetur. Ut tamen etiam morbos sibi proprios patiat, vermes in oculo, lapides in ventriculo ex quarumdam carnum usu natos. Deinde medicamenta subjicit, similiaque eorum quæ homini eo in casu dantur, ut sæpe non habeatur ratio peculiaris in ave rapace ingenii, & malva detur ad alvum solvendam. Venam etiam in pede secat. Inter morbos recenset accipitrem crebro bibentem, quem ex ARISTOTELIS lege putes, nunquam bibere. Emphysema aqua gelida affusa, & cute acicula conpuncta, non male curat. Si penna fracta fuerit, alienam pennam in fractæ truncum adaptat, quam sperat comprehensuram.

Cum isto libro alterum PETRUS GYLLIUS edidit, ejusdem argumenti, quem perinde DEMETRIO tribuit, RIGALTUS vero in *B. R. Par.* anonymum adservari monet. Duriorem vocat GYLLIUS, brevior est, fere in formulis medicamentorum occupatur, & multa habet cum priori communia, nonnulla alia. GREGORII medicamentum citat quod Euphorbium recipit. Recudit græce & latine NICOLAUS RIGAULT cum priori Paris. 1612. 4. B. GOTT.

*Κυνοσοφίον ἢ περὶ τῆς τῶν κύνων ἐπιμελείας* primus latine vertit, & Græce atque latine edidit PHÆMONIS nomine ANDREAS AURIFABER, idque nomen in GESNERI

*Bibliotheca* jam reperitur Witteberg 1545. 8. Noviter latine vertit GILLIUS nepos, & cum prioribus libellis edidit Lion 1562. 8. \*, & DEMETRIO perinde tribuit. Idem RIGALTUS græce & latine cum hieracosophio reddidit: denique ANDREAS RIVINUS cum suis, RUBERTI a MUSHAIM, & RIGALTI notis Lips. 1654. 8. FABRIC. & latine T. JOHNSON cum l. *de re venatica* Lond. 1700. 8. Brevis libellus, de hac vero veterinariæ parte ex antiquitate solus superest. Vermem dicit sub lingua, cui rabiem tribuit; sanguisugæ epotæ meminit, & aliqua miscet superstitiosa.

Θερακοσφιον jussu Imp. MICHAEL scriptum una Græce edidit RIGALTUS, breve fragmentum, barbare scriptum, in quo genera avium nominibus nuperis distinguuntur, denique morbi etiam aliqui tanguntur. Eum MICHAELEM putes Ducam esse, doctum principem seculi XI.

Adjicit idem inficetam epistolam AQUILÆ SYMMANI & THEODOTIONIS ad R. PTOLEMÆUM, catalaunice, & latine. Agit de falconum octo generibus, quatuor accipitrum. Deinde de morbis. Vitiosa sæpe lectio. Aliud *θερακοσφιον* est in B. *Vindobonon.* LAMBECC. VII. p. 261. & *ornithosophium* VI. p. 160.

In B. ANT. AUGUSTINI erat LEONIS Imp. l. de aucupio.

Κυνοσσοφιον exstat in B. R. *Parisi.* n. 2246. & in *Vindobonensi* ap. LAMBECC. VI. p. 119.

Ἰερακοσφιον etiam in B. R. *Parisi.* n. 2246.

#### §. CXVI. Duo NICOLAI.

NICOLAUS MYREPSUS, Alexandrinus, Græcorum novissimus, seculo XIII. vergente, qui a P. de APONO citatus fuerit, Alexandriae & in Italia vixit, ut ostendi in B. *Chir.* I. p. 166. 167. Græce scripsit, fatis quidem barbare, cujus codices Græci exstant, *dispensatorium* vero tantum latine prodiit. Vertit NIC. RHEGINUS Calaber, edidit cum notis suis J. AGRICOLA Ingolstatt 1541. 8. TREW., ut puto. Melius autem latine reddidit LEONHARDUS FUCHS, cum titulo *medicamentarium opus in 46. titulos digestum* Basil. 1549. fol. \*. Lion 1550. 8. \*. Inter *Principes* H. STEPHANI prodiit, & Frf. 1626. 8. Recudi fecit J. HARTMANN BEYER Noriberg. 1658. 8. \* titulumque præfixit, *Theatrum de recta medicamentorum præparatione & usu*, nihil autem mutavit.

Fuse de hoc antidotario egi in B. *Bot.* ut eo minus necesse sit dicta repetere. Enormis est compositorum medicamentorum farrago, antiquorum & Arabicorum: demum nuperas Italicas & Gallicas voces habet, ut non possit esse ille vetustus NICOLAUS, quem AETIUS citat. FABRICIUS equidem MYREPSUM facit alium antiquiorem, ex quo iste noster sumtus sit, & alium posteriorum scriptorem, sed ea conjectura est.

NICOLAUS alter, *Præpositus*, Salernitanus, non quidem ad Græcos pertinet, hic

hic tamen eum hominem recenseo, quod 150 capita ex MYREPSO descripserit. Ejus est *Antidotarium* sæpissime recusum cum JOHANNIS MESVES operibus Venet. 1471. 4. MEAD. 1484. & alias; cum titulo *Isagogicorum introductionum in artem apotecariatus opusculum* fol. Gothico typo, tum Paris. 1564. cum PLATEARIO. Porro cum titulo *Dissentatorium ad aromatarios sine loco & anno* fol. GUNZ. Lion 1505. fol. GUNZ. 1512. 4. cum PLATEARIO GUNZ. 1526. 4. &c. 1528. 4. GUNZ. ex recensione MICH. de CAPELLA l. 1536. 1538. 4. TR. Codex antidotarii NICOLAI est in *B. Taurin.* T. II. Sed conf. *B. Bot.* I. p. 168.

Etsi vero libri non sint ad manus, putem tamen NICOLAUM ALEXANDRINUM, quem dixi *B. Bot.* I. p. 169, eundem esse cum N. MYREPSO.

#### §. CXVII. SCRIPTORES INCERTÆ ÆTATIS.

Etsi nonnullorum hos inter medicos ætas omnino definiri possit, & a doctis viris forte definita fuerit, mihi tamen cum ignota sit, neque facile in mea studiorum ratione eam definire queam, hic eos omnes conjicio medicos, quorum nomina exstant, de ætate mihi non liquide constet.

NICOMEDIS *Jatrosophista* dixi *lexicon*, cujus codex in *B. R. P.* n. 2224. reperitur.

Excerpta ex OLYMNIO Alexandrino *de diebus criticis & aliis ad rem medicam spectantibus* in *B. R. P.* n. 2286.

PAULI NICÆI, discipuli HIPPOCRATIS, *medicinale*. Inter libros CANTACUZENI fuit, & exstat in *B. Vindob.* ap. LAMBEC. VI. p. 139.

EJUS *de cognitione & curatione variorum morborum* LAMBEC. VI. P. II. p. 141.

LEONIS, *Jatrosophistæ*, *compendium medicum*. Ejus L. VII. ad GEORGIUM sunt apud LAMBEC. in *Bibl. Vindob.* VI. p. 94.

EJ. *curæ quas se vivo fecerit* apud CANTACUZENUM.

CALLISTI *antidota, trochisci, emplastra, oleorum compositiones* in *B. Vindobon.* p. 98. & in *B. R. P.*

ANDRÆ THAUMASII *medicinale de matèrie medica secundum Alphabetum*, in *B. M. CANTACUZENI.*

NIGRI ATTICI *medicinale de materia medica* ib.

XENONIS *medicinale* ib.

HIEROPHYLUS *de dieta secundum duodecim menses.*

EJ. *de facultatibus medicamentorum* in *B. Vindob.* VI. p. 124. 125. *B. BODL.* n. 150.

JOHANNIS Episcopi PRISDRIANENSIS l. *de urinis* ap. LAMBEC. VI. p. 109. Excerpta ex antiquis medicis collecta LABBE.

JUSTI, medici antiqui, *passionarius* in B. R. P. n. 6882. latine. Non videtur ille, qui GARYOPONTUS.

CHRISTODULI *synopsis de urinis* B. BODL. n. 161.

ALEXII *pharmacia cum commentariis* in B. AMBROS. MONTE. I. p. 492.

PYROPULI Archiatri l. qui vere est ACTUARI, l. *de methodo medendi* LAMBEC. VI. p. 114.

Excerpta ex PYROPULO ad dysuriam LAMBEC. VI. p. 118.

ATHENÆUS *de urinis* in B. BODLEY. cod. 88. Conf. Cl. du CANGE qui laudat.

Expositio DIODORI *de ponderibus & mensuris* in B. *Med. Plut.* LXXV.

DIODORI Euchyratis, *de polychymia* L. IV. excusi 1567. 8. apud BOERNER T. I.

MAXIMI PLANUDIS, monachi, *de præcognitione vitæ & mortis* apud M. CAN-TACUZENUM & *de curatione morborum* in B. BAVAR. MONTE. I. p. 589. EJUSD. *de curatione morborum* capita 130. in B. BAVAR. EJ. *de urinis* ib.

ÆLIUS PROMOTUS, Alexandrinus, *Ejus quæstiones jatrophysicæ* sunt inter II. VOSSIANOS n. 2129.

Ejus codicem græcum de *venenis* habebat MERCURIALIS *de Venenis* II. c. 10. Toxicum esse venenum compositum.

ATHENAGORÆ l. *de pulsibus & urinis* est in B. R. P. n. 702. 8. Latine.

CYRI ASCLEPII *remedia ad plures morbos* in AMBROSIANA MONTFAUC. I. p. 495.

Lego etiam CYRUM ALEXANDRINUM: & CYRUM GEORGIUM CHRYSOCOCCUM qui vixit circa a. 1340.

CYRUS MERCURIALIS *περι σφυγμων* in B. *Vindob.*

PAULI SILENTIARIi carmen in *thermas pythias & aquarum miranda* Paris. 1598. 8. Gr. lat. B. Bern.

SYNESIUS *de insomniis* Venet. 1527. 4. &c. Conf. B. *Anat.* I. p. 123.

NEOPHYTI monachi *collectanea ad rem medicam pertinentia ordine alphabetico cum scholiis* in B. R. P. n. 2286.

ARTEMIDORI *de urinis* B. R. Angl. MONTE. I. p. 632.

DAMASCIi philosophi *comm. in Aphorismos HIPPOCRATIS inediti* in B. R. P. n. 2150. Eum codicem ANDREAS DARMARIUS GEORGIi fil. Epidaurius descripsit Sec. XV. ejusque ANDRÆ nomen aliis libris præfigi video *de natura hominis, de alimentis.* B. *Taur.* p. 119.

JOHANNIS ARCHIMEDICI *de omnibus cutis effectibus certis & incertis* KNIPHOF MS. & in B. R. Par.

ROMANI CUBALLESII primarii inspectoris hospitalis Myrilani l. *de acutis & diuturnis morbis* est in B. *Vindob.* LAMBEC. VI. P. 2. p. 141.

HERMETIS

HERMETIS PSEUDEPIGRAPHI *de decanis* l. in B. R. P. n. 2256.

JATROMATHEMATICA TRISMEGISTI *ad AMMONIUM Ægyptium* a DAVID HOESCHELIO *ad fidem codicis emendata* prodierunt gr. lat. August. Vindel. 1597. 8. \*. Et cum alia interpretatione latina liberiori J. STADII *Leonorthesii*. Morbi infirmorum & convalescentiæ ex signis planetarum conjunctione & domibus præfagia. Deinde plantarum absurdum systema.

Codex est in B. R. P. n. 2139.

*Asclepius s. dialogus de Deo, homine & mundo* Vicent. 1488. f. Venet. 1521. 8. vix huc facit. *Utcunque de plantis quæ planetis subjiciuntur* in B. R. Par. n. 2258.

EJUSD. *divinus Pymander s. de potestate & sapientia divina* Basil. 1532. 8. CÆLS. Tarvis. 1547. 8. Cum commentariis HANNIBALIS ROSSOLI Colon. 1630. fol. Gallice cum multis notis D. de FOIX Bordeaux 1579. fol.

ÆSCUPAPII *definitiones ad AMMONIUM* gr. cum versione latina Paris. 1584. 4. BUNAV.

*De morborum origine descriptionibus & cura* l. sine loco & anno. Compilatus est ex PRISCIANO & GARYOPONTO REINES.

Et ejus *materia medica* REINES. p. 367.

EJ. *de decubitu infirmorum* ib.

Et PETOSIRIDIS *methodus ejusdem argumenti* ib. Codex est in B. Vindob. VI. p. 104.

KYRANIDES ab ANDREA RIVINO Lips. 1636. 8. editus, græce ex arabice circa a. 1168. versus est, compilatio superstitiosa ex antiquis arabibus REINES var. lect. p. 563. DARMARII etiam codex est in B. *Taurin.* cum titulo CYRANNI *Perf. Reg. Jatromatemata ad hominum utilitatem compacta* I. p. 119.

JACOBUS DAMASCENUS, medicus celebris & felicissimus, apud SUIDAM II. p. 88.

M. BERNARDI RAMNI *l. medicinalis* versus a DEMETRIO STEDURA si recte lego.

EUPHEMI Siculi & PHILIPPI XERI *varie medicamentorum compositiones* in B. R. P. n. 2194.

Medicamenta varia secundum ZENONIS ordinem B. BODL. n. 150.

CHARITON de pastillis, pilulis zulapiis & clysteribus in B. R. P. n. 2240.

CONSTANTINI *Melitinote* antidotarium in B. R. P.

CONSTANTINI, sed cujus, de urinis & pulsibus l. in B. *Vindob.* ap. LAM- BEC. VI. p. 131. 134.

JOHANNIS JATROSOPHISTÆ *morbi & curationes* in B. R. P.

MARCELLUS *de pulsibus* in B. *Vindobon.*

MELA-

MELANUS COCCINUS *de utilibus ad febres* in B. R. P.

ROMANI Cubicularii *de acutis & diuturnis morbis* in B. Vindob.

GERONTIUS medicus NICEPHORO in *hist. Eccles.* dictus.

GERODIUS cujus veterinaria a MATTHÆO SYLVATICO & SIMONE JANUENSI sæpe citantur.

GEORGIUS BYZANTINUS apud ALLATIUM (\*) Græce reddidit l. medicinalem BARK filii EBI.

GEORGIUS CLONIATES, qui antidota Persica Græce reddidit Id.

MABITUM qui docuerit ut fiant syrupi & clysteres FABRICIUS citat.

A Pseudo GALENO in experimentis citantur.

GALEON.

JACOBUS MARTYROPOLITES.

CASTON Armenus. Eum habet & S. SETH.

CARUS.

BARLAAM monachus, qui de capitis dolore scripsit.

GAMES. ARON, HARGEMON, CAMACHILIS.

Apud GARYOPONTUM.

ELECTATIS.

ACRISUS.

§. CXVIII. ANONYMI GRÆCI aut PSEUDEPIGRAPHI.

Anonymi de curationibus morborum, ordine alphabetico. LAMBEC. VI. p. 116.

*Liber medicinalis* BANDINI III. p. 157.

Varia excerpta e medicorum libris therapeuticis pharmaceuticis & prognosticis in B. R. P. n. 2224.

Anonymi excerpta ex HIPPOCRATE, GALENO, aliisque, physica, pharmaceutica, & therapeutica, & de venæ sectione ib.

*Anonymi variae lectiones & comm.* in HIPPOCRATIS opera & vitam in B. Vindob. VI. c. 21.

Excerpta medica capitibus 39. inscripta, proœmia D. JOHANNIS archiatri (ACTUARI) & discipuli ipsius, *morborum etiam occultorum curationes continentia* in B. Medic. Plut. 75.

*Thesaurus pauperum* B. Vindob. LAMBEC. I. p. 184.

LUCE Evangelioi *medicamenta* in B. CANTACUZËNI VERDIER p. 62.

CATRO-

(\*) Cl. GEORG,

Sapientissimi ARISTOTELIS omnium morborum curationes ib. p. 156.

*Anonymi artis medicine compendium e GALENI DIOSCORIDIS aliorumque scriptis collatum. Et de remediis que facile comparari possint.* Arabice in B. R. Par. n. 1014.

Anonymi Jatrofophion græco barbarum LAMBEC. VI. p. 151. 153.

Excerpta ad medicinam pertinentia, e DAMASCENO, GALENO, PALLADIO, & JACOBO PSYCHRESTO in B. R. P. n. 2210.

Anonymi tractatus *de variis morborum generibus, illorumque curandorum ratione* in B. R. P. n. 2313.

*Et de venæ sectione* ib.

Anonymi compendium *de morbis eorumque remediis* in B. BODL. ap. MONTFAUC. I. p. 646.

Anonymi tr. *ubi inquiritur quis & qualis medicus esse debeat* in B. R. Par. n. 2316.

Anonymi *de venæ sectione* in B. R. P. n. 2303.

Anonymi *de Græcis antidotis questiones & responsiones* LAMBEC. VI. p. 239.

Anonymi *de curatione morborum alphabetice* ib. L. VI. P. 2. p. 110.

Anonymi *solutiones quarundam questionum medicarum & physicarum* in B. R. P. n. 2261. Eodem fere cum titulo in B. BODL. n. 131.

*Erotemata medica* LAMBEC. VI. p. 122. 123.

*Hipposophium, s. l. de curandis equorum morbis* in B. R. P. n. 2091.

*De curis boum ex diversis auctoribus* in B. MEDIC.

Anonymus *de morbis cordis* in B. R. P. n. 2091.

Anonymus *de pestilentiali morbo ejusque causis* in B. MEDICEA BANDINI III. p. 113.

*De febribus & remediis quibus curari possunt* in B. R. P. n. 2244.

*De febribus* L. IV. ap. LAMBEC. VI. p. 144.

Anonymi *de tussi ac febribus, & aliis morbis & eorum curationibus* in B. BODL. n. 260.

*De febrium differentia & cura* ib. n. 88.

*De morbis mulierum* ex METRODORO B. MED. Plut. 75.

*De pulsibus compendium* in B. BODL. n. 88.

Anon. *de pulsibus* in B. R. P. n. 2316.

Alius ap. LAMBEC. VI. p. 122. 118. & I. p. 184. & in *Medicea BANDIN.* III. p. 111.



- De urinis & pulsibus* in B. R. P. n. 2287.
- De urinis, pulsibus & alimentis* ib. n. 2159.
- Anonymus *de urinis* in B. BODL. n. 88. 260. 261. in *Vindobon.* I. p. 184. in B. *Medicea* BANDIN. III. p. 192.
- De urinarum differentiis* ib. p. 146.
- Ex DEMOCRITO & GALENO. *de urinis* BANDIN. III. p. 105.
- Anonymi *synopsis de urinis* ib. n. 261.
- Anonymi *de urinis & arte medica priscorum* ap. LAMBEC. VI. p. 125. B. MED. Plut. 75.
- Anonymus *de urinis* in B. R. P. n. 2260. 2257. 2201. 2224.
- De dijudicandis urinis* in B. *Med.* Plut. 75. & in B. D. MARCI.
- De urinis varii* in B. *Colbertina* apud FABRICIUM.
- Excerpta veterum *de excrementis* ap. LAMBEC. VI. p. 104.
- Prognostica aliqua* BANDIN. III. p. 155.
- Anonymus *de victus ratione* ap. LAMBEC. VI. p. 56.
- De alimentorum, præsertim ex avibus qualitate* in B. R. P. n. 2155.
- De alimentorum facultatibus* in B. *Medicea* BANDIN. III. p. 144. 167.
- De iis, quæ singulis mensibus vitanda sunt* B. R. P. n. 2316.
- De duodecim mensibus & quibus cibis singulorum decursu uti liceat* in B. R. P. n. 2155.
- Dies lunæ secundum usum phlebotomiæ* ap. LAMBEC. VI. p. 118.
- De bonis alimentis & parabilibus* in B. R. P. n. 2228.
- De alimentis* ib. n. 2151.
- Antidotarium Græco barbarum* ap. LAMBEC. VI. p. 134.
- Antidotarium* in *Vaticana*: In B. R. Paris. n. 2091. 2153. 2219. 2224. 2243.
- Antidotarium Græco barbarum* in B. *Vindobon.* LAMBEC. VI. p. 124. *Antidotarium* LAMBEC. VI. p. 132.
- Antidoti* in B. *MEDICEA* BANDIN. III. p. 144. 146.
- De compositionibus medicamentorum* in B. *MED.* Plut. 75. B. *Vindobon.* VI. p. 156. 109. 116.
- Anonymi *synopsis ciborum, potionum, trochiscorum &c.* in B. R. Paris. n. 2091.
- Anonymi *collectio variorum remediorum & antidotorum* ib. n. 2229.

- Remedia ad omnes morbos curandos accommodata* in B. R. P. n. 2244.  
*Remediorum ad cutis quosdam morbos curandos magis idoneorum* ib. n. 2219.  
 2299. 2047. 2304. 2306.  
*Medicamentorum aliqua compositiones* in *Medic.* III. p. 155.  
*Et de aquis & aliis remediis* p. 156.  
*Remedia & doses* p. 155.  
*Varia medicamenta* p. 119.  
*Varie medicamentorum compositiones* in B. R. Parif. n. 2210, in B. *Medic.*  
 Plut. 75.  
*De variis medicamentorum generibus* in B. R. P. n. 2229.  
*Anonymi collectio remediorum, quibus varii morbi curari possunt* in B. R. P.  
 n. 2313.  
*Collectio variorum medicamentorum* ap. LAMBEC. VI. p. 11. 94.  
*Medicamenta varia* ap. ib. p. 122.  
*De medicamentis evacuantibus* ib. p. 125.  
*De hiera, oxymelite* ap. B. BODL. n. 260.  
*Remedia superstitiosa* ap. B. Vindob. VI. p. 118.  
*Antidota, trochisci, emplastra* in B. R. P. n. 2256. 2194.  
*Antidota & confectioes* ib. n. 2194.  
*Cardiaca & alie confectioes* ib. n. 2229.  
*Anonymus de preparatione theriacæ* inter *Cod. Brit.* n. 60.  
*De aquis cydoniatis, melle rosaceo* in B. *Med. Plut.* 75.  
*De oleis & unguentis* B. *Med. Plut.* 75.  
*De oleis, emplastris, cataplasmatibus* BANDIN. III. p. 142.  
*De variis oleorum generibus* in B. R. P. n. 2091. 2224.  
*Epistola APOLLINIS de emplastris, an Græce* in ll. B. WORSELEY n.  
 6897.  
*Anonymus de emplastris* in B. R. P. n. 2229.  
*De medicamentis aridis* ib. n. 2091.  
*Conditura medicamentorum, quæ temporis injuria obsoleta sunt* in B. *Medic.*  
 Plut. 75.  
*De remediis purgantibus, emplastris, oleis, trochiscis* in B. R. P. n. 2091.  
*De medicamentis oleorum solventibus* in *Vindob.* I. p. 184. LAMBEC.

*De lapidum facultatibus* BANDIN. III. p. 119.

*De remediis quæ ex avibus peti possunt* in B. R. Paris. n. 1256.

*De salsis* in B. Med. III. p. 141.

*Medicamentum ad purgandum inferiorem ventrem & stomachum* in B. Medic. Phut. 75. in B. R. P. n. 2318.

*Remedium adversus calculum* ib. n. 2276.

*De utilitatibus balnei* ap. LAMBEC. VI. p. 88.

*Jambi de balnei utilitate* in B. R. P. n. 2257.

*Amuletum adversus febres* ib. n. 2224.

*De succedaneis* in B. Medicea III. p. 142.

*De ponderibus & mensuris* in B. Med. BANDIN. III. p. 141. 105. 113.



## LIBER SECUNDUS.

## ARABES.

## §. CXIX. HEBRÆI.

**D**Udum aliqua apud Judæos medicina fuerat. In TALMUDE quo traditiones doctiorum ejus gentis virorum continentur, multa sunt, quæ & peritiam produunt & sagacitatem. Febres dudum corpori universo beneficas esse adverterant (l). Agnum posterioribus artibus claudicasse, cui callus erat circa spinalem medullam (m). Gummi cum alumine menses immodicos compefci (n). Aquam lacus asphaltitis lepræ conferre (o). Cucurbitas ficas aduersus tormina infantum epigastrio bene imponi (p). Lac utilius ipsis de uberibus fugi (q). In nausea debere vomitum cieri (r). Mutationem victus subitam nocere, etiam si in melius vergat (s). Ante quadragesimum annum plus cibi debere sumi, post eum annum plus potulenti (t). Perisse puellam, cum totum corpus oleo olivarum immaturarum oblitum fecisset (u). Medicamenta etiam infida & spem fallentia repudiarunt (x).

Cum oriens, & pars occidentis in Arabum imperio nunc essent, Hebræi fere pari cum studio arti medicæ indulserunt, libros græcos suam in linguam conuerterunt, ut Arabes, & clinicæ parti artis se potiffimum consecrarunt. Ma-

T t 3

ture

(l) GINZBURGER auditoris nostri *medicina ex Talmudicis* Götting. 1743. 4. \* p. 12.

(m) lb. p. 13.

(n) p. 15.

(o) lb.

(p) p. 17.

(q) p. 18.

(r) p. 19.

(s) p. 20.

(t) p. 21.

(u) p. 23.

(x) lb.

ture adeo inter Hebræos celebres medici exstiterunt, vel MASERJAWAH exemplo. Eos cum Arabibus relinquimus, qui pariter inter suos Judæos recensuerint, RHAZEUS etiam potissimum.

In occidente, quem artes omnes fere deseruerant, Judæi medio ævo soli fere medici fuerunt, a CAROLI M. fere ævo ad usque seculum XVI. Sed ipse FRANCISCUS I. ut medicum nancisceretur Hebræum, cui valetudinem suam traderet curandam, repudiato Judæo ad fidem Christianam converso, Constantinopoli medicum Judæum accersivii (\*). Nunc etiam in Asia eam artem exercent, & Soræ propriam Academiam habent, in qua juniores medici instituuntur (y).

Facile nunc dederò, veterum Judæorum medicinam passim superstitione fuisse (z) contaminatam. Neque tamen video, cur omnino artis exercitio oporteat totam gentem præcludere (a), quum nihil intercedat, quin perinde ex bonis fontibus hauriant, uti nos ipsi. In Anglia certe, inque Germania, inter Judæos celebres fuerunt medici.

Notitiam horum Hebræorum debemus fere HOTTINGERO, tum J. CHRISTOPHORO WOLFIO in *Bibl. Hebraic.* Hamburg 1715. 4. \* excusa, qui ipse multa sumpsit a BARTOLOCCIO & PLANTAVITIO. Annos, quibus aliqui horum Judæorum vixerunt, non potuimus eruere.

#### §. CXX. MUHAMMED.

Præter hebræos ante MUHAMMEDI tempora parca nobis est de medicina gentium orientalium memoria. BARZUIAH medicum NUSCHIRVANI citari video, qui jussu imperatoris fabulas Pilpai ex Sanscritica lingua in Pehlvicam vertit. Cum imperio, una & artes a Græcis ad Saracenos transferunt. Seculo nempe septimo ineunte MUHAMMED caput efferre cepit, & cum religione sua Arabiæ atque Syriæ parti jugum imposuit, quem secuti primi Califæ Ægyptum, Ommiadæ & Abassidæ vero magnam Asiæ partem, Africam borealem, Hispaniam, Siciliam imperio suo subjecerunt. Ipse MUHAMMED medicinæ ad suæ gentis modulum & gnarus fuit & fautor, ipse demum morbos curandos suscepit: & in eo studio veram artem passim superstitione, aut inani certe credulitate miscuit. Exstat J. JACOBI REISKE opera aliqua, sive meritorum MAHOMEDIS sive errorum memoria (\*), ex LEVINI WARNER *collectaneis* sumpta. In angina funesto eventu candens ferrum collo amici adplicuit. Diarrhœam pertinaci & repetito usu mellis sustulit, quæ felicitas apprime est improbabilis. Incantationem scorpionum probat: & ad venena carminum usum. Stelliones miraculoso contactu prophetæ de corpore depulso Arabes gloriantur. Magis laudes hordei in

(\* ) HUART *esam. ingen.*

(y) CLIFTON p. 107.

(z) LAMBECC. n. 35.

(a) SIMON SCHULZ. *J. des sav.* 1680. p. 224.

(\* ) *Miscell. obff. med. ex Arabum monumentis desumptæ* Leid. 1746. 4. \*

in pectoris morbis commendatum usum; & sennam alvi ducendæ sine pro tithymalo commendatam, quæ prima celeberrimi medicamenti fuerit memoria. Rufina, s. pilothrum ex calce viva & arsenico compositum, nostro adhuc ævo vulgari usu apud Mahometanos receptum, MAHOMED jam habet.

Cæterum eodem auctore REISKIO, qui ex codice MS. Hispano Xativenfi hanc historiam decerpit, variolæ & morbilli ex Æthiopia in Arabiam cum exercitu Æthiopum adlati sunt a. 572., quo etiam anno MUHAMMED natus est. Quare hujus morbi prima monumenta apud Arabes quærere oportet, a quibus cum expeditionibus, ut videtur, *cruce signatorum* militum nova lues in Europam, inde in Americam, & in Septentrionalem Asiam migravit.

Coævus MAHOMETHI fuit HARETH EBN KALDATH sobrius vir, & prudens (†).

### §. CXXI. AARON (a).

Ex Alexandrina schola fuit, quæ seculo VII. exeunte, & aliquanto etiam feriori florebat, Christianus, presbyter, MAHOMETO coævus. Syriace scripsit *pandectarum* libros (b) XXX. ex Græcis scriptoribus collectos, quorum plurima fragmenta possis ex RHAZIS *continente* decerpere. In iis universam medicinam, morborumque curationem tradidit. Recensuit viri opus HALY ABBAS (c), & vitio ei vertit, quod victus rationem omiserit, mihi vero, in tot locis a RHAZEO decerptis, nihil proprium tradidisse videtur. In ictero venam sub lingua secabat. Ad hydropem ejus est medicamentum compositum, quo per sex menses jubebat uti (e). Idem locus de fæcibus in ictero albis & AARONI tribuitur, & SIMONI (f). De medicamentis impinguantibus (g). Hydropem myrobalanis curari (h); de febribus. Mulieribus laborantibus menses parciore esse (i). Citatur etiam ARONIS l. *de problematibus* (k).

EJ. *compendium libri* FAYK nomine sæpe a RHAZEO citatur.

### §. CXXII. SECULUM VIII.

Primorum Califarum ævo bonæ artes nondum floruerunt, quos inter OMAR bibliothecam Alexandrinam flammis dedit, neque Ommiadis imperium tenenti-

(†) HERBELOT p. 430.

(a) ARAHON RHAZE *cont.* L. I. *de vertigine*.

(b) HERBELOT p. 129.

(c) *Prolegom.* ad L. I.

(e) RHAZE *Cont.* L. VII.

(f) *Id.* *ib.*

(g) *Cont.* L. VI.

(h) L. XVII.

(i) L. IX.

(k) L. XVII.

tenentibus. Eo seculo tamen septimo THEODUNUM & THEODOXUM (b), Græcos quidem potius homines, ABULPHARAGIUS recenset; FREINDIUS Alexandrinos esse putat, celebres medicos. Patriarcha etiam Alexandriæ sub finem seculi octavi superfuit, ab AARONE al RASCHID consultus. Filium patriarchæ RHAZEUS satis frequenter citat.

Obscuro tamen eo seculo septimo exeunte, imperante Califa Ommiade ABDELMALEC, ceptum est Græcorum opera Arabice reddi, a Judæo Syro medico, cujus integrum nomen est MASERJAWAH (c), a RHAZEO sæpe corruptum, MASARGUY (d), MASARUYH (e), MASARGIUH (f), MASARICE (g), MESARGUICH (h); MESARUGIE SERAPIONI, MESARGIOUH (i), MASERGUI AVICENNÆ, MESERJAHAY, MASARGESCH (k), MASERGER (l), MASERICE (m), voceri legas, quem ipsum præterea RHAZEUS frequenter *Judæi* (n) nomine citat.

Is AARONIS *pandectas* Arabice reddidit (o). Videtur tamen & ipse de re medica scripsisse, & ejus plurima est apud RHAZEUM mentio, ad vires etiam potissimum medicamentorum. De petrificatione in intestinis (p). JUDÆI locum habet de *Bardua* morbo uteri ex ventositate grossa & viscida in matrice collecta (q) nato. Suffocationi uteri vincula opponit artubus injecta (f). Ob violentiam partus, aliquando vulvæ partem elabi (t). Hernias fieri a nimia venere (u). De significatione mortis (x). Variolæ (y).

### §. CXXIII.

Exeunte seculo VII. & circa a. 695. vixit ABU ABDALLAH SAID BEN GIOBAIR BEN HASCH AL ASSADI; sed non videtur medicus fuisse, quem RHAZEUS citat (z).

Antiquus

- (b) ABUL FARAI Dyn. p. 128.
- (c) ABULPHARAI p. 126.
- (d) *Contin.* L. VII.
- (e) L. V. de inflammatione ventriculi.
- (f) L. VII.
- (g) L. I.
- (h) L. V.
- (i) L. VII. ad saltum cordis.
- (k) *Cont.* L. I. videtur hic vocari *El Cbus*.
- (l) *Ib.* L. V.
- (m) L. I.
- (n) *Ib.* ad paralyfin, epilepsiam. L. VII. de ictero. L. VIII.
- (o) ABULPHAR.
- (p) *Judæus* L. VIII.
- (q) *Cont.* L. IX.
- (f) L. IX.
- (t) L. I.
- (u) L. XI.
- (x) *Judæus* L. XVI.
- (y) *Ib.* L. XVIII.
- (z) HERBELOT p. 403.

Antiquus etiam auctor est SAHER; uti a RHAZEO fere vocatur, aut EBN ABU ZAHAR, qui circa 125. hegiræ annum vixit. Videtur practicum opus scripsisse. Locus ejus est de paralyfi, ubi monetur, in principio mali purgationem alvi nocere (a). Ad anginam consilia (b). Ad hydropem. Laureolam propinat (c), & laxans quod recenset medicamentum, quod felici eventu dedit, ferumque lactis commendat (d). De morbis hepatis (e); ad colicam frigidam (f); de usu lactis (g), de ulceribus intestinorum (h). Lac afininum ad ulcera vesicæ conferre (k). Vis alvum laxans aquositate cassiæ (l). Ejus electuarium laxans (m). An idem SCHAER, qui de sudore febrium egit (n). Non puto.

Hujus ævi esse puto MASUD EBN OL NASS Bagdadensem Khalifæ Archiatrum.

ISAAC f. ABRAHAM Judæus, a. 705. mortuus tr. *de cura venenorum* scripsit (o).

#### §. CXXIV. VERSIONES GRÆCORVM SCRIPTORVM.

Califæ Abassidæ mature gloriæ duxerunt, bonas artes adjuvare: medicam etiam potissimum. Nosodochia splendidissima extruxerunt, in ipso palatio medicamenta parari curarunt, luculentissimis stipendiis medicos aluerunt, MANSUR MALAHEDDIN AL MANSURI cathedram medicorum constituit. Fathimitæ Ægypti principes tanto studio in colligendos libros incubuerunt, ut 200000. volumina in Bibliotheca essent, quando SALADINUS ad imperium pervenit. Sed præterea Califæ Abassidæ curarunt, ut libri Græcorum classici Arabico sermone redderentur, ipse primus ABU GIAFAR ALMANZOR, deinde HAARON ALRASCHID, ejusque filius AL MAMON, & demum MOTAH WAKEL id studium sua liberalitate adjuverunt. MOSTANSER BILLAH Collegium medicum & dispensatorium Bagdadi condidit (p).

Ante

- (a) RHAZE *Cont.* L. I.
- (b) L. III.
- (c) L. VII.
- (d) Ib.
- (e) Ib.
- (f) L. VIII.
- (g) Ib.
- (h) Ib.
- (k) L. XI.
- (l) L. VI.
- (m) *Contin.* L. XVI.
- (n) Ib.
- (o) HOTTINGER apud WOLF.
- (p) ABULFARAI p. 307.



Ante HONAIN filium s. citati ab ipso exstiterant JOB (q), qui GALENI in *Epidemicorum* L. I. & VI. *commentarium* Syriace vertit: ABV GIAFAR MOHAMMED EBN MUSA Syriace quidem ab HONAINO versos *commentarios* in librum II. Arabice reddidit. Libros GALENI *de thoracis & pulmonis motu* STEPHANUS Basillii filius convertit, cum l. *de plenitudine*, tum l. *de curatione per vena sectionem*.

De prænotione vertit ISA BEN JAHIA, de quo porro dicemus, RHAZEO certe prior, qui idem in l. *de curatione per vena sectionem* eandem operam posuit, & in l. *de medicamentis morborum generibus contrariis & accommodatis* L. II. & in l. *de tumoribus*. JAHIA BEN ISSA annon idem? HIPPOCRATEM *de iurjurando*, L. V. *de morbis popularibus*, l. *de vulneribus capitis* ex Græcis Arabice reddidit.

HONAIN, qui demum MOTA WAKELI ævo vixerit, necesse est post J. MESVE & post BACTISCHUAS recensere. ALBATENIUS demum a. 1050. aliqua GALENI vertit.

Cæterum Arabum istas versiones, in epistolis a FABRICIO editis, valde spernit THEOPHRASTUS RENAUDOT, quæ sint ex Syriaco sermone, non ex Græco factæ, idque iudicium suum facit FREINDIUS. Et certe est inter CASIRIANAS locus luculentus HONAINI (r), qui *de secundo epidemicorum libro* testatur, parum bonum sibi fuisse Græcum exemplum. Acriter tamen pro Arabibus pugnat CASIRIUS (f), & utique Græcis libris usos esse confirmat.

#### §. CXXV. FAMILIA BACTISCHUARUM.

BOKT HESU, s. *Servorum Jesu*, gens a medicinæ peritia celebris fuit. Eorum primus GEORGIUS, Christianus, Jondisapuræ (t) in Chorasania bonis artibus institutus, idem ab ALMANZORE Khalifa ABASSIDA regis muneribus condecoratus fuit. Is fuerit GEORGIUS, aliquando GREGORIUS dictus, & GORGIS (u), cuius RHAZEUS frequenter meminit; tum vero nomine, tum varie corrupto, BACTISUH, BACTIJESU, BACTISEN, BOCTHIGESU (x), BATHISU, BACCAJESU (y), BAKEJESU (z): Idem forte GIRGES MESVES.

Locos habet RHAZEU de spasmo puerorum (b) cum febre acuta, admista acida, quam vocat materie. De impinguatione (c). De syncope (d), hepatis

- (q) apud CASIRI L. I. p. 101.
- (r) p. 281.
- (f) p. 238.
- (t) ABULFARAI. p. 143.
- (u) de febre phlegmatica L. XVIII.
- (x) L. XVIII.
- (y) L. I.
- (z) L. I. de sternutatione.
- (b) *Cont.* L. I.
- (c) BACTISUH L. VI.
- (d) L. VII.

tis debilitate (e); hydrope (f), ubi iridis succum improbat. Die septimo paralyticos purgabat (g). Clyster ad dysenteriam ex vitellis ovorum & cerussa mistus (h). De signis conceptionis maris vel feminae (i). De suffocatione uteri (k). De signis bonis & malis (l). De febre (m). GEORGIUM adnotasse, epidemias magis junio M. saevire: tumores in axillis & inguinibus subnasci. Venae sectionem requirere, si sanguis niger fuerit, etiam, si &c. (n).

Librum *de tumoribus, de sternutatoriis* GREGORII IDEM citat (o).

Medicamenta GEORGII multa a SERAPIONIDE citantur.

Ejus filius GABRIEL in HAROUNIS ALRASCHID (p) aula floruit, a patre commendatus, cujus curationem ABU OSBAIA laudat, quando concubinam Khalifae mota inexpectato verecundia coegit manu paralytica uti. Imperatorem apoplexia tactum venae sectione imperata servavit, incredibiles porro divitias a grato principe obtinuit. Idem ab ALMAMON in carcerem coniectus, eundem imperatorem aegrotantem fanitati restituit. Hic est GABRIEL BYRIORTHISU (*ben Boc-tischub*), cujus ad splenem medicamentum RHAZEUS citat (q), & ad gibbi ventositatem (r).

BACTISCHUA filius GABRIELIS apud ALMANONEM gratiofus fuit (s).

SALUBE f. GABRIELIS dicitur apud SERAPIONIDEM.

MICHAEL gener GABRIELIS, idem apud ALMAMON medicinam fecit.

ABDALLA f. GABRIELIS BACTISCHUA, *compendium medicinae* scripsit in B. R. P. n. 1067.

Annon idem fuerit OBAIDALLA *ben* GABRIEL *ben* BACTISCHUAH, qui califae MOTALI aevio hortum medicinae dicavit (x).

JOHANNIS filii SERVI DEI (HOBEDALLAH) de febre & huic opportuna potione locus exstat (y).

U 11 2

ISAH

(e) L. VII.

(f) Ib. BAHTISUH.

(g) L. I.

(h) L. VIII.

(i) L. IX. BAHTISUS.

(k) GEORGIUS L. IX.

(l) L. XVI.

(m) L. XVII.

(n) L. XXVII.

(o) *Cont.* L. I.

(p) ABULFARAI p. 153.

(\*) RHAZE *cont.* L. VIII.

(q) Ib. L. VII.

(r) L. XI.

(s) ABULFARAI p. 171.

(x) HERBELOT p. 163. CASIRI p. 884.

(y) RHAZE *cont.* L. XVIII.

ISAH EBN SHALATAH GEORGII BACTISCHUÆ (z) filius, ALMANZORIS aliquamdiu medicus, citatur (a).

Alius BACTISHUA filius SAHYA, medicus MOTALI, vixit seculo decimo (u).

## §. CXXVI.

## JOHANNES F. MESVES.

Difficilis viri est historia, cujus cum eodem nomine alia opera exstant aliquot seculis posteriora. Verus JAHIA fil. MASAWAIH, JOHANNES f. MESVES ABU ZACHARIA, Syrus Christianus (b), tempore KHALIFÆ HAROUNIS (c) & filii ejus ALMAMONIS, per quadraginta annos medicinam ingenti numero discipulorum tradidit, in græcorum libris interpretandis, etiam laboriosus, vanus idem & ardelio SALMAWAIO dictus, quod imperatorem ALMOTASEM occiderit, contrariis medicamentis datis eorum, quæ SALMAWAIH imperaverat (d).

Hic est JOHANNES fil. MESVÆ fil. HAMECH, filii HALI, filii ABDALLÆ Regis Damasci, ASSEMANI (e), qui tamen potius Mahometanum facit.

Frequentissime a RHAZEONOSTER citatur cum nomine filii MESVE, patre natus MESVA Æthiope (f) a GABRIELE BACTISCHUACH nosocomio præpositus, cujus filius ille sit JOHANNES EBN MESVAI vel MESVIAH (g).

Ejus de opere HALY f. ABBAS judicium est, ordine desitui, atque primum de compositione agere medicamentorum (h), inde ad res naturales redire vitio vertit.

Libros XXXIV. ejus recenset ABU OSBAIA, quos inter libri sunt *de purgantibus & de decoctis*, quales etiam nunc in nostri MESVES exstant, quæ vocantur, operibus. Quare ea certe opera & genuina esse FREINDIUS suspicatur, & senioris esse MESVÆI. Verum in l. quidem *de purgantibus* ALCHINDUS & AVICENNA citatur, & RHAZEUS (HAMECH) ut omnino senioris MESVIDÆ esse nequeat; cujus,

(z) ABULFARAI p. 144.

(a) Id. p. 148.

(u) ABULFARAI p. 192.

(b) p. 154.

(c) L. IV. p. 260.

(d) p. 166.

(e) *Bibl. Orient.* III. p. 504.

(f) Ita ABULFARAI. Nescio qua auctoritate MOSEN vocat, & GEORGII filium ASEMANUS *Bibl.* III. p. 501.

(g) ABULFARAI p. 166.

(h) *Prolegom.* L. I.

cujus, præter fragmenta a SERAPIONIDE & a RHAZEO conservata, nihil ad nos pervenit.

Cæterum JOHANNES MESVES f. quem RHAZEUS frequenter citat, de universis morbis & eorum curatione scripsisse videtur.

Scripsit certe de febris L. I. RHAZE cont. L. XVII. de alimentis L. I. ap. ABULFARAI, de venæ sectione & cucurbitularum usu. L. I. de arte medica Epitomen. L. I. de pollutione nocturna. L. I. de alimentorum correctione. L. I. de stomachi repletione. L. I. de catarrhi cura ad KHALIFAM ALMAMON. L. I. de medicamentis solutivis. L. I. (i) de medicina. L. I. de balneis. L. I. de diarrhæa. L. I. de cephalalgia. L. I. de vertigine. L. I. cur medici mulieres prægnantes medicari prohibeant. L. I. de medici experimentis. L. I. de voce & gutturis affectibus. L. I. de loco arteriarum. L. I. de aqua hordeacea. L. I. de atra bile. L. I. de remediis ad mulierum conceptionem minime efficacibus, L. I. de dentifricio. L. I. de medicamentorum cathartorum correctione. L. I. de colico dolore. L. I. de anatome. L. I. de urina (k). Denique codex exstat apud CASIRIUM (l), cui titulus *selectiora medicamenta* ad discipulum suum HONAIN f. ISAAK descriptus in Hispania a. 1424. L. de scotomia & vertigine RHAZEUS citat (m), cum signis essentialis vertiginis & accidentalis, tum l. *summarum* (n) & *congregationum*. In alio libro scripserit torturam græce *frampos* dici (*emprostotonos*) (o).

MESSIUS apud HALY f. ABBAS citatur, ante JOHANNEM SERADIONIS f. qui BASMEN sit secutus, maloque ordine scripserit, morborumque dederit historiam. Num fuerat JOHANNES MESVES f. an METSCH AVICENNÆ.

Sed exstat alius ejusdem fere nominis scriptor MISIH (p), MIHSI, cujus *summam* RHAZEUS citat (q), forte idem qui MISSUK, MISUS (r), MISUSA (s) qui clysteres lacteos in vesicam injiciebat, & de scabie dixit vesicæ (t). sæpe RHAZEO dictus. Lac acidum phthisicis commendabat (u). Mulieribus non prægnantibus solitum esse fumum arsenici rubri vulva excipere (x). Lac asininum laudabat ad ulcera vesicæ (y). De ictero etiam egit, de cordis palpitatione (z);

U u 3

de

(i) Codex est in B. Vindobon. L. VI. p. 134. & in Taurinensi, sed idem juniore MESVE juniore tribuitur.

(k) WOLF.

(l) p. 316.

(m) Cont. L. I.

(n) Ib. L. III.

(o) L. I.

(p) de casu uvulæ Cont. L. III. de singultu L. V.

(q) L. XI.

(r) de cura obstetricum L. IX. L. XI.

(s) Cont. L. X.

(t) Ib.

(u) L. VII.

(x) L. IX.

(y) L. X.

(z) L. VII.

de uteri inflammatione (a) & suffocatione (b); de remediis adversus lumbricos (c). Non est MESVÆUS f., nam plenius nominatur ABI CHILEL (HILAL) ELMISIH (d), & alibi BUHHAL HIMSYPH (e), & HUHUYIEL HYMISI (f).

Aliud passim nomen exstat *Christiani* vel *Christianelli*, sæpe RHAZEO dicti (h), cui plenius nomen est ABU JAHAL ISSA JAHIA BEN MASSIHI (i), cujus exstat opus *Ketab al Almiat fil Thabb* in B. R. Par. Hunc HERBELOTUS conjungebat cum MESSIO HALY f. ABBAS.

Iterum occurrit BEN MASSUY, sæpissime RHAZEO dictus, etiam AVICENNÆ, qui alias BI MASUI, & YHIA BIN MASUIA, & YHIA BIMASUI (k) audit, & cujus opus *de summis*, vel ALMOUGEH sæpe citatur, vel cum BIMASUI nomine (l), vel cum solo titulo *Mougeh* absque auctore (m). Hunc putes esse MESVEN senio-rem, in tanta similitudine nominis. Secundum RHAZEUM loca HIPPOCRATIS (n) ac aliorum collegisse dicitur.

Ita citatur etiam BIMASSUI ad SABUR, ut SAPORE fuerit nuperior (o).

Ex ejus locis collectis videtur & ipse *de universis morbis cognoscendis* & *curandis* scripisse, de febribus (p), ventriculi morbis, vomitu &c. Prolixus ejus locus exstat, in quo plurimi cibi & condimenta recensentur (q).

Aliud opus RHAZEUS citat cum nomine *Quæstiones naturales* (r).

Locus est præterea RHAZEI, in quo de filio ELHOSEIN BIMASUY loquitur, tamquam de homine, qui sibi de suo, quem passus sit, verme Medinensi retulerit (s), RHAZEO adeo cœvus.

Aliud difficile nomen est ISA BEN MASSA (t), quem ad seculum IX. refert CASIRIUS (u), & cujus citantur libri *de coitu*, *de alimentorum viribus* (x), *de ma-*  
trice

- (a) L. IX.
- (b) L. IX.
- (c) L. XI.
- (d) L. XI.
- (e) L. XXV.
- (f) L. XVIII.
- (h) DAMASCENUS L. XXI. f. sapientis b.
- (i) HERBELOT p. 561.
- (\*) *Contin.* L. VI.
- (k) L. VIII.
- (l) Ib.
- (m) L. III. IV. V. VI. &c.
- (n) L. IX.
- (o) L. XI.
- (p) L. XXV.
- (q) Ib.
- (r) L. XVI.
- (s) L. XII.
- (t) *Simpl.* c. 325.
- (u) p. 883.
- (x) laudat IDEM ib.

*trice* (y), *de complementis* (z), *l. de somniis* (a): ex quibus putes convenire cum MIHSI. De his omnibus difficillimum & judicium.

§. CXXVII. JANUS DAMASCENUS.

Cum J. DAMASCENI nomine exstant ab ALBANO TORINO editi *medicinae therapeuticae* libri VII. Basil. 1543. fol. \*, verum ii nullo modo sunt antiquioris illius JOH. MESVES f. Comparati cum SERAPIONIDIS iis quæ exstant, idem sunt opus, iidem morbi, eadem medicamenta, eadem citationes, ut omnino vel TORINI fraude sub celebri nomine recusum, & paulum deformatum sit ipsum SERAPIONIDIS opus; aut ipsi TORINO ab aliis sit impositum.

In his etiam VII. libris JANI DAMASCENI, JOHANNES f. MOSEGUA citatur, qui est ipsissimus JOHANNES MESVES f., cum eadem formulæ medicamentorum eo nomine a SERAPIONIDE citentur, & cum nomine J. f. MOSEGUA a JANO DAMASCENO TORINI. DAMASCENUS etiam ab AVICENNA citatur. Non mirum adeo est, integros ab arabibus locos cum MESVES nomine citari, qui apud DAMASCENUM nostrum reperiuntur (b).

JANI DAMASCENI præterea nomine etiam *aphorismi* exstant, breve opusculum, sæpe cum R. MOYSIS *aphorismis* excusum, ut Bonon. 1484. 4. & 4. absque anno BOEHMER, & Venet. 1501. 8. GUNZ. Basil. 1542. 8. Groning. 1649. 12. \* cum AVICENNÆ canticis: Basil. 1679. 8. GUNZ. Eorum *aphorismorum* codex latinus est in B. R. Paris. n. 6845. Græcus in *Medicea Plut.* LXXIV. Latinus iterum ni fallor in B. coll. MERTON. n. 667. & cum ISIDORI commentariis in B. *Orialesi* Oxonii.

Prudentiam tradunt medicam, cautaque consilia, ut ad artis fastigium perveniatur. Veneratio plurima ARISTOTELIS & GALENI.

§. CXXVIII. JOHANNES SERAPIONIS fil.

Ætas viri æstimatur ex fragmento ABU OSBAIA, filius enim ejus DAVID, & ipse medicus juvenis, GABRIELI cœvus fuit, a quo increpatus fuerit. Pater adeo JOHANNES priorum Abaffidarum ævo vixerit, de quo cæterum viro quidquam novimus, præter judicium HALY ABBASSIDÆ, & loca bene multa apud RHAZEUM conservata. HALY morborum ait curationes solas dedisse, sive eas quæ medicamentis fiunt, f. quæ cibis: custodiam sanitatis & chirurgiam prætermisisse, neque plene de curatione morborum egisse: nihil de passione canina (lycanthropia Græcorum) reliquisse, nihil de coagulato sanguine inter stomachi mala, nihil de variolis, nihil de plûsculis animalibus venenatis. Ordinem etiam male observasse.

Horum aliqua satis conveniunt nostro SERAPIONIDI, auctori nempe *Practicae*, & librorum quidem VI. priorum. Variolæ enim mistæ sunt cum historia erysipe-

(y) RHAZE L. IX. 2.

(z) L. IX. ad hernias.

(a) L. VIII.

(b) ILL. HAHN *Comm. lit. Nor.* 1733. n. 24.

erysipelatis: Scriptores citat fere veteres, Græcos, eos inter sæpe ERASISTRATUM, inter Arabes paucos & antiquos, JOHANNITIUM, GABRIELEM, (quem alicubi vocat f. MESVES); JOHANNEM MESVES f. Quare FREINDIUS II. præcticos habet pro genuinis. Loca aliqua a RHAZEO citata inquisivi; reperi vitrioli ad coercenda menstrua præscriptionem (c), causas easdem inflammati uteri (d), & signum imprægnationis ab arido oris uteri sumtum: scirrhum sief ex elleboro ad partum promovendum (e), & pessarium pro conceptu adjuvando, ex croco, spica &c. Porro opii cum aqua visci temperati usum in colica (f); consilium ne flatus subeat dum clyster injicitur (g). Sic locus de arteria cervicis dolente in suffocatione matricis (h).

Est tamen etiam hic dubio locus. BUBACHER (i), qui citatur, videtur esse ABUBEKHR, & ipse RHAZEUS. Sed RHAZEUS multo plura ex BEN SERAPIONIS citat, quam hic in sex libris reperias, loca etiam aliqua vel ex speciminibus nostris etiam non omnia. Chiruriam non omisit, ad quam totus liber V. pertineat.

Nescio denique, an adeo probabile sit, coævus medicos adeo frequenter a coævaneo scriptore citari, ut hic J. f. MESVES, & GABRIEL, & HONAIN a SERAPIONIDE citantur. Interim prævalere videtur consensus nostri SERAPIONIS cum locis a RHAZEO citatis, ut omnino verus prior SERAPIONIDES RHAZES in manibus nostris superesse videatur.

Cæterum *practica*, s. *breviarium*, compendium est praxeos a capite ad calcem, admittis etiam chirurgicis, quæ suo loco dixi. Historia morbi brevis est, res medicamentaria plurima. Non unice vero GRÆCOS compilat, sed suum passim experimentum, suumque judicium & adnotationes aliquas interponit. Versio ANDRÆE ALPAGI opus est, tum GERARDI CARMONENSIS. Codices sunt in B. BODL. n. 2461, in B. R. P. n. 6891. 6893. 6894. hi latini.

Liber VII. f. *antidotarium*, habet censum formulaeque medicamentorum compositorum. Citat idem RHAZEUS L. XI. Quod vero habemus, *antidotarium* SERAPIONIS nomine inscriptum id quidem manifesto superioris est scriptoris. ZACHARIAM (nempe RHAZEUM) multis locis citat, tum HALY parvum, SERAPIONEM medicum, & DAVIDEM SERAPIONIS f., de quo quidem opere dixi in B. Bot. Convertit idem ABRAHAM JUDEUS & SIMON de JANUA.

Editiones practici operis sunt GERARDO Carmonensi interprete Venet. 1479. fol. UFF. 1497. fol. 1503. fol. TR. Basil. 1499. f. MAITT. Lion 1525. fol. min. Argent. 1531. fol. cura O. BRUNFELS, nisi tamen fallor. ANDREA ALPAGO interprete Venet. 1530. fol. 1550. fol. \*. 1569. fol.

Citantur

(c) *Cons.* L. IX. |

(d) *Ib.*

(e) *Ib.*

(f) L. VIII.

(g) L. IX.

(h) *Ib.*

(i) SERAPIONIS L. II. c. 21. fin.

Citantur in opere practico præter eos, quos dixi, LUCAS ARTHABANI, ALTHISANI *de oculorum morbis*, MOYSES f. IBRAHIM, URNEMESVI, nisi is est ORIBASIVS. MOYSES ille fuerit MUSEYA, vel MUSUIH RHAZEI, qui & MUSIACH & MUSICH, quem nunc ab illo MIHSI, f. Christiano separo.

Exstat etiam JOHANNIS BEN SERAPION *collectio medica* alia major Librorum XII, alia minor L. VII. hæc nostræ propior, Syriace scripta, quam Arabice reddidit MUSA ebn ABRAHAM ALHODHITHI & BEN BAHKUK, CASIRI DCCCXIV.

### §. CXXIX. OBADITARUM familia.

Christianorum erat tribus, quæ in vicinia civitatis Hiræ vivebat. Ex ea provenit primus EBN ISAAC pharmacopola (a), pater Honaini (b). Inde medio seculo nono, HONAIN f. ISAAC, quem SERAPIO practicus & Arabes passim ABUSAID (c) vocant, nuperiores JOHANNITIUM. Vir probatæ virtutis fuit, eruditus medicus, discipulus JOHANNIS MESVES f. & GABRIELIS BACTISCHUA præceptor (d), a Kalifa ALMOTAWAKKEL ad interpretandos græcos codices adhibitus (e), quos bene multos aut ipse vertit, aut a MUSA BEN KALHED (J. STEPHANO) & a JAHIA BEN ADI conversos castigavit. PAULUM in Epitomen contraxit. Sic commentarios GALENI in HIPPOCRATICORUM epidemicorum L. II. Syriace reddidit (f), notasque adjecit. Porro aphorismos & epidemicorum (g) libros in Syriacam linguam transtulit. GALENI vero plurima (Arabice?) reddidit, *de febrium differentiis*, *de constitutione artis medicæ*, *de pulsu*, *de curatione ad GLAUCONEM*, *de elementis*, *temperamentis*, *substantia facultatum naturalium*, *morborum causis & symptomatibus* L. VI, *de locis adfectis* L. VI, *de pulsibus* libros XVI, *de diebus criticis* L. III. *De methodo medendi* libros VI. castigavit versos a HOBASCH, tum l. *de motu thoracis*, *de tremore*. Vertit porro l. *de intemperie*, *de physiognomia* (nobis ignotum), *de simplicibus medicamentis*, *de semine*, *de septimestri partu*, *de vitio ulceris putridi*, *de stercore*, *de benigno regimine*, *de facultatibus partium* L. III. *de regimine morborum grassantium ad HIPPOCRATIS sententiam; quod optimus medicus sit philosophus*, *de genuinis HIPPOCRATIS*

(a) ABULFARAI p. 172.

(b) HERBELOT p. 452.

(c) ONON. HERBELOT p. 40. pleno nomine ABUSAID ABDALLAHMAN BEN ISCHAK BEN HONAIN p. 456. ad annum 269. hej.

(d) ABULFARAI p. 173. Eum anatomen docuit.

(e) Id. p. 171.

(f) CASIRI.

(g) HERBELOT p. 209.



TIS libris, de medicis experimentis in TIMEUM PLATONIS commentarios XVII. priores (h) (nobis sunt tantum X.), de arte medica, de sectis, artem parvam, de tuenda valetudine. LL. a V. ad X. de medicamentorum compositione (i). L. HIPPOCRATIS de natura hominis & de aere aquis & locis (k). Aphorismorum libros VII (l). De regimine, s. ratione victus in morbis acutis (m). De prognosticis L. III. (n). Veterinariam ex Græcis (o).

Non debet confundi iste JOHANNITIUS cum alio Ravennat, docto seculi VII. in aula Byzantina ministro.

JUDÆI nostrum suum faciunt & vocant CHANIN|f. ASTAK.

Porro ISAAC f. HONAIN (p) aliqua GALENI interpretatus est, ut ll. tres posteriores commentariis in TIMEUM. Idem fuerit ISAAC f. OVIN (ONIN), cujus de colica locum habet (q) RHAZEUS.

Scriptit *Epitomen de simplicibus*, cujus codex est in B. BODL. n. 6207. Locus ejus est de urinis (r).

Multa autem scripsit HOBASCH HONAINI ex foreore nepos, cujus labores HONAINO tribui ABULFARAI auctor est (s). Vertit ll. GALENI de bonis pravisque succis (t). De exercitio quod parva pila fit (u). De natura hominis L. IV. Quod mores animi temperamentum sequantur (x). De methodo medendi L. XIV. De sanitate tuenda L. VI. De mortui animalis dissectione L. I., & de vivi dissectione. De anatomica scientia ex sententia HIPPOCRATIS. De arte anatomica ad mentem HIPPOCRATIS. De uteri dissectione. Isagogen de pulsibus. De motibus occultis. De HIPPOCRATIS & PLATONIS decretis (quem etiam HONAINO tribuunt). De usu partium L. XIV.

Verum non unice in versionibus se continuerunt docti hi OBADITÆ. JOHANNITII celeberrima exstat *introductio* ad l. de arte GALENI (y). Brevissimum compendium est, etiam pathologicum & practicum.

Erant etiam ejus libri de electione, ex quibus locum habet RHAZEUS (z), & in quibus multa videntur fuisse parum firma: L. compositionum. L. de medicina, nisi

(h) B. R. P. n. 1043.

(i) CASIRI.

(k) B. Medic. CASIRI n. DCCCLII.

(l) CASIRI ib. B. R. P. apud MONTF. I. p. 211.

(m) lb.

(n) lb.

(o) B. R. P. n. 1038.

(p) ABULFARAI p. 173.

(q) Cont. L. VIII.

(r) RHAZE Cont. L. XVIII.

(s) p. 174.

(t) apud CASIRI.

(u) lb.

(x) lb.

(y) B. Anat.

(z) L. I.

nisi idem est l. de arte (a) GALENI, *Antidotarium* (b) f. *Grabathn*. L. de *instrumento nutrimenti* (c). L. de *dentium morbis* (d). L. *signorum* (e). De L. *electionis* (f). De *balneo* (g). De *somniis* (h). De *stomacho* (i). De *theriaca* (k). De *phlebotomia* (l). *Expositio synonymorum Græcorum* (m). L. de *regimine convalescentium* (n). De *medicamentis alvum solventibus*, excusus cum SERAPIONIDE Venet. 1550. fol. \*. L. de *alimentis* (o). L. *quæstorum medicorum ad quem HOBASCH adnotationes dedit*. L. de *balneis*. De *lactis usu*. De *oculi morbis* L. V. quorum tres posteriores sunt chirurgici argumenti. L. de *partu semestri*. L. de *victu*. L. de *urinis* L. III. de *rosarum trochiscis*. L. de *colli doloribus*. L. de *ulceribus*. L. de *albugine oculi*. L. de *medicamentis causticis*. Codices ejus viri passim supersunt (p).

Ita Cl. CASIRI, non additis fontibus.

HOBAYS f. JOBES *Antidotarium* citat RHAZEUS (q), & habet HOBAYS pilulas ad colicam (r). Idem omnino, qui HOBASCH.

*Isagoges* JOHANNITH innumeras editiones dixi (s).

Liber de *stomacho* prodiit Lion 1515. fol. (t). Basil. 1536. f.

L. de *oculis* cum CONSTANTINO editus est.

Fuit & DAVID BEN HONAIN medicus minus felix.

X x 2

§. CXXIX.

(a) In B. *Escorialensi* BUSCHING.

(b) in præf. *Antidotarii* sui. *Contin.* L. III.

(c) RHAZE *Cont.* L. VI.

(d) Ib. cum nomine ONIN.

(e) L. XX.

(f) L. III., in quo etiam chirurgica.

(g) Ib.

(h) Locus inde sumtus de hydrope exstat in *Contin.* L. VII.

(i) RHAZE L. VIII. CASIRI n. DCCCXLVII. cum titulo libri de *stomacho secundum JOHANNITUM*.

(k) L. I. & de *simpl.* passim.

(l) L. XVIII. *Contin.*

(m) RHAZE *simpl.* c. 975. &c.

(n) L. VI.

(o) CASIRI p. 286. fq. RHAZE *Cont.* L. XVIII.

(p) B. *Anat.* I. p. 128.

(q) L. VIII. OBES L. IX.

(r) RHAZE L. VIII. XI. XII. Etiam JOBES.

(s) B. *Anat.* T. I. p. 127.

(t) cum CONSTANTINO.

## §. CXXX. ISAAC.

ISAACI frequens apud RHAZEUM nomen est, viri qui universam morborum curationem videtur tradidisse. Locus ejus est de soda (cephalea) (*u*), de angina (*x*); de vomitu (*y*), de morbis ventriculi (*z*), de ictero (*a*), de epithymi laudibus (*b*), ad colicam (*c*).

Is ISAAC poterit esse JOHANNITII fil., ut firmiter nunc conjicio, cum HALY ajat (*d*), se medicos recensere a GALENO ad ISAAC JOHANNIS f. & qui idem nostrum recensent. Verum cum nomine ISAACI alii etiam scriptores recensentur, quorum priores inter poterit forte iste RHAZEANUS latere. ISAAC BEN AMRAM de materia medica scripsit, exque eo multa habet JOHANNES SERAPIONIS fil. tum ipse MESVEUS (*e*) & BEITARIDES, & demum ALZAHARAVIUS (*f*): alii nomen viri legunt ISAAC ben MIRAM. Curasse asthma aloeticis & mollientibus (*g*).

ISAAC BEN ERRAM, JOHANNIS LEONIS (*h*), Damascenus alius, qui Damasci natus Bagdadi vixerit (*i*), potest noster esse ISAACUS. LEO tamen solum citat l. de cura venenorum. Eundem certe esse ben AMRAM, & ISCHAK, & BAGDADI HERBELOT (*k*), qui ejus l. citat *Codjat ol mofredat*. Habet ejus locum de malo granato M. SYLVATICUS (*l*).

Deinde ISAAC JUDEUS SALOMONIS f., ISAAC ben SULLAIMEN (*m*); ISCHAK BEN SOLIMAN AL ISRAELI seculo X. vixit HERBELOTIO auctore, ab EBN BEITARIDE citatus; qui absurde dicitur filius adoptivus regis Arabiæ. Is opus scripsit *de universalibus & de particularibus dietis*, quod cum l. de victus salutaris ratione & alimentorum facultatibus a J. POSTHIO Basileæ excusum est 1570. 8. \* recusum Antwerp. 1607. 8. BOEHMER. Editionem quam parabat J. CLOOTS POSTHIUS perfecit. Totum opus est diæticum, ab cibis undiquaque sumtos, ad aromata, condimenta, potum varium, ita ut gradus primo loco numeret, inde vires alimentarias & medicas. Græcos fere scriptores citat, eosque vetustiores, & in Syria vixit.

Hoc

- (u) RHAZE *Cont.* L. I.
- (x) L. III.
- (y) L. V.
- (z) lb.
- (a) L. VII.
- (b) L. I.
- (c) L. VIII.
- (d) *Prolegom*
- (e) *Conf. B. Bot.* I. p. 173.
- (f) AZAHÈ BENAMRAM.
- (g) MESVE.
- (h) n. 26.
- (i) n. 27.
- (k) p. 111.
- (l) *Pandect.* p. CXXXVII.
- (m) SERAP. *simpl.* c. 50.

Hoc ipsum opus pariter CONSTANTINI nomine in Bibliothecis reperitur, ut in B. *Clarendoniana* n. 138, in *BODL. Catal. codd. MS. Angl.* n. 1252. 2444.

Sic porro ISAACI liber *urinarum* a CONSTANTINO *Africano* ex Arabico sermone conversus legitur (n), & *de febribus* (o), *de definitionibus*, *de elementis*, demum *de stomacho*, aut *stomachi potius morbis* (p), qui & ipse C. AFRICANO tribuitur.

L. *de febribus* in collectione Veneta prodiit 1526. & codex ejus Hebraicus est in B. *Taurinensi*.

LL. *de urinis* & *de febribus* codex est in MS. *Coll. f. Mar. Magd. Oxon.* n. 2316; quatuor autem *libellorum* latinus in B. R. Par. n. 6871. A. Hebraice exstat in B. *Vindobonensi* (q). Est & in B. *Wigorn.* l. c. in B. *Coll. Nov. Oxon.* &c. & liber ISAACI per CONSTANTINUM versus in *Vindobonensi* (r).

Hunc ISAACUM f. SULAIMI f. SALOMONIS FABRICIUS, ex WOLFIO, ut videtur, multo nuperiore facit, & seculi XIII, circa a. 1247. additque Murciae vixisse; Ita multo nuperior esset, quam RHAZEI ISAAC, aut HALY f. abbatis.

Opera omnia ISAACI prodierunt Lugduni apud J. TROTS 1515. vel 1516. fol TREW. quibus ægre careo.

Video nunc etiam nominari ejus l. *doctorum medicorum*, l. *de alimentis*, & *de inspectione urine* WOLF bibl. hebr.

#### §. CXXXI. PORRO SECVLI VIII.

Non oportet omittere SALEH F. NABAHL Indum, ex medicis HAAROUNIS ALRASCHID (f).

ISAH AL SIDALANI, qui Kal. ALMOHDI ævo non eruditus, celebris tamen pharmacopæus fuit (t).

#### §. CXXXII. ALII SCRIPTORES SECVLI IX.

SALMAWAH medicus Indus, Khalifæ MOTASSEM, eum principem a JOHANNE f. MESVES occisum esse exclamavit, qui præter rem aliam curandi rationem esset secu-

Xx 3

tus

(n) B. LAUD.

(o) Ib. & B. CAH GONV. n. 76.

(p) In B. CAH GONV. n. 976.

(q) LAMBEC. I. p. 182.

(r) L. VII. c. 25.

(f) ABULEARAI p. 159.

(t) Id. p. 154. 148.

tus, anno fere 840. (a). Idem est SALMUIA, SELMUEY & fil. SERMOI (b), & SAMUJA forte & ELCAYMUSUI (c) RHAZEI.

ABULCASEM ABDELRAHMAN ABI SADIK (d), Perfa, in *aphorismos* HIPPOCRATIS est commentatus, cujus codex in B. R. *Parif.* exstat (e).

STEPHANUS BASILII f., MUSA f. KALED, JAHIA *ben* ADI discipuli HONAINI & translatores.

SCHANAKI Indus non potest ferioris esse ævi, cujus librum *de venenis* EBN BARIK verterit (f).

ISAH BEN NAHALAH medicus, MESVÆ cœvus (g).

ZACHARIA al TIFURI, MOTASSEMI tempore medicus, osor pharmacopolarum (h).

SALEH EBN SCHABUR & CAUSSAGHI ABULFARAIO dictus, MAMUNI cœvus & BACTISHUÆ (i).

SABUR BBN SALEH, medicus nosodochii Jondifaburiensis, qui anno hegræ 255 (k) obiit, scripsit *de medicinis compositis*. Eum fere pharmacopocos sequi ABULFARAI. Eundem *de succedaneis* sive *Abdat Aladujat* scripsisse HERBELOT auctor est (l), qui ejus nomen legit EBN SAHAL; is autem a RHAZEO passim citatur. De vulva in suffocatione unguenda (m). Ad herniam (n). Unguentum de cerussa ad ani fissuras (o); loca de gibbo (p). Trochisci laxativi (q). Ad diarrhœam (r). Citatur etiam ejus lapidarium (s). Et *antidotarium magnum* SABURI, & ex eo syrupus (t). MESVEUS junior citat SABOR, quem regem medicorum vocat, & SABOR EBN GIRGES, quem GEORGIUM suspicere esse GEORGIUM BACTISCHUÆ f.

Exeunte

(a) ABULFAR. p. 168.

(b) RHAZE in *simplic.*

(c) L. X.

(d) CASIRI n. DCCCLXII.

(e) HERBELOT. p. 39.

(f) *Id.*

(g) *Id.* p. 500.

(h) p. 922. ABULFEDA p. 167.

(i) p. 734.

(k) ABULFARAI.

(l) p. 727.

(m) *Contin.* L. IX. c. 3.

(n) L. XI.

(o) *Id.*

(p) *Id.*

(q) L. VI.

(r) *Id.*

(s) L. XXV.

(t) *Cont.* L. XII.

Exeunte eodem seculo nono, IBN WASIAH, Nabathens, scripsit *de venenis* & *antidotis* librum I. ex JARGIUKA & SACHAB collectum (u).

ABU JUSEPH JACOB ISAACI f. (x) Basorensis, vulgo ALKINDUS, CHINDI, ELKINBI, astrologus, philosophus, Judæus, ALMAMONI coævus (y), RHAZEO sepe dictus & AVICENNÆ.

Ejus est I. *de rerum gradibus* Venet. 1527. fol. 1538. f. 1581. f. 1601. f. 1632. f. cum MESVE, tum Argentor. 1531. fol. \* & Lugduni 1548. 8. cum collectione formularum & dosium. Ars est præscribendarum formularum, ut medicamenta simplicia facultate simplici certi gradus prædita aptis ponderibus componentur, quo compositum medicamentum destinati obtineatur in calore &c. gradus, ut omnino arithmetica sit ad præxin medicam applicata. Sed oportet alia & magis medica fuisse ejus viri scripta. Epistolam *de podagra* citat RHAZEUS (z), locum de angina (a), de medicinis laxativis (b), de epilepsia (c), locum de febribus (d), de adtractione tumorum (e), de laxantibus lactucæ viribus (f).

De ALKINDI *Arabum philosophorum celeberrimo* exstat libellus J. GOTT. LAKEMACHER Helmstätt 1719. 4.

Si omnino verum habemus SERAPIONEM (g), hujus vel prioris ævi erit MOYSES f. IBRAHIM. Annon iste fuerit MUSACH, MUSEY, MUSEIA, MUŒA, MUSIACH, MUSICH, MUSIH (h), RHAZEI, ubi locos legas de spasmo, ut de morbis cognoscendis & curandis scripsisse videatur.

COSTHA EBN LUCA, Balbecensis Christianus (i), ALKINDO coævus, passim a RHAZEO citatur, idem forte qui COSTHUS, qui *Geoponica* Arabice reddidit. Ad annum 250. heg. HERBELOTIUS ponit (k). De *flegmate* scripsit & de *agritudinibus sanguinis* (l), qui idem fuerit I. & *de alteratione*, ubi citat I. *de atrabile* (m) & *de passionibus sanguinis* (n). Suum oleum ex euphorbio cum elaterio paratum ad antiquos artuum dolores utile habet.

De

(u) *B Bot.* p. 175.

(x) ABULFARAI p. 179. HERBELOT vocat JACOB BEN ISCHAH.

(y) HERBELOT p. 469.

(z) *Cont.* L. V. XII.

(a) L. III.

(b) L. VI. KINDI vocat.

(c) L. I.

(d) decrepitis vix febres contingere *Cont.* L. XVIII.(e) *Cont.* L. VI.(f) *Ib.*

(g) l. c. 13.

(h) de phrenitide, emplastrum ad diaphragma.

(i) ABULFARAI p. 179.

(k) p. 273.

(l) L. XVII.

(m) L. XVIII.

(n) L. VII, XVIII.

Ei tribuuntur loci *de vi laxationis* (o), *de morte subita* (p), *contra nimiam sanguinis missionem* (q), *de usu refrigerantium & papaveraceorum in morbis cerebri* (r). *De stupore* (s).

ACHMET EBN HARUN Syruporum in Ægypto coctor MESVES ævo.

THABEB EBN KORRA EBN MERWAN (t) Sabeus, HARUNI Khalifæ medicus. Ejus exstat *veterinaria* (u).

Ejus filius fuit SENAN EBN THABEB EBN KORRA medicus, qui seculo nono obiit in Ægypto (x), tum nepos THABEB EBN SENAN EBN KORRA, medicus nosocomii Bagdadensis, cujus in pulsu tangendo peritia celebratur (y).

Fuisse celebres medicos nomine MERWAN (z).

JOSEPH BEN SAHER *vigil* dictus (a), de febribus a RHAZEO citatur (b), idem puto SAHER, qui de iisdem febribus alibi citatur (c). Variolas habet (d).

ABUL ABAS ACHMED BEN MOHAMMED AL SARACKSI, qui obiit a. heg. 266. (e).

Duo fuerunt EBN BATRICK, uterque interpres librorum Græcorum (f).

Prior JAHIA al TARGEMAN, libertus ALMAMONIS (g), qui varia ARISTOTELIS, & GALENI librum *de theriaca* convertit. Vertit etiam L. SCHAÑAKI *de veneris* (h), ut hunc quidem antiquioris ævi esse necesse sit.

Alter SAID EBN BATRICK, Græco nomine EUTYCHIUS, medicus & patriarcha Alexandrinus, historiæ celebris auctor, auctor etiam libri *Ketab fil. thebb*, f. *de medicina* (i). RHAZEUS citat eum nomine HIM BATRIK (k) quem difficulter distinguo.

Filius

(o) Magnus locus *Contin.* L. VI.

(p) L. VI.

(q) lb.

(r) L. I.

(s) lb.

(t) ABULFARAI p. 168.

(u) B. R. P. n. 1038.

(x) ABULFARAI p. 192.

(y) Id. p. 214.

(z) WOLF.

(a) Id. p. 186.

(b) L. XVIII.

(c) Ibid. L. eodem.

(d) lb.

(e) HERBELOT p. 980.

(f) ABULFARAI p. 163.

(g) HERBELOT p. 194.

(h) Id. conf. p. 350.

(i) Id. p. 153. 94.

(k) L. XXV.

*Filius* demum est *patriarche*, cujus locum de cane rabido (*l*) & alia chirurgica citat (*m*), quem etiam JOHANNES SERAPIONIS f. sæpe nominat (*n*).

Num ad hos *Ebn Batrik* pertineat, non est firmiter dicere.

GABRIEL oculus medicus MAMUNI (*o*).

## S. CXXXII. SCRIPTORES ANTE RHAZEUM.

## GRÆCI.

In magno opere ELKAVI, f. *Continente* innumerabiles loci inferti leguntur scriptorum Græcorum & Arabum. De illis quidem diximus, iis nempe, quorum nomina adgnosci possint. Sæpe præterea RHAZEUS citat MIAMIR, & alios spurios GALENO adscriptos libros, l. *signorum* (*p*), l. *mabal* (*q*).

Deinde Græca quædam nomina in editis ita corrupta sunt, ut aut ægre scriptorem adgnoscas, aut adgnoscere nequeas (*r*). BADIGORIUM, BEDAGORAM (*s*), putes esse PYTHAGORAM, qui idem & ALEXANDRINUS dicitur (*t*); medica ei inscribuntur, quæ supposititii alicujus scriptoris esse putes; herbæ quæ hepatis profint (*u*). Ad epilepsiam medicamina (*x*). Bolus ad tussim sanguinis (*y*). De urina clara, quæ fit cruditatis (*z*).

SIMON vel SYMON Græcus homo videtur esse (*a*). Ejus multa loca huc faciunt, de lacte (*b*) intra ventriculum coacto, per mellis aquam resolvendo: de clysteribus in intestini ulceratione nunquam adhibendis, nisi aliquid insit aridi (*c*); de hydrope (*d*), de motu labiorum & faciei convulsivo (*e*); de paralyfi (*f*), de melancholia (*g*); de infessu emolliente pro muliere ex utero suffocata.

(l) L. XXI.

(m) *B. Chir.* I. p. 127.

(n) C. 85. 116. &c.

(o) ABULFARAI p. 167.

(p) L. XI.

(q) L. XVI.

(r) *de emblicis Cont.* L. V.

(s) *de artemisa* c. 1.

(t) *de urina* L. XX.

(u) *Cont.* L. VII.

(x) lb. L. I.

(y) BADIGOROSUS.

(z) L. XX.

(a) *Conf. B. Chir.* p. 112.

(b) L. VII.

(c) eod. L.

(d) eod. l.

(e) L. I.

(f) lb.

(g) lb.

Tom. I.

Yy



cata (h). De bulimo (i). Ad spasmodum emollientia extus data (k). De frenulo linguæ (l). Ad tenesum, ad ani prolapsum (m). Cucurbitulam ad locum ex ischiade dolentem jubet admovere (n). De febre phlegmatica (o). De venenis (p). Ut omnino de universis morbis cognoscendis & curandis scripserit videatur.

Videtur RHAZEUS ejus opus dicere *de abbreviationibus* (q). An sit S. SETHI.

THEODOSIUS (r) sæpe citatur, ejusque *summa* (s), cujus nulla alibi reperitur memoria, quantum quidem ejus mihi innotuit. Serioris ævi fuerit, cujus sit locus de lacte camelino (t), ut imperantibus arabibus scripserit videatur. Ejus medicamentum est ad colicam (u). Ad morbos hepatis (x). Locus de vomitu (y), de cordis palpitatione (z). De lactuca (a): de febre cum vehemente frigore (b), quam dicit phlegmaticam. Adstringentia adversus alvi fluxum (c) diuturnum. Clysteres violentos in volvulo commendat (d). Ulcus in vesica dixit (e). Ad diabëtem glandes infusas in aceto laudat (f), tum tamarindos in myrtino (g).

An fuerit GARIOPONTUS, cujus libro video nomen THEODOSII PRISCIANI inscribi (h). Loca non contuli.

ATHURISCUS (i). Adipem delphini adversus hydropem laudat (k), & medicamentum habet ad diarrhœam (l).

Idem

- (h) L. IX. c. 3.
- (i) L. I.
- (k) Ib.
- (l) L. III.
- (m) L. XI.
- (n) L. XII.
- (o) L. XVIII.
- (p) L. XXI.
- (q) L. XVIII. in cap. de febre phlegmatica.
- (r) DIOTHEODOSIUS L. XXI.
- (s) L. XI.
- (t) *Cont. f. VII.*
- (u) Ib. L. VIII.
- (x) L. VII.
- (y) L. V.
- (z) L. VI.
- (a) L. I.
- (b) L. XVIII.
- (c) L. VI.
- (d) L. VIII.
- (e) L. X.
- (f) Ib.
- (g) Ib.
- (h) B. R. P. n. 6953.
- (i) *Contin. L. VIII.*
- (k) Ib. L. VII.
- (l) L. VI.

Idem, ut puto ATURSIUS, qui de urina a (m) potu egit, & ATAHUSIUS, HATOROSTOS, ACCURSIUS, ATOROSPHOS; sed si idem fuerit ACHOROSCHOS, Arabs erit aut Græcus nuperior, cum de variolis scripserit (n).

Sæpe citatur ARCHON, ut de vertigine (o). An idem ARCHIS aut ARCHIDES (p) SERAPIONIS.

Omnino ignoro, quis sit BAGAYLUS de pleuritide (q), & BULBUS (r).

ARISTRASUS forte ERASISTRATUS (f) fuerit, cujus etiam *summam* citat (e).

CALAYS de rebus naturalibus (u), & CALUS BEN THALUS, qui forte & TALLAS & fil. THALUS, & THALNIS, clinica habet & chirurgica (x).

TARMIDIUS (y) in debili stomacho myrobalanis utebatur (z).

AGARISIUS (a).

JUNADUCUS (b), JUNADICUS (c), YUBADUCUS (d), JUVADUCUS de morbis ventriculi.

CUBACU de capillamentis (e).

NICOLAUS PHILOSOPHUS, qui ARISTOTELIS (f) historiam animalium in compendium redegit, & de feminis scripserit, quæ ex vento concipiunt, de coitu &c. (g).

LIBANIUS in 1. *lapidario* (h).

ELMISIUS, qui lac camelarum ad hydropem laudabat (i).

BERAGERUS de laxatione (k).

BUTADUCUS de angina (l).

Yy 2

LECTUS

- (m) L. III.
- (n) L. XVIII.
- (o) L. I.
- (p) in *Antidotario*.
- (q) L. III.
- (r) L. XXV.
- (f) L. V.
- (t) L. VI.
- (u) L. V. VIII. XI.
- (x) ad herniam L. XXV.
- (y) L. V.
- (z) eod. L.
- (a) L. XI.
- (b) L. V. III.
- (c) Ejus empl. ad pleuritidem.
- (d) de defectu vocis *Cont.* L. III.
- (e) L. XXV.
- (f) L. IX.
- (g) L. XI.
- (h) L. XXV.
- (i) L. VII.
- (k) L. VI.
- (l) L. III.

- LECTUS (*m*).  
 DURACUHIOSIOS, qui lac femininum hepatis prodesse scripsit (*n*).  
 ERISTIDES (*o*). CISADRA (*o\**).  
 CATAHAUSTUS, qui Hippocratem citat (*p*).  
 GALERICON (*q*).  
 HORUS (*r*).  
 HEDAS (*s*).  
 ICENIDUS (*t*).  
 YAGMISUS de angina (*u*).  
 SILARIUS (*x*), SILIGERUS (*y*).  
 INFUSUS discipulus in l. *de memoriali* (*z*).  
 ARABASUS (*b*). An ORIBASIVS.  
 FORBITUS (*c*), qui feminæ male digerenti alimentum leve suavit, & corporis exercitationem.  
 HARMADICUS (*d*).  
 Alios sub corruptis nominibus facile agnoscas.  
 ALEXANDER FRODISI, f. *Aphrodiseus* (*e*).  
 FILOGORIUS, FILOGORUS qui PHILAGRIUS sæpe dictus, & PHALGARIUS, qui in l. *de medicinis laxativis*, se curasse ait epilepsiam sola alvi ductione (*f*).  
 ANTILES, ANTILISIUS, ANCILISIUS, qui ANTYLLUS (*g*).  
 DEMOCRITUS (*b*).

ARCAGE-

- (*m*) L. I.  
 (*n*) L. VII.  
 (*o*) *Cont.* L. I.  
 (*o\**) L. VI. c. 1.  
 (*p*) L. III.  
 (*q*) L. I. c. 3.  
 (*r*) L. I. c. 2.  
 (*s*) L. III. c. 2.  
 (*t*) L. VI. c. 1.  
 (*u*) C. III.  
 (*x*) L. I. c. 5.  
 (*y*) L. III. c. 11.  
 (*z*) L. X.  
 (*b*) L. IV.  
 (*c*) lb.  
 (*d*) L. V. c. I.  
 (*e*) *Cont.* L. I.  
 (*f*) L. I. conf. p. 281. & L. VI.  
 (*g*) p. 279.  
 (*h*) L. XX.

ARCAGENIUS, ARTHAGALIS, ARCAGENIS, ARCANIDISIUS, & ARTIGERUS, ARTAGEIUS (*i*), qui ARCHIGENES, de morbis chronicis sæpe dictus (*k*). An & ACRAKISA.

ASUSISTARA forte ERASISTRATUS de coitu (*l*).

MALESI & MELESUS, qui MELETIUS, & idem forte MILADIUS in l. *Aphorismorum* (*m*).

AURIASIUS (*n*), AURIFIASIUS, ALBASYRI, AURAMASUS, URBIASIUS, qui ORIBASIUS, forte & AUXUASIUS de flatibus (*o*).

PELADIUS (*p*), BALADIUS (*q*), qui PALLADIUS.

ATYATAI fuerit AETIUS. Aliqua ex eo diætetica (*r*).

KRYTIN evidenter est CRITO (*f*).

ARATIUS forte ARETÆUS (*t*).

DYURIDES erit DIOSCORIDES (*u*).

APOLONISIUS, APOLLONIUS (*x*).

MAGIUS, MAHUYS de urina, puto MAGNUS (*y*).

ARISTOTELIS l. *de questionibus medicinae* fuerint ejus problemata.

Difficilior fuerit TYMÆUS sæpe dictus (*z*) ad spasum utrumque, & ejus L. I. de vitiis mammæ (*a*). alius locus de purgandi in febre aptis temporibus (*b*). Fuerit forte integrior GALENI in TIMÆUM *commentarius*, cujus primum (*c*), secundum (*d*), quartum (*e*) caput noster citat: GALENI certe placita ex TIMÆO repetit, ut ex atra bile quartanam fieri (*f*). In paralyfi non carnem sentire sed cutem (*g*).

Yy 3

SAKIS

(j) L. VI.

(k) L. XVI.

(l) L. XI.

(m) L. IX.

(n) L. III. &c.

(o) L. V.

(p) De febre L. XVII.

(q) L. X de vesicæ ulcetibus.

(r) L. XXV.

(s) lb.

(t) de urina L. XX.

(u) L. V.

(x) L. III.

(y) L. XX.

(z) L. I.

(a) lb.

(b) L. XVI.

(c) L. XXV.

(d) lb.

(e) de spafmo L. I. Quartum librum de febre quartana L. XVIII.

(f) L. XVIII.

(g) L. I.

SAKIS RUFII in l. *de hydrope*, quem noster refutat, fuerit liber *de atra bile* (h) RUFII.

L. ARTEMISIUS de vocis aptatione (i) fuerit ex illis non raris pseudonymis Græcorum.

GREGORIUS de hepatis vitiis (k), forte GEORGIUS BACTISCHUA.

§. CXXXIII. ARABES.

ABDUS vel ABDUX (l) in l. *memoriali* frequenter citatur, Græcus vel Arabs.

Sic ABUGERIG monachus (m), & ABUGIERIGIUS monachus (n), & EBUGEREH (o), EBUGERACH (p), BUGERIG, EBUGERIT, EBMERAG, EBMI-RAG (q), EDIGERUS (r), ABUNRAH (s), ABUINRAIG (t). Ejus citantur loci de spasmo faciei (u). De morbis ventriculi (x), de vomitu (y). De malis hepatis (z). Trifolium scripsit alvum siccare (a); laudat epithimum (b) adversus melancholiam; auriculam muris ad spasnum (c). Gummi ventrem restringere (d). Solanum ad apostemata utile esse (e).

Nonne idem f. GUIRIHI & GIZERIS AVICENNÆ.

ABU DAUD de relevanda uvula (f).

ACHMET AL THABIB, contra quem RHAZEUS GALENUM defendit.

BEN

(h) *Cont. L. VII.*

(i) *L. III.*

(k) *L. VII.*

(l) *L. I. L. XVIII. de variolis &c.*

(m) *L. V. VIII.*

(n) *L. VI.*

(o) *L. I. de puerorum morbo.*

(p) *L. I. c. 1.*

(q) *v. B. Bot. I. p. 177.*

(r) *Cont. L. I. de polypodii proprietate ad melancholiam.*

(s) *L. XXI.*

(t) *de morfu canis rabidi L. XXI.*

(u) *L. I.*

(x) *L. IV.*

(y) *L. V.*

(z) *L. VII.*

(a) *L. V.*

(b) *L. I.*

(c) *Ib.*

(d) *L. VIII.*

(e) *L. VII.*

(f) *L. III.*

BEN EBN CHALID PERSI de vomitu (g).

Sed etiam PERSUS, & FERREZI, & ALFERREZI, ob medicamenta fere citatur, tum L. de summa (h). De elephantiasi morbo, qui purgantibus medicamentis fanetur, non unguentis (i).

ABU GHIAFAR de artuum per vincula injecta augenda mole (k).

ABUSAR indicus (l).

AHUAD de hæmorrhoidibus (m).

ALBURGA (n).

ALI f. RABIR (o).

ALRAHEB, ex quo RHAZEUM multa habere ALPAGUS.

ASRABTL (sic) medicus Salomonis filii ABDIMELECH. Ejus medicamenta ad colicam (p).

ACABRI L. I.

ALY BIN RON (q).

ALY ABDALAG in diæticis (r).

EBN ABI UCHARI (f) de urina.

ALFALAM de melancholia (t).

ARSARES de corticibus in urina (u).

ASASCARA de signis generati masculi (x).

ASNASIANDAR (y).

BAMACHITUS (z).

BARES vir fagax (a).

BIBAR

- (g) L. V.
- (h) L. XI.
- (i) Farfus *Cont.* L. XII.
- (k) L. VI.
- (l) L. XVII.
- (m) L. XI.
- (n) L. IX.
- (o) L. XVIII.
- (p) L. VIII.
- (q) L. IX.
- (r) L. XXV.
- (f) L. XX.
- (t) L. I.
- (u) L. XX.
- (x) L. IX. XII.
- (y) L. XI. de stranguria.
- (z) L. VI.
- (a) L. I.

BIBAR de proprietatibus auri (b).  
 BENESET I. de cultu (c).  
 BODEX de tortura (spasmo faciei) (d).  
 BOSIDAIAR (e).  
 BUHISEL de digestionis vitio (f).  
 BUBILIH in *synonymis* SYLVATICI (g).  
 CALAMAN, CAHLAMAN, ALCAHLEMEN, ACHALAHEMEN, ELCALAHMAN RHAZEI, ALCAHLAMET AVICENNÆ. Multa ad materiam medicam pertinentia scripsit. Costum abortum facere docuit (h).

CHUZI (i) plerumque plurali numero citat (k) MESVES, & cum eo nomine, tum ELCHUZ & ELCHUZI RHAZEUS (l), CHOZI SERAPION. Ea vox Æthiopem denotat. Ad materiam fere medicam ejus scripta pertinuerunt. Mercurium sublimatum dixit, ejusque vim corrodentem (m). Ad morbos etiam citatur, ut ad morbos ventriculi (n), de vomitu (o), de morbis mulierum (p), de pleuritide (q), arthritide (r).

Sectam AL CHUZI citat AVICENNA (s).

Locus est, ubi MARSERGER ELCHUZ (t) dicitur, ut fere cum CHUZI MARSERJAWAIHUM putes conjungi posse (u).

CALAPH (x), cujus clysteres & aphrodisiaca recensentur (y). Videtur autem alius junior CALAF Judæus Ilerdenis fuisse, cujus *antidotarium* sit, CHAMPERIO auctore: & tertius CALAF est ipse ABULCASEM.

CHAMUL

- [b] L. VIII.  
 [c] L. I.  
 [d] lb.  
 [e] L. XI.  
 [f] L. IV.  
 [g] L. XV.  
 [h] *Contin.* L. IX.  
 [i] lb.  
 [k] ABULFARAI p. 154.  
 [l] L. III. de bile, ad sanguinis spatum L. XVIII.  
 [m] RHAZE *Contin.* L. XII. c. 1.  
 [n] lb. L. V.  
 [o] lb.  
 [p] L. IX.  
 [q] & L. III.  
 [r] L. XII.  
 [s] *de syrupo acetoso.*  
 [t] RHAZE *Cont.* L. I.  
 [u] p. 336.  
 [x] L. XI.  
 [y] lb.

CHAMUL BIZAGISUH de singultu (a); nisi iterum est BACTISCHUAH.  
CHIMANSUS (b).

CHRYSALMUYA (c) nisi est SALMAWAY.

BEN ELGELBEY, qui flavum icterum subito nasci scripsit, nigrum non item:  
an IDEM FIL. HELGIBEN AVICENNÆ (d).

Alibi legitur BINELHALLAG (e) de asthma, & HALLAG de morbis ven-  
triculi (f), forte & ELAGES de apostemate calido hepatis (g).

ALBAMT al HAGELEGI SERAPIONIS auron IDEM (h).

BIN HABRIN qui de distinctione proprietatum febrium logica bene scrip-  
ferit (i).

ELIGESI, qui pyrethrum valde laudat (k).

ELDANSAR (l), ELMISIAM (m).

HINCHALIOS adversus frigoris (n) per iter incommoda, ex AARONE com-  
pilatus (o).

Liber FAYK passim citatus de diarrhoea (p), de asthma (q), de dysen-  
teria (r). De eo diximus (f).

GERAIK, qui contra GALENUM de aloes usu scripsit (t).

GIAHETH, qui contra medicinam scripsit (u).

HESE, HAHSE, forte idem qui JESU ISAI, & HAIESE RHAZE dictus &  
SERAPIONIDÆ.

HUBOSI (x).

HABUIL-

- (a) L. V. c. 1.
- (b) L. VI. c. 1.
- (c) L. XXIV.
- (d) L. VII.
- (e) L. III.
- (f) L. V.
- (g) L. VII.
- (h) *Antidot. ad hydr.*
- (i) RHAZE L. XVI.
- (k) L. I.
- (l) L. VI.
- (m) L. VII. c. 4.
- (n) L. XXV.
- (o) L. XI.
- (p) L. VI.
- (q) L. III.
- (r) L. VIII.
- (f) p. 334.
- (t) ap. CASIRIUM.
- (u) lb.
- (x) RHAZE L. I. c. 9.

Tom. I.

Z z



HABUILLER CHAMELLIN de viribus restituendis (y). An idem BUHILLICHI.

Filius HONTER (z).

L. *Indorum* (a).

JESUEI de fontanella in capite cauterio excitanda (b).

JOBACHI (c): an JOBES.

JOB PINZOLICUS (d) de urina. An Græcus.

JOBI longus de urina locus (e).

JOSEIH, scholaris, de labiis fissis, de crispatura capillorum (f).

MAHOMET BIN ELYCHEM de experimentis ALCHINDI (g).

MAHOMET filius CAID in *experimentis* medicamenta habet (h). Idem forte MAHOMET filius ABULCAID (i).

MARTARIS, qui in hydrophobia venam secare, clysterem dare jubet (k).

MAHRARIS, qui Cassiam ligneam abortum dixit facere (l). MEHARERIS SERAPIONIDÆ.

MANGEHAI f. *adjuvans* (m). Scriptor an liber?

L. *adtributus* ORMOS (hermeti) (n).

MULIASUS discipulus, forte Græcus (o).

MUSIMEY (p).

SASSAHAM.

SABUYA, SAMUYA ad nimios menses glandes dat (r).

Antido-

[y] L. XVIII.

[z] Simpl. c. 266.

[a] L. V. VI.

[b] L. I.

[c] L. IV.

[d] L. XX.

[e] Ib.

[f] L. XXV.

[g] L. VII.

[h] L. VI.

[i] p.

[k] L. XXI.

[l] L. IX.

[m] L. XVII. de aqua hordei.

[n] L. VIII.

[o] L. IX. c. 6.

[p] L. XXI.

[r] L. IX.

Antidotarium BIN SAHFI (*f*).

SOLEIMON, ESLIMON (*t*), EXLION (*u*), ASCILIMON (*x*), ASLUM, OSLIMEN (*y*), ASLAMAN (*z*). Balneum ad partum juvandum (*a*).

SARAK (*b*) Indus (*c*) SCARAK, SARACH (*d*) SCARK (*e*), SCHARC (*f*), SCHAR (*g*), CARK (*i*), SADAHSAR (*k*), SADHSAR (*k*\*) SINDISKAR (*l*), SEDISCAR (*m*), SIDASCAR (*n*), SINDAKSAR (*o*), XARCHA INDUS (*p*), CHARCHA forte SCINEYFARI (*q*). Idem omnino homo videtur his nominibus dici & forte idem est *Schanaki*. Hujus scriptoris loci superfluit. De tortura (spasmo), cujus mali pericula non ultra sex dies putat durare, cum ipse morbus (*r*) ad duos menses superesse possit. De cordis debilitate (*f*).

Fuit etiam ATTARHINDI (*t*) pharmacopola, & liber ATTRAI (*u*). Idem WALI SERHINDI.

SESIRID de clystere (*x*).

SISEID in signis mortis (*y*).

TABRI, ZABRI (*z*), diætetices & materiæ medicæ scriptor. Videtur librum *Indorum citasse*. Ejus medicamenta vana (*a*), & laxantia (*b*); empla-

Zz 2

strum

(f) L. IV.

(t) Theriaca L. I.

(u) L. I.

(x) in *congregatione de paralyfi* L. I.

(y) L. IX.

(z) medicamenta ad partum promovendum.

(a) L. X.

(b) de balneo. L. V. de singultu & vitiiis ventriculi, de lingua L. III.

(c) L. VI.

(d) L. XVIII.

(e) L. I. & l. de foda ex vermibus nata.

(f) lb.

(g) epithemata frigida ad fodam (cephaleam) L. I.

(i) de spasmo lb.

(k) L. X.

(k\*) L. IX. c. x.

(l) de paralyfi L. I.

(m) de vomitu L. VI.

(n) L. I.

(o) L. V.

(p) SERAPIONI.

(q) L. XVII.

(r) L. I.

(f) L. VI.

(t) B. BODL. n. 3235. l. de simplicibus medicinis.

(u) L. IX.

(x) lb.

(y) L. XVI.

(z) L. VII. ad hydropem L. XXV.

(a) L. I. III.

(b) L. VI.

strum ex fulgine ad hemicraniam (c); impinguantia (d); de tumore (e); de ventriculo (f), podagra (g); arthritide (h); de febribus (i); variolis (k). De solani ad hepatis mala utilitate, & de abortu (l). Ventosa imponenda in malo muliebri (m). Idem STEPHANUM citat (n). Lac adversus fluxum ventris diuturnum laudat (o).

TORTOR superstitioni medicamenti ad podagram laudator (p).

TRUSIAH.

Chirurgos recensui in *B. Chir.* (q), eos inter principem MISUSAH *de morbis mulierum*, qui carnem ex vulva prolapsam dixit (r), & de cicatricibus removendis scripsit (s). Liber ejus etiam fuit *de complemento* (t), *de abbreviationibus* (u), *conservationis medicinae* l. (x). Liber *gradationum* (y), *antidotarium antiquum magnum* (z). L. *collyriorum* (a). Sed potissimum frequenter citatur liber *experimentorum nosocomii* (*bimaraftin*) (b). Liber *liberationis* (c); l. *aggregationis* (d), *de variolis; medicina ad exteriora*.

### §. CXXXV. RHAZEUS.

ABUBEKER MOHAMMED BEN ZACHARIA a patria Raja vulgo dictus RAZEUS, a patre ZEZAR, & corrupto nomine HAMECH, Arabum medicorum non dubie princeps. Homo versatilis ad alias atque alias (e) artes ingenii, musicus, philoso-

- [c] L. I.
- [d] L. VI.
- [e] L. I.
- [f] L. IV.
- [g] L. XII.
- [h] lb.
- [i] L. XVII.
- [k] L. XVIII.
- [l] L. IX.
- [m] lb.
- [n] L. VII.
- [o] L. VI.
- [p] RHAZE *de affect. junctur.*
- [q] l. p. 125. 126.
- [r] L. IX. c. 3.
- [s] L. XVIII.
- [t] L. I.
- [u] lb.
- [x] L. V.
- [y] L. I.
- [z] L. XI.
- [a] L. II.
- [b] L. I. III.
- [c] podagra L. XII.
- [d] lb.
- [e] ABULFARAI p. 192.

philosophus, chemicus, medicus, indefessi vir laboris, in nosocomiis (f) cum morbis curandis consuevit, *Rajæ & Bagdadi*. Obiit anno hegiræ 320. secundum HERBELOTIUM & a. demum P. C. N. 1010. secundum J. LEONEM (g). Sed ejus viri notitiæ mihi parum accuratæ videntur, neque enim ALMANZOR ille, ad quem RHAZEUS librum dedit, Hispaniæ princeps fuit, qui Chorasaniæ imperitaverit.

Innumera ejus scripta fuerunt, quæ longo ordine ex EBN GIOLGOL Hispano CASIRIUS recenset (h).

L. de medicina mystica s. talismanica.

L. in quo difficultates contra GALENUM proponuntur.

L. de visione.

L. apologeticus contra NASIRUM, qui medicinam impugnaverat.

L. de chemie possibilitate s. probabilitate.

L. complectens GALENI scripta, quorum neque HONAIN meminuit, neque ipse in suo catalogo GALENUS.

L. quod nimius thermarum usus corporibus noceat.

L. quid in fructibus & cibis sit preferendum, quid postponendum.

Tractatus apologeticus adversus ACHMET BEN ALTHABIB, qui GALENI de aloes usu sententiam impugnaverat.

L. in GERAIRUM medicum, qui mortuum post melopeponem comedi non posse asseruit.

L. de medicamentis quæ facile ubique inveniri possunt.

L. inscriptus medicina regia Atybal Muluchi est in l. de anecdotis,

Epitome libri GALENI de pulsibus.

Epitome II. GALENI de medendi methodo.

Comm. in GAL. de ratione medendi dicit CASIRI n. DCCXCVII.

Comment. in GALENUM de causis & symptomatibus.

Comment. in II. de locis adfectis.

Nota in GALEN. de compositione medicamentorum secundum locos.

Comm in HIPPOCR. aphorismos ad mentem GALENI.

Apologia in GIAHETH pro medicina ejusque usu.

L. de paralyfi, s. potius de hemiplegia.

L. de oris distortionem.

Zz 3

L. de

(f) Hac sunt observationes *bimaristen* in Nosodochio factæ. IDEM nomen etiam nunc Nosodochio Cairino datur NIEBUHR *Reise* p. 118.

(g) C. 1.

(h) p. 300.

- L. de podagra & arthritide.  
 L. de articulorum doloribus.  
 L. de oculo & ejus descriptione.  
 L. de aurium descriptione.  
 L. de auris meatu & descriptione.  
 L. de cordis figura.  
 L. de cucumere sylvestri, qui aspinus dicitur.  
 L. de medicamentis compositis, an antidotarius major.  
 L. de tumoribus qui nonnullis accidere solent in capite.  
 L. quod medicus non solum prudens esse debeat, sed desiderii egrorum indulgere.  
 L. de leonibus & eorum morbis.  
 Tractatus in quo l. de regimine refellitur.  
 De sanguine draconis l.  
 L. de expellenda noxa quam solent inferre alimenta.  
 L. aphorismorum director inscriptus. An ii sint aphorismi quos dicemus a  
 1544. excusi?  
 L. de colico dolore.  
 L. de larynge ejusque remediis.  
 L. quod qui febre laborant, prius quam convalescant, vomitione sint purgandi.  
 L. de medicamentis naturalibus.  
 L. de fructuum comedendorum methodo & ordine (\*).  
 L. de medicorum opinionibus erroneis.  
 L. de variis observationibus in medicina exercenda.  
 L. de singularis cujusdam medicamenti confectione ejusque descriptione.  
 L. de gravitate auditus.  
 L. quod membrum a corpore semel recisum, iterum copulari & restitui non  
 possit.  
 L. de causa sitis, quam piscium esus excitat.  
 L. de siti & de caloris excessu.  
 L. de modo aquam nivemque preparandi.  
 L. de nive ejusque commodis & utilitatibus, adversus imperitos, qui nivis po-  
 tionem sitim facere existimant.  
 Diss. cur oculorum acies solis obtutu perstringatur, in tenebris vero dilatetur.

L. de

(\*) CASIRI n. 866. 877.

- L. de cibis ad agrorum usum præparandis & administrandis.
- L. cur nonnulli in morbo medicinam timeant.
- L. de morbis dubiis & ambiguis.
- L. quod medicus prudens & peritus non omnia morborum genera sanare possit.
- L. de morbis lethalibus.
- L. de medicina ejusque partium descriptione.
- L. de medicina in tabulas ad instar compendii distributa.
- L. cur sciolorum medicorum & muliercularum numerus major sit in urbe quam peritorum.
- L. de officio & experimento medici.
- L. de astrologiæ usu in morborum judicio & curatione.
- Librum *Eḳ thiarat*, in B. Regia Paris. conservatum dicit HERBELÔT (a); cujus libri Persica exstet epitome *Halkom Alalamiab*.
- Liber de usu pomorum ante vel post cibum citatur a CASIRI (b). Tum l. de alimentis, eorumque correctione (c).
- De vini potu ejusque speciebus (d).
- De seminibus, aromatibus, potionibus, trochiscis (e).
- L. de phlebotomia in B. R. P. n. 7046.
- L. de febribus ex RHAZEÏ excerptus (f).

Princeps ejus viri opus est ELCHAVI, f. *Continens*, cujus tomos XII, libros LXX. dicit fuisse CASIRIUS, alibi lego XXXVI esse ll., nam in mea quidem editione libri non plures sunt XXVII. Editiones hujus maximi operis barbaro typo prodierunt, versione pessima, neque satis genuinum RHAZEÏ sunt opus. Princeps equidem tela operis respondet utique judicio HALY Abbassidæ, & ea vitia habet, quæ ab isto paulo RAZEÏ juniore medico critice dicta sunt. Verum in hac ipsa immensa collectione, adeo male editos libros cum codicibus consentire CASIRIUS monuit, ut alium eorum collectaneorum auctorem esse suspicetur. Ego vero, qui hujus immensæ farraginis tædium devoravi, reperi manifestas interpolationes. In l. enim de dolore colico & volvulo, ABUBECKER, ipse nempe RHAZEÏ, frequenter citatur (g), ipse demum integro cum nomine MAHOMET

BIN

(a) p. 717.

(b) n. 865. 877.

(c) n. 866. 877.

(d) lb.

(e) n. 882.

(f) lb.

(g) *Cont.* L. VIII. L. IX.

BIN ZACHARIA RAZIS (b), quod nomen alibi cum non reperias, & cum RAZEUS suas opiniones præposita semper voce *Dico* proponat, hunc certe librum putes a posteriori aliquo Arabe adfutis aliis fragmentis auctum fuisse. Dudum H. CONRING auctorem *Continentis* alium fecit ab auctore librorum ad ALMANZOREM, in eo nimius. Dictio cæterum totius operis barbara, nomina vitata, morbi ipsi fere Arabice tantum dicti, repetitionum plurimum, ordo in quoque capite nullus.

Omissis physiologicis scopus fuit auctori, ex GALENO ad sua tempora colligere omnia, quæ sibi viderentur utiliter ad morborum curationem dicta esse, a Græcis potissimum, deinde ab Arabibus.

Liceat, quæ propria noster interspersit, ex amplissimo volumine decerpere, cum præterea eos scriptores vix quisquam legat, & ne FREINDIUS quidem legerit.

L. I. editionis 1500. de morbis cerebri & nervorum agit. Scotomiam amicus RHAZEI acoro curavit. Sollicitudo melancholicis valde noxia est, experientia teste. Homo tortuosus (spasmo cynico adfectus) in latere altero paralyticus fuit, in altero distortus. Spasmus, qui deglutitionem intercipit. Utile est sudorem in uncto oleo ciere, & lavare. Morbum 20, 30, 40. diebus superfuisset, junioribus non nocuisse, alias apoplexiam eum excepisset. Apoplecticum certo perire, cui in ore spuma fuerit. In epilepsia alvum noster ducit mitibus modo, alias vehementibus medicamentis. Feminam se vidisse, cujus maxillæ se feriebant & repellebant cum sonitu, neque vinculo injecto hoc vitium superari potuisse. Vidisse se aquæ metum absque febre, neque quemquam vitalem evasisse, pulsum myurum fuisse, etiam nullum. Morbus eorum, qui per sepulchra oberrant, & noctu, ut lupi, ululant. Cephaleam (Sodam) aloë data se curasse, etiam pedibus diu noctuque de fricatis, etiam cibo totum per diem sumto.

L. II. morbi oculorum, in chirurgicis dicti.

L. III. vitia narium, aurium, vocis, ad anginam, &c.

L. IV. morbi pectoris. Ulcus pulmonis sanatum solo victu ex pane & lacte per integrum annum continuato. Lac non convenire ulceri pulmonis, quod siccantia requirat: fuisse tamen lactis caprilli & asinini usu curatos aliquos, qui foetidam saniem rejecerant. Lenticulis cum aceto datis, cum in pleuritide sputa oporteret procedere, æger enectus. Se etiam pleuriticum spasmo inopinato abreptum vidisse. Sputi excretio ægros non in tutum collocat. Ab aqua nivata sæpe pleuritidem fieri. Casus varii pleuriticorum. Putredinem pectoris (empyema) & carbunculum, se vidisse per purulentas urinas sanari.

L. V. morbi ventriculi. Debilem stomachum sæpe se frigidæ potu reconciliaffe, etiam nivatæ, & succis frigidis admixtis. Ulcus in gulam vidit, cum dolore & febre tandem ruptum: felici eventu: styptica medicamina adhibita dolorem faciebant. Caro de fistula abrupta per vomitum reddita. Mala ventriculi

aqua

(b) L. XXV.

aqua nivali levata. Ex frigore laborantem generoso vino curavit. Dolor ventriculi non sedatus, nisi vomitu acidi liquaminis, super terram ebullientis. Abscessus ventriculi per vomitum ruptus, ex quo malo æger convaluit. Quæ femina famem sentiebat, sed a cibo dolebat, ea convaluit lumbrico duodecim cubitorum longitudine per vomitum reddito. In revolutione stomachi noster pilulas dat opiatas.

L. VI. de medicamentis purgantibus. De venæ sectione & alia varia evacuatione in dysenteria. Helleborum carpit, qui hominem humoribus repletum suffocet, purum tamen in convulsiones conjiciat. Et tamen pilulas de elleboro ipse composuit. Post quamcunque nimiam evacuationem febrem sequi. Homo pedes colocynthide ungebat, ei alvus mota est. Sennam inter purgantia recenset. Lapidem Armenum non lotum vomitum ciere, & debere lavari ut purget. A diarrhœa biduana pulsus formicans, deinde nullus, & mors ipsa. Vitis alba velocissime vomitum movet, post eam sumtam butyrum sumere oportet, ne guttur urat. Panem porcinum nihilo debilius vomitum ciere, quam veratrum.

L. VII. morbi cordis, etiam ulcus. Mala hepatis, lienis, hydrops. Cordis palpitationem levare migratione in regionem valde frigidam. Ad hepatis morbos stypticis opus esse. Ulcus hepatis singultum fere sequi, (quod idem vidi), qui ni cesset ad animi deliquium ducat. Icterus levatum se vidisse fluxu sanguineo. Icterus alias ex scirrho hepatis fieri, alias ex ulcere, tunc febrem adesse; has duas causas diversas curationes poscere. Hydropem fieri etiam ex rupto meatu, quando lapis est in renibus. Tithymalum cum aceto vel citri succo optimum in hydropem catharticum esse. A frigida post sudorem pota ex templo hydropem supervenire. Laureola se hydropem superasse. Ex liene, ut putat, se vidisse singulo mense sanguinem cum euphoria evomi.

L. VIII. vitia intestinorum. Ulcus recti intestini prunis sanatum vidit. Arsenicum in clystere non probat, nisi particulæ carneæ cum liquamine decesserint. Adversus tenesimum opium cum cerussâ injicit. Exemplum funesti hydropis, cum per intestina perforata fæces in abdominis cavum elapsæ fuissent. Petrificationem cum magnis doloribus se in ulcere intestinorum vidisse. Sanasse se regem, cui sanguis & materies lapidea decedebat, usum esse acri clystere & pilulis de bdellio. Dysenteriam cum multo humore requirere siccantia medicamenta & opiatas. Paralysis ex colica. Funesta colica ex numerosis ovis devoratis. Colica ex vino nimium lymphato & refrigeratione.

L. IX. porro mala intestinorum & uteri. In ulcere intestini cum magno dolore clysteres papaveracei conferunt. Diacicutas in potu convenit ad uteri suffocationem, novum exemplum cicutæ intus sumtæ. A lochiis parce fluentibus uteri inflammatio, & apostema; balnea adhibita & humectantia. Quæ gravidæ febricitant, eas fere abortum pati. Impositam ventri rutam sylvestrem fetum continuo expellere. Retentio mensium.



L. X. renum & vesicæ mala. Fistulam renis nunquam sanari; sanguinem, qui cum lotio prodit, a renibus esse, non a vesica. Apostemata hepatis & pectoris levare mictu purulento. In ulceribus renum & vesicæ aquam rusci prodesse. In doloribus viarum urinarum glutinantia medicamenta, etiam opium requiri.

L. XI. diabetes, alia vitia viarum lotii. Ad diabetem victus in crypta humida & frigida commendatur, & decubitus in foliis salignis aqua irroratis. Testium mala, & ani. Cutis dorsi a decubitu siderata. Cum in nosocomio RHAZEUS herniam videret, quæ sæcum alvi iter non moraretur, existimavit omentum esse elapsum. Ipsi in teste apostema fuisse, quod vomitu levaretur, & denique evanuerit. Vitia pudendorum: virginitatis amissæ. Cardamomum se vidisse præter opinionem suam menstrua ciere. Aphrodisiaca. Sanguinem hæmorrhoidum non sisti, nisi squama ferri, & infessu in aquam stypticam, in qua arsenicum coquatur. Gibbus.

L. XII. articulorum dolores. Ischiadem evacuantibus debere curari, non calefacientibus: subito sublatus dolor alvo vigesies mota. Sæpe incisa vena poplitidis dolorem *anchæ* subito sublatum esse. Venam ischiadicam etiam utilius incidi. Dolor ab *ancha* ad pedem ad modum virgæ extensus, vena incisa sanatus; sic podagra vena in manu repetito secta. Eadem styptico unguento aucta. Octogesies repetita alvi evacuatione podagram levatam noster vidit: sic arthritidem urina uberiori & cruenta. Dorsi dolorem se inunctione curasse, quam oleo fecerit. Vena medinensis: in nosodochio cutem incidebant.

L. XVI. prognostica & signa, fere ex Græcis. Si pulsus defecerit, videndum, num calor super sit, & libera respiratio. In principio morbi posse mala signa adparere, & ægrotum tamen sanari. Ita se vidisse urinam ad octavum diem nigram, & mala symptomata, & tamen morbum in meliorem speciem se convertisse. Febres variæ. In febre cum syncope frigidam dat cum syrupo acetoso (oxymelle). Febrem, quæ cum rigore invaderet, se expertum, quæ tamen ephemera fuerit.

L. XVII. porro febres. A solo pulsu ephemeram non adgnosci. Significationes egestionum alvi. In principio febris non debere venam incidi, cum possit ephemera esse. Febris tertiana, aliæ. Magnæ febres ex ulceribus externis ipsiusque tibiæ. In hæctica medicos sapientes dari, qui lacte abstineant: cancos dat noster & pisces.

L. XVIII. febris quotidiana, quartana; monet noster, se pro continua quartanam habuisse, quæ absque frigore invaserit. Vomentem in frigore puerum, potu calidæ levatum fuisse cum sudaret. In eodem libro memorabilia noster collegit, quæ in medicina facienda adnotasset. Febris a renum ulcere, adstringentibus & sanguine draconis sanata. Post acutum capitis dolorem apostema ad aurem. Morbus acutus capitis in perniciem versus, cum noster plebis clamores veritus, neque venam fecare sustineret, neque alvum movere. A morbo renum  
urina

urina suppressa; successit pedum debilitas; inunctionibus & injectionibus sublata. In virgine variolosa periculum leni & repetita purgatione aversum. Epilepsia vomitu & purgatione levata, & in alio ægroto per annum suspensa. Hydrops uteri emissis viginti aquæ rotolis sublatus. Ischiadicum magnatem plethoricum sinapismo ad ischium admoto, & acribus clysteribus, RHAZEUS sanavit. Iterum alia. Variolæ potissimum & morbilli. Curandum ne nares claudantur, id fieri hausto aceti vapote. Pereunt quibus variolæ introrsum recedunt. Variolæ duplicatæ, ut intra majores parvæ sint pustulæ (has ipse sum expertus). Multos variolosos sanguine manante servatos fuisse. Periculum in variolis esse in ratione difficilis respirationis, sapienter monetur. Sphacelus tibiæ in morbis funestus. Pulsus, cura convalescentium.

L. XIX. de crisiibus. GALENUM tamen pro criseos signis habuisse, quæ morbi signa fuerint. Crisim per gangrænam salutarem dari. Pleraque ex GALENO.

L. XX. de urinis, fere ex Græcis. Significatio squamarum de vesica decedentium. Urina semini similis egesta post usum aquæ casei. In principio morbi urinæ crassæ & valde tinctæ, & tamen morbus diuturnus. Vidit etiam quibus, cum morbus remitteret, urina ex crassa pallida facta est, eventu perinde fausto. Urina potest absque magno malo aliquamdiu nigra esse; perpetuo nigra semper funesta est. Cum per urinam squamulæ decederent, sumtis cantharidibus limpida facta est, bonis cum ægri rebus.

L. XXI. venena. Medicamentum dicit adversus scorpionum morsus, quod fidum sit expertus, ex allio, nucibus.

L. XXV. de diætâ & rebus sex non naturalibus. De morbis hereditariis & contagiosis. Præcepta aliqua practica. Signa ex quibus bonum medicum agnoscas. Artem præparandi medicamenta ad aromatarios pertinere.

L. de decoratione & malis cutaneis. Impetigo ab amico sanata illito citri succo. In morphea nigra profuisse salem ammoniacum cum oleo illitum.

Reliqua dicta sunt in botanicis & chirurgicis.

Duas editiones comparavi. In mea anni 1500. sunt libri XXV. eamque curavit BONETUS LOCATELLUS presbyter. Altera in B. Gott. anni 1509. forma paulo minori prodiit, curante PAULO SURIANO, qui prius dictus sit HIERONYMUS SURIANUS. Hic libri numerantur XXXVII: res ipsa eadem est, neque plures libri hac editione continentur: ordo autem valde diversus est, ut modo mea anni 1500. editio plenior videatur, modo nuperior altera. In ea sunt duo simplicium medicamentorum catalogi, alter capitum 765, qui plenior meo est, cui capita sunt 827, & ordine alio: alter editioni 1509. proprius est quo mea caret, simplicium medicamentorum 116, cui male titulus inscribitur *antidotarius*. Paginæ in T. II. duo habent initia, ut possit pro duobus Tomis haberi.

Prodiit hic *Continens* Brixie 1486. fol. ex interpretatione FERAGI & correctione J. BUGATI, TREW. BUR, & emendatione per HIERONYMUM SURIANUM

NUM monachum 1500. & 1506. f.\* 1509. f. B. G. 1511. f. FABR. 1542. f. quæ forte editiones eadem fuerint; nam in mea, prima pagina annum 1542, ultima annum dicit 1506. Absque loco & anno GUNZ.

Codex Arabicus integer exstat in B. *Scorialensi* n. DCCCXVI, tum alius in quo liber X. deest, n. DCCCXVII.

Latinae versionis codex est in B. R. P. n. 6912.

Arabici sermonis L. X. de venenis in *Scorialensi* CASIRI n. DCCCX.

L. XIII. de medicamentis simplicibus ib. n. DCCCVIII.

L. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. ib. n. DCCCXIII.

L. VI. VII. VIII. ib. n. DCCCVI.

L. XXIV. n. DCCCXI.

Tres libri latine versi in B. R. PARIS. n. 6913.

L. XXVIII. de præparatione medicamentorum simplicium, scriptus a J. B. de RAVIZONO, est in B. *Taurinensi*.

In eadem *Bibliotheca* L. XII. priores & XIII. posteriores, hi a FERRAGO conversi.

Quæ sequuntur opera primum prodierunt Mediolani 1481. fol. B. RAST. \*. Ea collectione continentur L. X. ad ALMANZOREM. L. *divisionum*. L. *de juncturis*. L. *de ægritudinibus puerorum*. L. *de secretis s. aphorismorum*. *Experimenta* GALENI in I. HIPPOCRATE. *que in capsula eburnea &c.* Aphorismi J. DAMASCENI. HIPPOCRATE. *de natura humana, de aere aquis locis: & pharvacitis*. RAZIS *de sectionibus cauteriis & ventosis*. EJ. *synonyma*. In aliis edit. collectioni titulus est ABUBETRI RHAZE MAHOMETHI *opera exquisitiora, per GERARDUM Toletanum medicum Cremonensem* (Carmonensem) ANDREAM VESALIUM & ALBANUM TORINUM latinitate donati Basil. 1544. fol. \* excusa, multo nitidiori sermone & ordine meliori.

Continentur in ea collectione Basileensi *Introductio ad artem medicam*, ad GAL. placita, humores & facultates accommodata. Deinde libri X ad MANSOREM filium ISAACI, CORASSANI principem, quos ipsos libros vulgo ALMANZOREM dicunt. Eorum L. II. agit de temperamentis & eorum signis, tum in toto corpore, tum in singulis partibus, ex GALENO fere exque HIPPOCRATE, ORIBASIO, PAULO (a) descriptus, sermone cæterum continuo & dilucido. Plethora duplex (b).

L. IV. agit de valetudine conservanda ex GALENO, PAULO: de regimine potissimum & moderamine sex rerum non naturalium, de consuetudine, venæ sectione, purgatione, evacuatione varia, balneo, frictione. Porro de cura singularum corporis partium. De morbis epidemicis, quibus acidam medicatio-nem obponit, de infantum, parturientium, senum cura &c.

L. V.

(a) AETIUM etiam addit FREIND.

(b) C. 19.

L. V. ad morem veterum traduntur morbi cutanei a capite ad calcem, & de venereis agitur. Ubique parum signorum, multa vero seges medicamentorum. Lepram copiosissima purgatione superavit.

L. VI. peculiariter pertinet ad peregrinantium valetudinem conservandam: agitur de cavenda siti, frigore, fame, debilitate, oculorum a nive præstrictione, aquis & aliqua de vulneribus & infortuniis. Ex GALENO.

In L. VII. qui chirurgicus est, aliqua tamen ad medicinam faciunt, ut capita de venæ sectione, cucurbitulis, vena Medinensi, hic plene, & de impostoribus, quorum quidem exempla ex chirurgis repetit.

L. VIII. est de venenis, tam de iis, quæ punctu & morfu nocent, quam de iis, quæ per os adsumuntur, quæ inter varia sunt vulgo neglecta, ut sudor bestiarum, fel viperæ, semen urticæ (innocuum). Oplum & plantas venenatas excitato vomitu recte expugnat. Mercurium vivum non nocere, experimento in simia facto didicit: sublimate gravissimam esse noxam monet, denique de medicamentis purgantibus agit. Hydrophobiæ etiam propriæ aliquæ adnotationes. Ex PAULO sumtum esse FREIND, hic nimius.

L. IX. morbos internos tradit a capite ad calcem præter febres; unice fere ex Græcis. Hic classicus fuit labor, in quem vulgo prælectum sit, & numerosi scripti commentarii. Vix tamen quidquam habet proprii. Calidam curationem in pleuritide recte improbat.

L. X. de febribus, fere ex GALENO. Diarias secundum suas causas numerosas recenset. Phthisicum negat sibi quemquam convaluisse. In causo refrigerantia & subacida medicamenta aut alimenta abunde adhibet, quo alvum lubricam reddat. In synocho camphoram dat. In febribus pestilentibus, ex corrupto aere natis, iterum acida laudat & refrigerantia. Crises, earum signa & prognoses. Multa ex Græcis.

Libri ad ALMANZOREM cum nonnullis aliis, prodierunt etiam Venet. 1497. fol. GUNZ. TR. & eadem opp. parva RHAZEI Lion 1510. vel 1511. 8. TREW. Hebraice vertit R. SCHOM TOR. f. ISAACI Hispanus WOLF.

Arabicus codex exstat in B. Bodleyana n. 3768, in B. Vaticana.

Codex MS. est apud fr. minores CESENÆ MONTFAUC. I. p. 433. & apud RANCHINUM ib. II. p. 1283. tum latine in B. R. P. n. 6893. 6901. 6902. 6903. 6904. 6905. 6906. 6907. A, ex versione GERARDI Carmonensis.

Sic in B. D. Norfolkjensis n. 3013. in Cathedrali Monasteriensi, in F. Bernardi libris n. 3642. in Wigorniensis B. n. 904. Cat. M. Angl. In Mertonensi n. 655. 6940. In Medicea iste Arabicus ut puto.

L. III. IV. V. VI. VIII. in B. Scorialensi & alii mutili libri CASIRI n. 815. 855. Arabice.

- Libri V. posteriores in B. R. P. n. 7046. latine.  
 L. II. de febribus B. *Eschor*. DCCCXIV. arabice.  
 Lib. de cognoscendis morbis & signis exterioribus.  
 L. II. & tertius doctrinæ medicinæ recenſetur in ſcriptoribus MS. Hispanis C. de V.  
 Libri IX. codex B. CAI. GONV. n. 961. puto, latinus.  
 Solus prodiit in collectione Venet. 1507. 8. Parif. 1534. 8.  
 In eum Commentarii numeroſi exſtant.  
 GHILABAT de SCIOLA Mompeliensis commentarius in L. IX. ex interpretatione LEONIS JOSEPHI Carcaſſonenſis eſt in B. TURIN. I. p. 17. Ex eo regulæ excerptæ ab ABRAHAMO AVOGADOR Monſpeliſii verſæ p. 20.  
 MATTHÆI de GRADI Papiæ 1471. 8. 1597. f. Venet. 1560. f. GUNZ.  
 GERARDI de SOLO Venet. 1505. f. TREW.  
 PETRI de TUSSIGNANO Venet. 1497. fol. GUNZ. 1518. fol. TR.  
 SILLANI de NIGRIS in eundem Venet. 1518. fol. TR.  
 In B. *Taurinenſi* ejus comm. MS. in L. IX. & in L. I. reperitur.  
 JOH. de TORNAMIRA *clarificatio ſuper IX.* ALMANSORIS Venet. 1507. fol. Lion 1501. 4. 1521. f.  
 J. ARCULANI *commentum* Venet. 1490. f. 1497. f. 1557. fol. 1560. f., ut lego. Codex MS. eſt in B. *Taurinenſi*.  
 CHRISTOPHORI de BARZIZIS Papiæ 1494.  
 GALEACII de S. SOPHIA Hagenau 1533. f.  
 J. B. MONTANI Venet. 1554. 8. Baſil. 1562. 8.  
 ANDRÆ VESALII Baſil. 1537. 8. \* Lion 1551. 12. Witteberg 1586. 8. GUNZ. 1592. 8, TR.  
 LEONARDI JACCHINI Baſil. 1564. 8. GUNZ. Lion 1577. 8. 1622. 4.  
 SALOMONIS ALBERTI in eundem commentarius MS. exſtat BOERNER.  
 Commentarius MS. Hebraice a LEONE JOSEPH verſus apud *Patres Oratorii Parisinos* MONTE. II. p. 1405.  
 Codex *de experimentis ſecundum ALMANZOREM* in B. *Taurin.* II.  
 Porro Baſileæ cum ALMANZORINIS II. prodiit.  
 L. *de peſtilentia* quem ſingulatim dicemus.  
 L. *diviſionum*, vertente G. CARMONENSI. Iterum morbi ſunt a capite ad calcem ſua cum curatione; compendium fere librorum ad ALMANZOREM. Fuſe de verme in aurem illapſo.

Prodiit cum II. ad ALMANZOREM Venet. 1497. fol. TREW. Lion 1510.  
8. RICHT.

Codex est in B. R. P. n. 7046. latinus.

In eadem collectione est l. *de antidotis*. Citat in ejus præfamine libros ad ALMANZOREM Corassaniæ Dominum, & l. *Arybab Muluchi* ad HALY regem *Tabrifan* & l. *pilorum*. Medicamenta sunt composita ad omnes corporis humani morbos.

Codices l. *de antid.* sunt latini in B. R. P. n. 6906. 6993. 7046. in B. *Mertonensi* n. 694.

Hebraicum citat HOTTINGER.

Iterum inter opera exquisitiora RHAZEI est *de affectionibus juncturarum*, plenum opus, magisque auctori proprium, neque perinde ex Græcis compilatum. In rheumatismo calido ubertim venam secabat, ita ut deorsum & versus pedes potius malum conaretur detrahere, venis pedis incisis. Post hanc minutionem, membrum stypticis jubet confirmare. In ischiade non supervenire *lapideitatem*. Hic suum *Continens* citat.

Prodiit Venet. 1497. fol. Lion 1510. 8.

Codex est in B. R. P. n. 7046.

Denuo L. *de morbis infantum*, qui prodiit Venet. 1497. fol. Lion 1510. 8. Codex est in B. R. P. n. 7046. Non est is labor, ejusdem tituli, quem FREINDIUS legit, & nominat *Continens* L. XXVIII. In eo enim spina ventosa describitur, cujus noster nullam hic fecit mentionem, brevis in universon; hydrocephalum tamen se vidisse ait.

IDEM *libris VI. aphorismorum*, s. *secretorum medicinalium* citat l. *divisionum*. In L. I. habet prognostica futuræ epidemiæ, deinde prognostica in morbis.

L. II. est de experimentis & confidentiis, s. Formularum congeries, in quibus RHAZEUS multum videtur fiduciæ posuisse.

L. III. de iis quæ ipsi RHAZEO acciderint. Hic libellus etiam potissimum legi meretur. Somnum amissum se recuperasse usu multo lactucæ, & oleo nymphetæ per nares adtracto, oculorum vero aciem inde fractam esse. Regem AL HOMET HALI fil. ex amisso sanguine deliquium patientem, vino aromatico cum pullis columborum cocto se sanasse; simili ratione syncopen passum regem ERRIFIDENUM se servasse, cui ob apostema prope cerebrum tres sanguinis libras ipse detraxerat: ea evacuatione se lethargum a rege avertisse. Apoplectico regi HAMMECH filio HALI cucurbitula ad collum admota sanitatem restituit. A solis æstu febrientes frigido balneo curavit, febresque pestiferas dato rob fructuum laxativorum. Febrem, cum hæmorrhagia nulla superveniret, decem libris aquæ frigidæ mitigavit. Hierosolymis se fuisse. Multum in curioso libello repetitivum, non vero meminit hominis, qui pro mortuo habitus, bacillorum ictibus

ictibus vitæ a RHAZEO restitutus fuerit, de quo JOHANNES LEO scripsit. Scorsim prodiit hic liber Venet. 1497. fol. Bonon 4. absque anno.

L. IV. de cibo & facultatibus carniū diverforū animalium & olerum.

L. V. aliqua prognostica fere funesta, ex HIPPOCRATE.

L. VI. regulæ quædam prudentiæ medicæ.

Codex arcanorum est in B. *Escur.* CASIRI n. 968. 877.

EJ. porro *Antidotarius minor.* Codex *Antidotarii* est in B. *Taurinensi* II. p. 128.

*De præservatione ab ægritudine lapidis.* Acetum squilliticum inter prima laudat. Prodiit Venet. 1497. f.

*De facultatibus partium animalium.* Superstitiosa & vana plurima. Pariter edita sunt Venet. 1497. fol.

Nunc dicere oportet de l. *de pestilentia* sæpius recuso.

Versus a GEORGIO VALLA prodiit Paris. 1528. 4. 1529. 8. \*. Basileæ 1544. fol. \*.

Repetito versus a NIC. MACCHELIO Venet. 1556. vel 1555. 12. maj. BOEHM. CL. ASKEW habet editionem Patavinam 1555. 8. nisi error subest. Iterum & ad exemplum a BOERHAAVIO communicatum MEADIUS, per SALOMONEM NEGRI Damascenum, perque JOHANNEM GAGNIER, ex arabico textu converti curavit, versiones priores comparavit THOMAS HUNT, & in unam versionem conjunxit, quam MEADIUS Londini 1747. 8. maj. \* edidit, sæpe recusam. Denique arabice & latine edidit J. CHANNING Londin 1766. 8. \* iterum ad exemplar Arabicum Leidense, ob meliorem codicem rectius, adjectis aliis RHAZEI de variolis locis, tum aliis nonnullis aliorum Arabum eo pertinentibus fragmentis. Codice usus est a prioribus valde diverso, & passim fusiori, quam ille ad quem Græca editio facta est. Hanc CHANNINGII editionem recudi feci Laufann. 1772. 8. \*, & nonnulla inter imprimendum emendavi.

Græce editus est Paris. 1548. fol. \*. cum JACOBI GOUPYLI castigationibus, quæ splendida est editio.

Codex Græcus e Syriaco conversus est in B. R. *Paris.* n. 2201. & alius 2200, alius n. 2202. Alii in *Medicea Plut.* LXXIV. BANDINI III. p. 97. Alius Arabicus in B. *Leydensi.*

Non longum opus RHAZEO plurimo decori fuit. Non quod curandi variolas ratio ei propria sit & nova, nam reperio MOHAMMED prophetam, & AARONEM *pandectarium* (\*), & GEORGIUM f. BACTISCHUA, & MASERJAWAH, fere eadem quæ noster dedisse consilia. Antiquissimus tamen est superstitum

stitum de variolis scriptorum, & quod majus est, omnino ex optimis. Ipsius RHAZEI est, cum sium ad ALMANZOREM opus citet (\*).

Theoria fere quæ SYDENHAMI. Fervere quodammodo sanguinem, tamen ut noster pueris potissimum eum fervorem accidere putet, quando in juvenes perficiuntur. Tunc enim idem ipsorum sanguini contingere, quod musto, cujus fervor eum finem habet, ut in vinum perficiatur. Ex debilliori vero hominis temperie accidere posse, ut variolæ non prædeant; omnino uti per frigora debile multum non quantum satis est fervet, ut possit in vinum perfici. Esse ubi variolæ eundem mortalem bis vel ter inficiant. Ante nuperos ipsa natura, in fervidiori quidem regione, nostrum docuit, primis diebus morbum tamquam inflammatorium, inde tamquam putridum curare, inque viribus nunc sustinendis, atque avertenda putredine occupari. Primo die raro adparere variolas, quarto ubi lentissime, si quinto vero die non eruperint, stimulo egerè. Dari distinctas & confluentes, has periculosiores: dari etiam parvas, duras, verrucosas & lividas. Dolores in artubus nascitura eo loco ulcera portendere. Esse etiam, ubi sphacelus tibiæ variolis supervenerit; esse ubi sanguis per omnes corporis poros exsudaverit; per nares quidem sanguinem utiliter fluere. Ad diem usque quartum RHAZEUS sanguinis impetum minuit, venam fecat, pueris cucurbitularum ope sanguinem detrahit; sanguinem ad animi usque deliquium emit, ejus si ubertas adfuerit. Alvum mollit, acidum victum imperat, & acida medicamenta, non sine camphora. Aquam nive refrigeratam indulget. Esse ubi eruptionem avertere valuerit, ut vel nullæ, vel paucissimæ variolæ prorumperent. Frigus ipsum non admittit, & refrigerantem curationem monet subiade nocere, atque anxietatem facere; eo in casu sudorem oportere movere, calida dare medicamenta, cutem fovere calida: neque post septimum diem alvum ducere. In angina, quam valde metuit, venam audacter incidit, acida gargarismata præscribit; reliqua consilia omitto, ad decorationem etiam potissimum facientia. Morbillos minorem dolorem sub eruptionis tempora cedere, nauseam facere majorem: etiam in morbillis frigidam bene propinari.

IBN DAUD virum sibi notum citavit RHAZEUS (†), an idem fuerit ABU ALI EBN DAVID EL MISRI, qui compendium operum RAZEI *de medicina* scripsit, cujus codex est in B. *Medicea* apud FABRICIUM. Alium etiam ABU DAUD dixi p. 358.

RASIS l. *de simplicibus* cum ejusdem argumenti SERAPIONIDE opere ediderunt Argentor. 1531, fol. LAMBERGEN.

(\*) C. 14.

(†) L. X.



Medicinæ Arabum, ut imperii, florentissima tempora fuerint quæ seculi noni. Neque tunc eorum merita ejusmodi erant, ut cum Græcis compares. Video quid CASIRIUS pro suis Arabibus proferat, malas nos habere editiones, ex quibus non possit rite de his viris pronuntiari. Verum, ut male sint versa eorum opera, tamen dissimulari nequit, universam eorum theoriam a Græcis unice fuisse sumtam, & potissimum quidem a GALENO; neque enim puto Methodicorum, aut SORANI, aut ASCLEPIADIS usquam ab Arabibus factam esse mentionem. Sed neque latinos legerunt. Video a non nemine dici CELSUM ab ISAACO citari; verum ea sunt *mora Celsi arboris*, (Mori) (a).

In ipsa praxi in universum sequebantur eandem GALENI theoriam, ut tamen manifesto ad empiricam eorum medicina declinaret, plurimaque admilcerent vel superstitiosa, vel vana. Medicamenta equidem aliqua nova invenerunt, partim a chemia suppeditata, partim a regionibus, quas colebant, orienti proximis & a vicina India. In universum etiam pharmaceutica perpolverunt, & gratiora atque mitiora auxilia asperis illis HIPPOCRATICIS substituerunt. Morbos etiam aliquos veteribus non dictos descripserunt, eos inter variolas & morbillos. Denique passim tamen eventus aliquos rariores adnotaverunt. Verum fundamenta artis, integram & plenam morborum historiam, fere neglexerunt, cum tamen nosodochia haberent egregie instructa, & ad morborum progressus & eventus observandos aptissima: neque eorum ullus adspiravit ad ejusmodi studium, quale in Epidemicis HIPPOCRATIS prævisset.

GARIBEI BEN SAID Cordubensis circa annum hegiræ 353. vixit. Codex ejus *de infantum & puerperarum regimine & morbis* est in B. SCORIALENSI n. DCCCXXVIII.

ISA BEN JUSUF, medicus pharmacopola, ævo Califæ CATERBILLAH (b).

JOSEPH fil. ISAAC judæus a. c. 940. scripsit *de urine inspectione* (c).

ALI HASSAN ALI BEN ISSA GIAVALLAH, Bagdadensis, tempore Califæ MOKTADIBILLAH, exeunte seculo nono & ineunte decimo, scripsit *takwin al abdan fi tadbir al ensan* s. *de curandis morbis & remediis parabilibus*. Codex est in B. R. P. n. 1020.

ACHMET BEN IBRAHIM IBN GIARRAR AL THABIB AL AFRIKI obiit a. 400. heg. scripsit *Etehad fil adujat al mofredat* s. *de medicamentis simplicibus*, & *Etehad fil adujat al morakkebat*, s. *de medicamentis compositis* (d).

ACHMET BEN MOHAMMED AL SARAKSI scripsit circa annum Hegiræ 387. *Ke-tab Alhabick*, s. *de confectionibus* (e).

ABUL-

(a) *diut.* L. II. p. 389.

(b) HERBELOT p. 317.

(c) WOLF.

(d) HERBELOT. p. 397.

(e) ID. p. 912.

ABUGIAFAR ACHMED BEN MOHAMMED AL THABIB, circa a. 360. scripsit de pleuritide & phrenitide (f), de colica (g), de alimentis (h).

ABUSAHAL AL MASSIHI, auctor centiloqui *Miat*, AVICENNÆ præceptor, hujus fuerit ævi. Ita HERBELOT (i), sed videtur error subesse. Nam alio loco (k) idem scriptor citat ABU SAHAL ISSA BEN IAHA AL MASSIHI, de quo HALY ABBAS judicaverit, quem adeo oportet antiquiorum esse.

ABU ABDALLAH, Nabolensis, AVICENNÆ præceptor.

TAMIMI vel TEMINI AL MODESSI in Ægypto circa annum 370. vixit, celebris medicus (l). Ejus est *Morschad a la giahbar al agdiah, de cibis salutaribus & noxiis, & de simplicibus medicamentis* (m).

ABUL RIHAN MOHAMMED BEN ACHMED, a patria AL BIRUNI dictus, Persa (n), quarto etiam hegiræ seculo vixit, AVICENNÆ fere coævus. Ejus insigne opus fuit gemmarum historia, cæterum pro mago habitus est, idem Astrologus (o).

AL RAHEB monachus, qui AVICENNÆ dictus sit, ABU MUSEH KULME, & MUTA GUAHIL ISRAELITA filius ALHORITH fil. HUBEGRE, perinde hic dici debent, quorum medicamenta idem citat AVICENNA.

AL CHANZI, quem AVICENNA citat & MESVE (p).

HELAL EBN ABRAHAM EBN ZAHRUNI f. *Aaronis* (q), Sapius, medicus nobilis Bagdadensis, vixit circa a. 330 heg.

MANSUR EBN MORASCHER ABULPHATAH, Ægyptius, sub finem hujus seculi vixit (r).

ISA BEN JOSEPH EBN OL ATTAR, medicus Cahirensis.

EMRAM f. ISAAC, Hispanus Toletanus, qui periit a. 387. heg.

NADHI fil. NASS, medicus, qui Græca multa Arabice reddidit, in ipso artis exercitio parum felix (s), coævus ALI F. ABBAS.

ESA HARAGKI, medicum Cordubensem, RAZI proximum J. LEO citat, qui librum composuerit AVICENNÆ Canonis similem. Putem velle ALSAHARAVIUM ABULCASEM, quem FREINDIUS nuperiore facit.

Bbb 2

ABIM-

(f) HERBELOT p. 970.

(g) Id. p. 971.

(h) p. 974.

(i) p. 39.

(k) p. 161.

(l) p. 219.

(m) HERBELOT.

(n) CASIRI p. 322.

(o) HERBELOT p. 31.

(p) in *Antidotario*.

(q) HERBELOT p. 446.

(r) ABULPHARAI p. 223. HERBELOT p. 554. circa a. 365. hegiræ.

(s) ABULFARAI p. 215.

ABIMEHER MOYSES filius SEIAR præceptor HALY ABBASSIDÆ (\*). ABU MAHER HALY (†) præceptor ABBASSIDÆ, annon idem.

§. CXXXVII. HALY f. ABBAS.

HALY filius ABBAS al MAGIOUSCHI f. MAGUS, etsi nomina Mahommedana non valde Gebro conveniunt, medicus principis Buidæ ADAD HEDDULÆ, scripsit *Almaleki* suum circa a. 370. (u). Lego alium titulum, *Kamel al sannat al thabiat* (x). Is est liber totius medicine necessarius Venet. 1492. fol. *Liber totius medicine necessaria continens* Lion 1523. 4. \*. B. TISS.

Codex MS. Leidæ exstat, tum perantiquus alius Paris n. 6909, alius fuit inter libros RANCHINI MONTE. Libri aliqui Arabice exstant in B. R. Par. n. 1012, 1013, 1014, 1015, 1016, 1061. Libri VII. & VIII. codex est in B. R. P. In *Escorialensi* n. DCCCXIV. Ibidem decem libri n. 811, alia pars n. 833, alia n. 888. Totus l. *Almaleci* in B. BODLEY. n. 414.

Libri sunt decem theoreticæ, decem practicæ, ordo satis bonus, dictio mala STEPHANI, qui ex Arabico convertit, ut plurimas voces neglexerit interpretari. Res ipsæ collectaneæ. Systema plenum est curationis morborum, materiæ medicæ, Pathologicæ, Clinicæ, Chirurgicæ. Morborum historia, ut Arabis, brevis, longissima series medicamentorum. Omnibus Arabibus FREINDIUS prætulit, mihi nihil singulare neque proprium habere visus est. Multa ex RAZEO habet.

Libri X. de communibus medico scitu necessariis locis, qui cum titulo CONSTANTINI Africani Basileæ 1539. fol. BB. prodierunt, sunt ipsorum decem librorum Theoriæ HALY ABBASSIDÆ compendium, meliori dictione & ordine concinnatum. CONSTANTINO etiam adscribitur a P. DIACONO in *Chronico Cassinensi*, qui & ipse libros XII. numerat. Idem opus videtur, per ea, quæ ab aliis Cl. viris disco, cum nomine PANTECHNI ISAACI f. de complemento medicina proficere, neque enim ad manus est. Librum ISAACI de complemento RHAZEUS sæpe citat. Non putat FREINDIUS ISAACI esse, fatetur tamen multa apud HALY reperiri, quæ perinde exstant in locis ISAACI a RHAZEO citatis. Cum libro destituatur, amplio.

Codices MS. cum nomine CONSTANTINI passim exstant. In B. CAROLI THEYER MS. Brit. n. 6603, in *cathedrali Metensi*, MONTE. II. p. 1380.

§. CXXXVIII.

(\*) HERBELOT p. 735.  
 (†) HERBELOT p. 27.  
 (u) ABULFARAI p. 214.  
 (x) HERBELOT p. 541.

## §, CXXXVIII. SCRIPTORES INCERTI ævi.

Conjiciam huc numerosos scriptores incerti ævi a JOHANNE SERAPIONIS fil. f. juniore, sive factio citatos.

ABENGNEFITH, EBNGNEFITH. Ejus habemus l. *de virtutibus medicinarum & ciborum* a GERARDO Carmonensi *versum*, editum Argent. 1531. f. \*. 1533. f. \*; & passim cum MESVEO Venet. 1527. fol. 1535. fol. 1602. fol. \*. Exigui momenti libellus est, de signis virium medicatarum a variis dotibus, etiam a sapore, fumendis, de qualitibus secundis, tertiis.

ABIMBAT. ALDRAZUH.

ABDALLA NARECH Hispanus.

ABIX vel HABIX, an HOBASCH (a).

ALMACEMIN.

ALMASAHER.

ABUHANIFAH (b).

ABU MANSUR AL HASEN BENNUH cujus sunt libri II. *de morbis internis, unus de externis, alius de febris.*

ADAMASCA (c).

AMRAM f. BIAUMET (d).

ABRAHAM f. SALOMONIS Israclitæ (e), aliud forte nomen ISAACI BEN MELRAM SALOMONIS f.

ABEN JULIEL (f).

ALMASA HERODI (g), nisi est MASARGUIH RAZEL.

ALTABARI (h), forte TABRI RAZEL.

ACHMET EBN DAVID HUMAR (i).

AZARARUS & AZARARI. Nonne ALZAHARAVIUS, quem sæpe AZARAKA vocant.

HABON HASEU (k).

BARK fil. EBI, cujus librum medicum GEORGIUS BYZANTINUS græce reddidit (l).

Bbb 3

BARCE-

(a) C. 16. 35. 46.

(b) C. 39. &c.

(c) C. 44.

(d) C. 6.

(e) C. 61.

(f) C. 67.

(g) C. 177.

(h) C. 44.

(i) C. 118.

(k) C. 185.

(l) ALLATIUS de *Clar.* GEORGIIS.

- BARZVATUS sapiens (*m*), an BARZUIAH p. 333.  
 ARTRAM (*n*).  
 CHIUTELBENI (*o*). Idem CHIALFATABANI.  
 CONSIDEMUS. GABRIEL F. MESARGEH.  
 HALI parvus (*p*) hunc puto esse HALY f. Abbas.  
 HACHIM EBN AMORIM. HAHEMET. HEBUCHADISE.  
 JACOB f. MURTUK (*q*).  
 JACISSVHA Rex medicorum (*r*).  
 ISRAIL (*f*), ISMAHELITA.  
 KACEBRAS (*t*). KERMED.  
 LILHATINATUS. LINACOR. LULAM.  
 MAIMON. MESVACH, MESCHACH ABEN MESVACH.  
 MEHERERIT (*u*), OHASION, REHEUBATUS.  
 SALAMIA.  
 SULAHIN EBN HAHASEN (*x*), qui SALOMON EBN HASEN (*y*).  
 XIRAXES (forte SINDISCAR) medicorum rex (*z*).  
 YHAIE (*a*), JOHANNES aliquis.  
 Addam aliquos mihi ignotæ ætatis, traductores veterum.  
 THABETH qui GALENUM *de opt. secta* vertit. An TABETH f. CORRA p. 352.  
 NICOLAI compendium ARISTOTELIS *historiæ animalium* (*a\**). Vertit ALI BEN  
 ZARAA, cujus versionis exemplum est apud CASIRIUM.  
 Quos hic recenseo, eorum mentionem apud AVICENNAM reperi.  
 ALFOB.  
 ASAINERI (*b*).

FAVELI-

- (*m*) *de Antidot.*  
 (*n*) C. 218.  
 (*o*) C. 197.  
 (*p*) p. 111.  
 (*q*) troch. de arsenico.  
 (*r*) E.J. pilulæ p. 86. b.  
 (*f*) *Antid.* p. 111.  
 (*t*) *Simplic.* c. 313.  
 (*u*) C. 205.  
 (*x*) lb.  
 (*y*) C. 250.  
 (*z*) p. 96.  
 (*a*) C. 59.  
 (*a\**) p. 355.  
 (*b*) Canon. L. V. i. 4.

FAVELIGENIS (c).

FILODESISIS nomen ex Græco corruptum (d).

FULIKESMES (e).

KABOTZES.

KYUM.

MUTAGNACHIL (f).

SANIBOS (g).

TARENTIUS. Ali TARENTINUS Geoponicus. Corrupta omnia.

## §. CXXXIX. AVICENNA.

ABU ALI AL HOSSAIN EBN ABDALLAH EBN SINA cognomine AL SCHEIK & AL REIS, vulgo occidentalibus AVICENNA, barbaris temporibus etiam HUISCENI, AVIZIANUS.

Inter Arabes medicos eloquentia & ingenio ita caput extulit, ut princeps ei locus ab omni posteritate datus, ipsiusque canon classicum opus fuerit, in quod innumerabiles scriptores prælegerunt, ipse nuperrimus ROLFINKIUS, & numerosissimi pariter commentati sunt. Bokharæ natus, matre ex oppido Affena, philosophiæ qualis eo erat ævo, & medicinæ summo animi ardore studuit, ante annum decimum octavum principis sui medicus. Relicta patria per varias regiones peregrinatus Ispahani moratus est, Archiater & Wazir principis Buidæ: at vino mulieribusque nimis addictus, annis non major quinquaginta octo, Hamadani anno Christi 1036. obiit vel a. hegiræ 428 (h).

Citantur ejus numerosa, quæ amissimus, opera (i).

*De sanitate atque remediis libri XVIII.*

*De valetudine servanda L. III.*

*Medicinæ canonis libri XIV.*

*Scholia in libros Canonis.*

*De dolore colico.*

*De medicamentis cordialibus, nisi idem est noster.*

*De medicina in compendium redacta.*

L. de

(c) *Antidot.* L. II.

(d) L. V. II.

(f) lb. 2. 2.

(f) L. V. c. 3.

(g) L. V. 2. 20.

(h) ABULFARAI.

(i) ex *B. Phil. Arab. CASIRI.*

L. de pulsu Perfice scriptus.

Diff. de cichorio.

Diff. & problemata doctis viris proposita.

L. de animalibus.

L. de vegetabilibus.

L. de avibus.

Vitam ejus scripsit ABU OBAIDA AL GIUZIANI (\*), auditor & amicus ejus intimus. Eam vitam nomine auctoris corrupto, ut SORIANUS audiat, NICOLAUS MASSA latine vertit, editam cum AVICENNA Venet. 1535. fol. \*. 1608. f. Aliam vitam dedit IBN GIOGIOL. Sed etiam FRANCISCUS CALPHURNIUS ejus viri vitam scripsit Lugduni 1522. 4. cum *Canone* excusam, & J. LEO.

Sed est etiam AVICENNÆ vita inter eas, quas STEPHANUS de VILLA hispanice scripsit Burgos 1647. & de eodem AVICENNA CAROLI PATINI oratio Patav. 1678. 4.

Laudant Arabes, quod se ipsum colica laborantem clystere octies infuso sanaverit, quod ex pulsu, perinde ut ERASISTRATUS, ægrotum, qui offerebatur, solo amore laborare divinaverit; quod sibi ipsi in capitis morbo imposita nive subvenerit.

Mihi supra omnem patientiam loquax & diffusus videtur, exscriptor Græcorum, ut menses integros fere impendas, quoad aliquam propriam adnotationem in compilationum cumulo detegas. Qui absque tædio RHAEZI *continentem* exhausti, nunquam potui in canone AVICENNÆ perlegendo finem invenire, adeo me Asiatica illa & fastidiosa ubertas speculationum & methodica inanitas fatigavit.

CANON nobis, non in XIV, sed in quinque libros dividitur. Vastum est systema medicinæ, quantum ejus artis eo ævo notum erat, anatomes, botanices, pathologiæ, clinices, chirurgiæ.

L. I. fere ad anatomen & physiologiam pertinet; continet tamen aliqua generalia, de morbo, symptomate, causa in universon; tum de classibus medicamentorum, secundum qualitates primas, secundas, tertias; de signis, pulsu, urina: de rebus non naturalibus, de victus ratione; de evacuatione varia, medica, chirurgica.

In L. II. materia medica traditur (†), & præcedunt generales quædam ad GALENI sensum speculationes.

L. III. est morborum a capite ad calcem, fufissimus catalogus, secundum eorum causas, cum curatione. Turpicula varia intercedunt (††).

L. IV.

(\*) ABULFARAI p. 231.

(†) Conf. B. Bot.

(††) Cap. de aluminatis &c.

L. IV. est de febribus earumque symptomatibus, omnino ex Græcis, præter variolas exscriptus. Pestem dicit bubonaceam, & in ea venam jubet secare, acidaque, ut in variolis, medicamenta imperat; jubet autem ægros alere, cum fere convalescant, qui cibum fumunt. Sic in variolis venam secat, cæterum multa habet eorum persimilia, quæ RHAZEUS. Post febres fusissime signa & prognoses recenset, & omne genus exanthematum. Porro venena & herbas venenatas, & animalia utcumque noxia, hæc valde copiose, sed pleraque ex RHAZEO. Denique morbos cutaneos. Catellos jam habet, vere in urina miserorum conspicuos, quos rabidus canis momordit.

L. V. est Antidotarium, s. de medicinis compositis formulæ.

Reliqua opera, quæ supersunt AVICENNÆ, ea quidem parva sunt. L. *de viribus cordis*, agitur de animi adfectibus, deque medicamentorum efficacia & censu, quæ ad lætificandum adque confortandum cor faciunt.

*De removendis nocuementis quæ accedunt in regimine sanitatis*, scilicet ex errore in usu rerum non naturalium, etiam ex odoribus, ex carbonum vapore, ex aquis mineralibus & noxiis, ex bälneo.

Tr. *de syrupo acetoso*, ejus præparatione, utilitate & noxa.

*Canticum de medicina*. Institutionum medicinalium breve compendium, neque plenum, neque boni ordinis. Æstate victum acidum commendat; in hydrope vehementiora cathartica, mezereum, euphorbium; adversus pediculos cingulum mercuriali unguento illitum.

Editiones & commentatores recensui quidem in *B. Bot.* Non possum tamen, quin hic repetam, cum hæc opera longe propius ad clinicam spectent. Vix vero vitavero, quin error aliquis subrepat, dicenti de libris mihi non visis, de quibus difficile sit distinctu, num de *Canone* solo, num de aliis etiam operibus AVICENNÆ sermo sit.

Arabica editio perpulchra est operum, ni fallor, omnium Rom. 1593. f.

Hebraice *Canon* Neapoli prodiit 1492 fol. CLEMENT Conf. Cod. Brit. n. 6351.

Latinæ editiones numerosæ sunt. *Opera omnia cum explanatione* JACOBI de PARTIBUS prodierunt Lion 1498. fol. B. Tig.

Antiquissima editio *Canonis* est Patav. 1473. fol. MAITT., cum tr. *de viribus cordis* & *cantico*, ex versione GERARDI Carmonensis: tum denuo Patav. 1479. f. TREW. MAITT. Perantiquam editionem *Canonis* absque loco & anno citat KIRSTENIUS & RIVINUS. *Opera cum pulchris illuminationibus* Venet. 1486. 4. ASKEW. AVICENNÆ *opera literis capitalibus coloratis* excusa Venet. 1486. 4. B. HARLEY non diversa ut puto. Apud TREWIUM erat ABINSCENAS *de medicina* Venet. 1486. f.

*Canon* solus Venet. 1488. 4.

Tom. I.

Ccc

Canon



*Canon cum l. de virib. cord. & cantico*, & variorum commentariis, opera ut puto omnia, prodiit Venet. 1489. 1490. TR. 1491. f. 4. vol. GUNZ. 1492. f. 1493. fol. BUR. *Medicinæ* titulo. Adjecti sunt *commentarii* GENTILIS de FULGINO, JACOBI de PARTIBUS, UGONIS SENENSIS, DINI Florentini, MATTHEI de GRADIBUS, & THADDÆI Florentini. Ejusmodi editionem habet TREW, pariter cum nomine ABYNSENI, absque loco & anno: conf. p. 385.

*Libri V. Canonis & cantica* Venet. 1489. fol. 1494. fol. HUTH.

*Opera nonnulla* Venet. 1510. fol. UFF. & 4. FALC. & anno 1505.

*Canones medicinæ* vertente GERARDO *Carmonensi* & cum G. de FULGINO comm. BODL. & Venet. 1508. f. & Papiæ 1510. & 1511. f. 2. vol. GUNZ. cum *expositione* M. de GRADIBUS *ad fen. XXII.*

*Canon* Venet. 1510. 4.

Iterum cum GENTILIS de FULGINO *expositione* Venet. 1520. 4. & L. *Canonis* ex GERARDI versione a PETRO ANTONI RUSTICO *castigatus*, *illustratus* a SYMPHORIANO CAMPEGIO Lion 1522. 4. alii 1512. 4. & 1527. 4.

Iterum cum eorundem scriptorum, quos diximus, & AVERRHOIS *expositionibus* Venet. 1532. fol. 5. vol. TREW.

L. *Canonis* cum ANDRÆ BELLUNENSIS *explicationibus* Venet. 1527. fol. *Medicina* s. liber *Canonis*, *medicinæ cordialis & canticum* Venet. 1544. ap. Juntas fol. cum castigationibus ANDRÆ ALPAGI & RINII, tum 1555. fol. \* 1562. fol. ZOCHA. In nostra editione A. ALPAGI *expositio vocum Arabicarum* accessit.

Cum correctionibus ANDRÆ ALPAGI & RINII Basil. 1556. fol. quam editionem PLEMPIUS laudat, TREW.

Opera omnia a JOHANNE COSTÆO & PAULO MANGIO recognita Venet. 1564. fol. 2. vol. BB. cum multis & bene longis adnotationibus. Versio semper est GERARDI, castigata ab ANDREA ALPAGO Bellunensi. Vocum Arabicarum interpretationem idem etiam hic adjecit. Eadem editio rediit Venet. 1580. fol. 1581. fol. GUNZ. 1585. f. hæc splendida, hæc ultimæ curante FABIO PAUKINO. Editio 1608. omnium novissima est editio.

Seorsim prodiit L. I. *de universalibus medicæ scientiæ præceptis* ANDR. GRATIOLI interprete, cum ejus *scholiis* Venet. 1580. 4. GUNZ.

*Fen I. L. I. Canonis in usum Gymnasii Patavini* Patav. 1636. 12. GUNZ: & [ex versione J. LENII Vicentiæ 1611. 16. \*. 1647. 12. TR.

*Fen I. II. & IV. primi l. & Fen quarti I. in collectione* PETRI ANTONII RUSTICI Venet. 1507. 8.

*Fen quarta primi de universa arte medendi* JACOBI MANTINI Hebræi ope latinitate donata Venet. 1530. 8. Ettelingæ 1531. 12. HUTH. Hagenau 1532. 8. TR.

L. II. *Canonis ad verbum in latinum traslatus arabice & latine, notisque textum concernentibus illustratus* a PETRO KIRSTENIO, editus est Breslau 1609 f. BB. Editionem Romanam, & COSTÆI editiones, passim emendat, codice usus, qui ex Bibliotheca Cæsarea in Jenensem transiverat. Continet catalogum medicamentorum simplicium utraque lingua editum, & libellum ipsum de medicatis viribus cognoscendis, & de medicamentorum classibus. Versio literalis est.

*Librum I. & II, atque ex IV. tractatum de febribus* VOPISCUS FORTUNATUS PLEMPIUS edidit, adjutus MS. Leidenfi, & alio Halepo accepto, alio Constantinopoli, neque nulli ei usui fuit GERARDUS interpres; ejus versionem tamen emendavit, & purius latinam reddidit. Scholia adjecit, ex comparatione aliorum scriptorum veterum decerpta. Prodiit Lovan. 1658. fol. \*. Carpit G. H. WELSCHIUS, quod PLEMPIUS suis codicibus nimium fidei adhibuerit.

*Libri III. Fen I. tr. quartus de agritudinibus capitis* a J. QUINQUARBOREO latine versus, & ad fidem codicis Hebraici correctus Paris. 1572. 8. LIND.

*Libri III. Fen II. de agritudinibus nervorum* eodem vertente QUINQ. Paris. 1570. 8. ib.

*Ej. de morbis mentis tractatus* a PETRO VATTERIO versus Paris. 1619. 8. FALC.

*Libri quarti Fen I. de febribus* Patav. 1659. 12. & in collectione Veneta de febribus Venet. 1576. f.

Sic quæ ad aquas minerales & balnea pertinent in collectione Veneta de balneis Venet. 1553. f.

L. de removendis nocumentis quæ accidunt in regimine sanitatis, cum tr. de syrupo acetoso ARNOLDO VILLANOVANO interprete Venet. 1489. fol. HUTH. 1494. fol. ID. 1505. fol. B. Tig. &c. 1544. fol. TR. 1547. fol. Ticini etiam, ut lego, 1547. fol.

L. de corde ejusque facultatibus J. BRUYERINO interprete Lion 1559. 8. BB. Cum Canone etiam Venet. 1489. 1490. 1491. fol. Lego etiam produisse Venet. 1495. f. 1501. 8. & puto alias.

*Cantica s. compendium artis medicæ versibus conscriptum, cum l. de viribus cordis* Venet. 1491. fol. &c. porro Lion 1522. 4. Editum etiam est in collectione RUSTICI Venet. 1507. 8. & ex emendatione ANDRÆ ALPAGI Venet. 1544. fol. & passim cum Canone TREW. 1505. fol. &c.

Latine vertit ARMENGANDUS BLASIUS, ex Montepeffulano.

Edidit seorsim DEUSINGIUS Groning. 1649. 12. \*, Arabicæ linguæ gnarus, qui editionem AVICENNÆ parabat, nisi a PLEMPPIO occupata fuisset.

Flores AVICENNÆ Lion 1508. 8. TREW.

Commentariorum inmensa vis est, Arabum, deinde Italorum.

Inter Arabes FAKREDDIN MOHAMMED (a) al KHOGENDI seculi XIII. exeuntis scriptor.

AL RAZI COTHBEDDIN AL SCHIRAZI seculo fere duodecimo in AVICENNAM commentatus est, & varia in eo carpsit (b).

Ejus Commentarii compendium fecit ABU ISCHAK JACOB (c), qui fuerit JACOB IBN ALI ISCHAK et SAMARI (d).

ABUSCHAIK EBN OL MASSIHI EBN OL ATTAR Antiochenus, EJ. sunt *quæstiones libri generalium ex Canone explicatæ* in libro *Al Ektedab* (e). Cujus compendium est *Entechab ol Ektedab* (f).

Exposuit etiam MASIHI EBN ABUL BAKAI (g), Nilenfis, Bagdadensis, qui a. 608. hegiræ valde senex obiit, & cui etiam cognomen fuit ABUSCHAIK EBNOL ATTAR ABULFARAIO teste, ut mireris si alius est a priori. Elegantem l. vocat HERBELOT.

Explicavit etiam AVICENNAM EBN ALKAF vulgo ABULFARAIIUS.

Porro AL EMAM al PHACHER al RAZI MOHAMMED EBN OMAR vitia revelavit EBNSINÆ circa annum 606. heg. homo alchémista, & ob religionem suspectus.

MOHAMMED BEN MASSUD scripsit in *Canonem AVICENNÆ* a. 710. Tomum operis I. habet CASIRI n. DCCCLIX, Tomum IV. n. DCCCLX. Habet B. BODL. n. 6271.

Seculo VIII. Hegiræ BORHAMEDDIN NAPHIS BEN NAPHIS *commentarium in Canonis L. III.* scripsit (h), ut duo EBN NAPHIS fuisse putes, patrem & filium.

Explica-

(a) HERBELOT p. 250.

(b) REISKE *coroll.*

(c) HERBELOT.

(d) B. NARCISS. n. 1710.

(e) ABULFARAI p. 497.

(f) B. R. P. n. 1051.

(g) ABULFAR. p. 299.

(h) CASIRI n. 825.

Explicavit etiam AVICENNAM COTHBEDDIN IBRAHIM BEN ALI AL MEZRI (i).

Et ALI BEN KEMALEDDIN MOHAMED AL ASTERABADI circa a. heg. 1000. (k): & eodem tempore DAUD *al* ANTAKI (l), cujus codex est in B. BODL. n. 6377.

Tum EBAD OLLAH EBN GEMII (m).

Contraxit in duo volumina SCHENK KONGERDI & ABULFARAGIUS (n).

*Canonis* compendium scripsit NEGMEDDI ICHAK EBN ALBADI, cujus codex est in B. R. P.

Sic & ABULFARAGIUS (p) & ALMEDDIN ALI BIN ALNASI (q), cui libro titulus est Mugiaz & BEN OMAR *al* GIAGMINI (r), & ALI BEN KEMALEDDIN MACHMUD, AL ASTARABADI (s), quem dixi. Tum Anonymus scriptor (t), & l. *Kefat Saadat v. ackbal* (t\*)-

*Summa* etiam *Canonis* exstat, & SERAPHEDDINI compendium in B. COISLIANANA (u).

*Compendium* erat apud POSTELLUM, GESNERO in *Bibliotheca* dictum.

Ex libro II. *de medicamentis simplicibus* compendium fecit NIDA f. ISSA (x).

Aliud compendium *Canonis* est, vel certe commentarius, BORHAMEDDINI NAPHIS BEN AVAD filii ALI BEN ABILHAHASAR *al* KARARASCHI, vulgo EBN NAPHIS (y) Vocatur etiam ABUL HASSAN *al* KORESCHI, vulgo EBN OL NAPHIS (z), & ALAEDDIN ALI BEN ABIAL (a): & HAZEN KORASCHITA qui EBN NAPHIS, & cum nomine addito BEN AVAD (b), & ALAEDDIN ALI dictus BEN AL NAFIS (c). In confusione nominum facilis est error, & duorum NAPHISIDARUM confusio.

Ccc 3

In

(i) HERBELOT. p. 250.

(k) Ib.

(l) Ib. l. c.

(m) NARCISS. n. 1214.

(n) HERBELOT ib.

(p) Id.

(q) HERBELOT l. c.

(r) Id. p. 250.

(s) CASIRI n. DCCCXXVII.

(t) n. DCCCLXIII.

(t\*) HERBELOT p. 970.

(u) MONTF. II. p. 1043.

(x) B. R. P. n. 1052.

(y) in *B. Escor.* CASIRI n. DCCCXXVI.

(z) B. BODL. n. 3746.

(a) in *B. Scorial.* CASIRI n. 867.

(b) Ib. n. 862.

(c) HERBELOT p. 250.

In id compendium NAPHSIDÆ commentatus est ACHMET AL CARS RAI seculo octavo hegiræ (a), in practica tamen, ut puto, sola.

Cum notis Arabicis NAPHSIDÆ compendium (b) exstat, & cum scholiis GIMALEDDIN al SARAI (c).

ABUSAID BEN ABI SURUR AL ISRAELI al SAMARI scripsit *Khalaffat al Kanun f. medullam Canonis* (d).

Repellit junioris RAZEI correctiones MUAFFEKI EN SAL (e).

Idem præstitit officium ACHMET BEN ABUBEKER BEN MOHAMMED al NAKSCHIRVANI in libro *Hale Schokuk al Canun* (f), & in *Mestab NOUGREDDIN*, qui idem *Canonem* in l. *Agiubah* emendavit (g).

Versibus declaravit partem AVICENNÆ DAUD al ANTIAKI.

In universalia AVICENNÆ commentarius est MOHAMMED IBN AMRI IBN al HOSEYN IBN al RAZI (h).

In L. I. exstat expositio *taffir fil Canun* (i).

In L. II. commentatur EBNOL NAPHSIS (k).

In L. III. iterum BORHAMMEDIN EBNOL NAPHSIS (l).

In L. III. Fen II. III. anonymus commentatus est (m).

Alii duo *commentariorum* codices sunt in quartum l. (n).

Codices AVICENNÆ MS. passim exstant. Operum in vol. XVI., Arabice ut puto (o) in B. BODL. tum in B. *Vaticana*, in B. *Agri S. Germanensis*, & in B. *Cenobii S. Trinitatis de Vindocino* (p).

Canonis Hebraicus codex, versus per R. NATHAN, est in B. BODL. (q) & in B. R. P. (r), alius Bononiæ & duobus exemplis usus est PLEMPIUS.

Latine vertente GERARDO *Carmonensis* codex in B. *Coll. MERTON.* (s) in B. R. Par.

(a) CASIRI n. DCCCXXXI.

(b) B. NARCISS. n. 1707. 1821.

(c) n. 1713.

(d) HERBELOT I. c.

(e) ID. 250.

(f) Ib.

(g) B. R. P. n. 1118.

(h) B. BODL. n. 3597.

(i) B. R. P. n. 1001.

(k) CASIRI n. DCCCXXV.

(l) n. DCCCLXXXI.

(m) B. R. P. n. 6938. hic latinus.

(n) Ib. n. 639. 640. hebraice ni fallor.

(o) n. 5647. 5648.

(p) apud MONTFAUGON.

(q) n. 469.

(r) n. 994. 995.

(s) n. 691.

Par. (t), & in B. S. *Germanensi*, in B. R. *Londinensi*, in *Greshamensi*, in *Taurinensi* MONTFAUCON.

L. I. folus Arabicus in B. *Scorialensi* (u) in B. PEMBROK *Cantabrigiæ* (x).  
Hebraice in B. *Vindobonensi* (y). Latine in B. *Coll. Metensis* & in *Taurinensi*.  
Aliqua ex L. I. & V. hebraice in B. *Turinensi* p. 19.

L. I. & II. in B. BODL. n. 6067.

L. I. & II. L. I. & III. L. II. L. IV. hebraice versi sunt WOLF.

L. II. folus arabice exstat in B. *Vaticana*, in B. R. *Parif.* (z), in B. *Scorialensi* (a).

Latine ex GERARDI versione in B. R. *Par.* (b).

L. III. in B. S. *Mar. Magdalena Oxoniensi* (c), tum Arabicè in B. R. *Par.* (d), & in *Scorialensi* (e).

L. II. & Fen I. tertii in B. *Vindobonensi* (f).

L. II. III. & IV. in B. E. *Cathedralis Metensis* MONTFAUC.

Porro libri III. latine in B. R. P. (g).

Libri IV. & V. arabice in B. R. P. (h). In B. BODL. (i). Latine in B. *Mertonensi* (k).

Libri quatuor latine in B. R. P. (l).

Liber, ni fallor V. arabice & latine in B. R. P. (m). Fragmenta aliqua in *Scorialensi* (n).

Excerpta L. I. II. in B. R. P. (o) Hebraice, & florès (p).

Libri

(t) n. 6915. 6916. 6918. 6919.

(u) CASIRI n. DCCCXVI.

(x) n. 2045.

(y) LAMBEC. I. p. 280.

(z) n. 999.

(a) CASIRI n. DCCCXIX.

(b) n. 6916.

(c) *Cod. Brit.* n. 2292.

(d) n. 996. 997.

(e) CASIRI n. DCCCXX.

(f) LAMBEC. I. p. 171. 178.

(g) n. 6924. 6928. 6929.

(h) n. 998.

(i) n. 3744.

(k) n. 692.

(l) n. 6919.

(m) n. 999.

(n) CASIRI n. DCCCXXI. DCCCXXII.

(o) n. 401.

(p) n. 704.

Libri *de febris* codex cum notis marginalibus, servatur Turini (q) qui fuerit ut puto Fen I. libri IV.

CANTICI codices: Arabicus in B. R. P. (r), in *Scorialensi* (f).

Hebraicus in B. *Vindobonensi* (t). Est etiam in *Oriensi* B. *Oxonii*, in B. BODLEYANA (u) codex cum notis EBN RASCHID incertæ linguæ.

Latine vertente ARNOLDO de VILLANOVA in B. R. P.

Commentarius in hunc librum AVERRHOIS prodiit Venet. 1552. fol. cum simplicium medicamentorum facultatibus & earum gradibus.

Comm. idem Hebraice exstat MS. in B. *Vindobon.* (w) vertente SALOMON BEN JOSEPH.

Liber *de corde* Arabice in *Scorialensi* (y).

Latine, ut puto, in Coll. MERTON. (z). Latine vertente M. ARNOLDO BACHUVONE, f. de VILLA NOVA, in B. CAI. GONV. *Cantabr.* in B. D. PENTRI ibid. (b), in B. *Coll. nov. Oxon.* (c) in B. R. P. (d). In B. D. MARCI græce, ut puto.

Excerpta ex L. *de theriaca* ex AVICENNA sunt in *Scorialensi* (g), & *de syrupo acetoso* ib.

In libris *de animalibus* Venet. 1508. fol. excusis BB., caput est de animalium infirmitatibus.

Liber *de urinis*, f. hoc certe cum titulo inediti operis, codices sunt in B. *Taurin.* I. p. 243. in B. R. P. (h).

Et l. *urinarum secundum AVICENNAM* B. *Taurin.* II.

Et

(q) MONTFAUCON II. p. 1395.

(r) n. 1046.

(f) CASIRI n. DCCCLVIII. DCCCXLVI.

(t) LAMBECC. ib. p. 178. 181.

(u) n. 398. 6201. 6218. 6211. b.

(w) *Id.* l. p. 183.

(x) apud CASIRI n. DCCCXXXIX. DCCCLV.

(z) n. 974.

(b) n. 1874.

(c) n. 1128.

(d) n. 877. & latine 6949. 7171.

(e) n. 692.

(g) CASIRI n. DCCCLXXVII.

(h) n. 2209. 2260. & 2256. AVIZIANI nomine.

Et de *pulsibus* (i) in VOSSIANA, in Leidenſi.

Anonymi commentarius in AVICENNAM de *febris* B. Taurin. II.

Commentatores Latinos valde numerosos ſuo loco dicam.

Operum AVICENNÆ terſa magis verſio a J. C. SCALIGERO promiſſa, nunquam prodiit (k), neque ea, quam teſte AMATO LUSITANO JACOBUS MARTINUS paraverat (l), neque quinque inediti libri a RAVIO promiſſi (m).

§. CXL. SECULUM XI.

JOHANNES FIL. MESVES JUNIOR. ALII.

Hic MESVACH Chriſtianus, Jacobita, Mardini (n) in Meſopotamia natus, obiſſe dicitur A. C. N. 1028. (quod verum eſſe nequit, cum AVICENNAM citet), poſtquam Cairi medicinam fecerat, adque magnas divitias pervenerat. Hic princeps auctor eſt, quem pharmacopolæ ſecuti ſunt. Quæ eo faciunt, dicta in B. Bot. T. I. p. 193, non puto repeti debere.

In libro *Canonum* MESVES aliqua pertinent ad ſymptomata, quæ medicamentorum uſui ſuperveniunt, eorumque curationem.

Deinde ſequitur l. de *agritudinibus capitis colli & pectoris*, in quibus hoc opus abrumpitur, ut reliqui morbi deſiderentur. In eo ſæpiſſime RHAZEUS citatur, paſſim & AVICENNA, & ISAAC f. AMARAN. Ut Arabes ſolent, in morbi hiſtoria brevis, plurimus eſt in medicamentis.

ETTABARANI ex provincia TABARANI, quæ pars ſit Chorazanæ, medicus R. Gaznæ, ſeculo undecimo vixit, & obiit a. 1081. (o). Ejus eſt ſcriptum *Firdius ulheriome*, apud Arabes celebre, in quo medicinalia traduntur, & ſimplicium medicamentorum facultates.

Ex Cl. REISKIO & J. S. BERNARDO didici, ABU GIAFAR ACHMED, filium ABRAHAM, filii ABI CHALED, opus eſſe *Zad ol Mozafar*, ſ. *viaticum peregrinantium*, quod opus CONSTANTINUS AFRICANUS latine vertit, & cujus Græca verſio auctore C. GESNERO erat apud DIDACUM HURTADUM. Idem auctor dicitur HERBELOTO ACHMET BEN IBRAHIM AL GIARRAZ AL THABIB, (o\*). Additur ſubinde nomini EBN SCHETZAR ſ. Ianionis filius, quod nomen corrumpit HERBELOT, ut faciat GIARRAZ. Veſtigia nominis veri auctoris exſtant in B. *Vindobonenſi*, in quo Græcus codex cum nomine CON-

STANTINI

(i) n. 2201.

(k) LAUR. GRYLL in *peregrin.*

(l) *Centur. I. curet I.*

(m) *de ſhol. Orient.*

(n) J. LEO.

(o) *Id.*

(o\*) p. 378.

Tom. I.



STANTINI conservatur, & additur (p), compositum esse partim a filio ZAPHAR nepote EL GHEZAR, partim ab ACHMETE filio ABRAHAMI, nepote medici CHALID; qui codex a latina versione hactenus differt. Hoc idem opus, servato titulo *Viatici peregrinantium*, qui Arabico titulo respondet, passim etiam ISAACO SALOMONIS f. tribuunt, codices vero MS. sæpe adscriptum nomen habent CONSTANTINI. Libri sunt VII, *de omnium morborum qui homini accidere possunt cognitione & curatione* Lugduni editi 1510. 8, & Basil. 1539. fol. \* compendium nempe historię morborum a capite ad calcem, ex Græcis, sæpe etiam e J. DAMASCENO desumptum, plenum formularum & vestigiorum Arabismi.

JANO DAMASCENO tribuitur in B. *Medicea* III. p. 122.

Codices MS. sunt in libris LAUDI, in B. S. PETRI *Corbieni* cum glossis (q), in *cathedrali Metensi* (r), in B. S. EBRULPHI *Uticensis* (f), in *Vindobonensi* (t), in libris R. BURSCOUGH (t\*).

Versionis Græcæ particula *de febris* ex libro VII. decerpta exstat in B. *Leidensi*, a J. S. BERNARD edita, Amsterdam 1749. 8. \*. Causam, cur SYNESII nomen ei codici præfigatur, BERNARDUS nullam vidit, adjecta vero CONSTANTINI versione ostendit non differre; eruditas idem notas adjecit. Non mireris adeo variolas habere.

YAHYA IBN ISA IBN GIAZLAH ABULFARAH (u), alius JAHJAH f. ISAH, f. GIAZALAH ALFEMONI Christianus, qui ad Mahometanam religionem transit, & obiit anno hegiræ 473. Ejus est scriptum *Menbag al bajan fi ma josta matho al ensan*, s. de rebus omnibus, quibus homines utuntur, cibis, medicamentis simplicibus & compositis, ordine alphabetico. Codex est in B. R. P. n. 1021. in B. NARCISS. 1220. in B. BODL. n. 6199. 6200. Scripsit etiam *Takwin ol abdan*, s. tabulas de recta ordinatione corporum. In exemplari Parisino adjectæ sunt notæ EBN BEITHARIS. Si vero omnino BEN BEITHAR in libro *tadbik* ad GIAZLAH objectiones respondet (x), oportet eum GIAZALAM aliquanto posterioris esse ævi.

Exstant cum nomine BUHAHYLYHA BIN GEZLA, quem dicunt CAROLI M. Archiatrum fuisse, *Tacuin agritudinum & morborum ferme omnium corporis humani cum curis eorundem* Argentor. 1532. fol. BB. Eum, quem vocat YAHIA BUHALI BEN GEZLA, Cl. ASTRUC eundem facit cum ELLIMITHAR, cujus *Tacuin* dicemus (y). Comparavi utrumque opus, reperi, certo differre BINGIAZLA librum, qui tabulis fiat morborum a capite ad calcem, quarum ne unica quidem cum ulla tabularum

(p) LAMBECC. L. VI. p. 125.

(\*) J. M. SYLVATIC *pand.* p. CVII. b.

(q) MONTFAUC. II. p. 1407.

(r) Ib. p. 1381.

(f) Ib. p. 1272.

(t) L. VI. p. 25.

(t\*) *Cod. Brit.* n. 7671.

(u) p. 241.

(x) HERBELOT p. 193.

(y) *Hist. de l'Acad. de Montpel.*

tabularum ELLIMITHARIS convenit. Non repugno, quin nostri opus sit *Takwin ol abdan filii GIAZALÆ*.

ABDALLA ABIL PHARAGIUS, vulgo EBN AL THAIEBI scripsit *de plantis* l. ex ARISTOTELIS operibus decerptum, tum *de odoribus* & *de variis animalibus*: denique *de urinis* & *pulsibus* (a). Obiit a. hegiræ 435. Non potest ipse esse noster ABULFARAGIUS, ut excidit POCOCKIO.

AL MOCHTAR BEN OL HASAN EBN ABDUN, vulgo EBN BOTLAN, Christianus, variis locis medicinam fecit, & obiit a. hegiræ 444. Scripsit *Takwin al chat*, f. tabulas de regimine fanitatis (b).

Ejusdem ALMOCHTAR fuerint *tacuni ol abdan* f. de diæta B. BODLEY. n. VIII.

EBN REDWAN medicus astrologus, dialecticus, seculi XI. (c)

COTAIPHAT insignis Clinicus Christianus.

EZAWARAGIUS medicus ALMANZORIS Cordubensis, circa annum hegiræ 404. Conf. ESCHARAGKI p. 379.

EZZEDDIN IBRAHIM BEN MOHAMMED AL SAVIDI AL DAMASCHKI, qui a. 450. obiit, scripsit *Dhakbir at Alkhafiat fil thebb*.

Magni fit opus THEBB B. SAIDI bin HEBALLAH, quod tempore Khalifæ Moktadi circa a. 467. hegiræ scriptum est (d).

Anonymi excerptum de medicamentorum generibus ex ACHMED f. IBRAHIM mortui anno 473. exstat in B. R. Paris. n. 413.

Seculo cæterum X. vixit MOHAMMED EBN GIABER EBN SENAN EBN ABDALLA ALBATANI, vulgo ALBATEGNIUS astronomus. Obiit a. hegiræ 317. (e) dicitur *de medicamentis simplicibus* scripsisse, & ejus nominis medicus varia GALENI arabice vertit. Serius alii ponunt, & circa a. 1070.

## §. CXLI. SECVLVM XII.

### AVENZOAR.

AL WAZIR ABU MERWAN ABDELMELECH IBN ZOHR Hispanus, Hispalitanus, medicus regis ALMANZORIS, obiit Marocci a. hegiræ 564.

D d d 2

Ejus

(a) CASIRI n. DCCCLXXXIII. ABULFARAI *Dynast*.

(b) ABULFAR. p. 234. HERBELOT.

(c) Id. p. 236.

(\*) N. ANTON.

(†) HERBELOT p. 946.

(d) Id p. 597.

(e) ABULFARAI p. 191.

Ejus est in B. R. P. *Ketab al aduja u agdiab* f. medicamentorum euporistorum, quæ cibus quodammodo adnumerari possunt.

Codex exstat EBNZOAR de medicina B. BODLEY. n. 6234. *Abenzoar de regimine sanitatis* in B. F. BERNARD 3630. & *Theisir* ABU MERON in B. CAI. GONVIL. n. 974.

Prodiit autem ejusd. *al Theisir fil Modawadi Wab Tadbir*, f. facilitatio regiminis, alias dictum *Tejessir asil almodaviat*, & in editione Veneta a. 1496. l. *Theisir v. Thei*. Cum titulo AHYMERON ABYNZOAR *Theisir Almudaviat* prodiit Venetiis 1553. fol. \* cum AVERRHOIS colligat, versum anno 1281. a M. ABRAHAMO PATAVINO, ipso sibi vulgarizante M. JACOBO HEBRÆO. Auctor versionis omnino Gallus fuit, qui panicaudum dicit eryngii loco, pullum pro gallina, blondus, sic alia.

Auctor hujus operis, vulgo AVENZOAR, vir illustris, familia natus fuit medica, patre, quem maximo cultu veneratur, & negat se ad ejus peritiam adspirare, a quo etiam inter praxeos suæ initia severe fuerit objurgatus, quoties minus ex arte ei acciderat curare. Consilium petentem filium IDEM ad GALENUM remisit, cujus etiam præcepta secutus noster ægrotum sanaverit. In carcere HALI f. JOSEPH idem ex peste obiit. Noster peregrinator, idem chemicus, vir multa expertus, ipse in ejusdem HALI carceribus diu retentus, denique liberatus. Universum medicinæ ambitum amplexus est, medicamenta sua manu paravit, manu operatus est, ossa restituit elapsa, quod pater non solebat: lapidis tamen incisionem averfatus est, cum a lege vetaretur nuda genitalia inspicere. In nosodochio medicinam fecit.

Opus quod indico, compendium est praxeos, in quo multi morbi recensentur, subtiliter distincti, quos vix alibi dictos reperias, cum plurimis auctoris adnotationibus & curationibus, infelicibus etiam casibus, candide enim noster omnia narrat. *Experimentator* ab experiendo dictus est, non quod de empiricorum secta esset, causas enim, & subtiliter, conquirat, ut etiam subitam in utroque oculo subnatam cæcitatem imputet nervorum opticorum conjunctioni vitiatae. Malas complexionis unius cerebri cellulæ post alteram recenset. Miras narrat melancholicorum hominum imaginationes: causam ejus mali aliquando invenit in pota aqua, in qua putrida aliqua macerata fuerant. Raram respirationem in apoplexia reperit funestam esse. Animalia demorsa pariter in rabiem agi ut hominem. Herbam se vidisse, quæ pulmonem armentorum jam vitiatum restituerit. Cum frigori se exposuisset ipse, alterius manus motum & sensum amisit, quem calore restituit. Capræ particulam pulmonis resecurit, animale feliciter curavit. De relaxatione œsophagi fuse. Phthisicum ab avo suo sanatum fuisse, quem solo pane, saccharo & oleo aluerit. Pater hæmopticum curavit, qui mulierum usu in id malum relapsus est. Tussis a vermibus in pulmone habitantibus. Non vidit noster hydropem pericardii, sed cartilagineas utique ejus membranæ *excrescentias*. Cum tympanite fere lienis scirrhum conjungi. Polyposum

posum quid, f. vermem in ventriculo curavit, & ejusmodi concrementa per alvum egesta; inde plurimus sanguis secutus est, funesto eventu. Apostema ventriculi dicit, quod malum solet funeste evenire. Se ipsum abscessu mediastini laborasse, cum tussi, dolore & duro pulsu; post magnam tamen sanguinis missionem rupto abscessu pus excreavit, dolor sedatus est, & valetudo lente restituta. Apostema diaphragmatis.

L. II. morbi abdominis traduntur. Ex frigidæ potu pertinax alvi pigrities. Dysenteria, post quam pellicula intestini palmi longitudine decessit, & æger periit. Ipse auctor ob herbæ corruptæ esum eo malo laboravit. Ut venenum maximo cum suo periculo renuerit indicare, & ut vix casu aliquo mortem effugerit. Patrem oleo limpido viridi, fortis odoris & aromatici, calculum solvisse. Balsamum de Mecca calculosis profuisse. Improbat in se ipso, quod uxori ægrotauti medicamentum purgans concesserit. Tortuositatem penis nunquam curari primus vidit. Ad ulcera vel vulnera, partium acriter sentientium, oleum ovorum conferre: cæterum patrem monuisse, uteri erosionem nullam sanationem accipere. Cornu de dorso natum post exsiccantia medicamenta delapsum. Queritur de aqua putri, in qua lacertæ mortuæ erant. Motu destructo sæpe sensus in artu manet. Vermis cutaneus Æthiopum. Cursores podagræ obnoxii.

L. III. pro diebus criticis dicit. Quartana sola purgatione alvi sanata. Ex aqua stagnante & putrescente subnata febris epidemica. Ex more gentis multum lapidi bezoar, smaragdo, aliisque id genus auxiliis tribuit.

*Antidotarium* una prodiit, ejus codex est in B. CAI. GONV. n. 974.

Aliæ editiones sunt; Veneta 1490. f. HORST. cum AVERRHUIS colliget, tum ib. 1496. CLEM. TREW. 1497. RIV. cum colliget, 1510. B. BODL. 1514. fol. LIND. Lion 1531. 8.

Exstat J. COLLE *de cognitu difficilibus ex libro AVENZOARIS comm.* Venet. 1628. 4.

ALGUAZIR ALBULEIZOR l. *de curatione lapidis* ad HALI f. JOSEPH Venet. 1497. f. &c. est ejusdem Avenzoaris.

Non separabo ABU EBN HALI IBN ZOR RAZIS, AVENZOARIS filium, qui Marocci cum dignitate vixit, & ejusdem cum paterno argumenti librum scripsisse dicitur, libros nempe V. *de sanitatis regimine* Basil. 1618. 12. curante J. GEORGIO SCHENK excusos, quorum codex est in B. R. P. An forte idem auctor, idemque scriptum, neque enim vidi: patris tamen libri tres numerantur, non plures.

In B. R. P. n. 1028. cum titulo ZOPHAR BEN ZOHAR *Tejessir fil maduina* f. de perfectione & compositione codex est, patris forte potius.

Citat J. LEO *provisionem peregrini & de cura oculorum*, & utrumque AVENZOAREM distinguit. Filium ponit ad seculum IX. hegiræ, & MANSORI Marocci principi addit infervivisse.

## §. CXLII. AVERRHŒS.

ABU ELWALID MOHAMMED EBN ACHMET EBN MOHAMMED EBN ROSCHID Hispanus, Cordubensis, philosophus subtilis, iudex, vir splendidus atque magnificus, ob hæreseos suspicionem in magnas calamitates incidit, & obiit exeunte seculo XII. Medicinam non videtur fecisse, & fere AVENZOAREM sequitur, cum cuius filiis vixit.

*Commentatus* est in *Canticum* AVICENNÆ, cuius commentarii codices sunt ap. CASIRI (\*), tum in B. *Vindobonensi*, in quæ *Leidensi*, in B. S. PETRI *Cantabr.* n. 1871. in B. *coll. nov. Oxon.* n. 1128. in B. R. Paris. hic latinus.

Prodiit seorsim, ut lego, Venet. 1484. fol. Lugdun. 1555. fol. MAITT. Cum *colliget* Venet. 1490. f. TREW. 1496. f. HORST. 1552. f.\* cum ANDRÉE ALPAGI emendationibus, tum Lion 1531. 8.

Deinde majus AVERRHŒS est opus *colliget*, cuius editiones sunt quas diximus, etiam Venet. 1482. fol. UFF. 1497. fol. TREW. 1498. fol. MONTFAUC. 1497. f. TREW.

Codices MS. sunt in B. D. MARCI, in B. R. P. n. 6449. 6450. hi latini; in B. *Coll. nov. Oxon.* n. 1127. in B. S. PETRI *Cantabr.* n. 1874. in B. BODLEYANA, nisi erro in lingua, n. 1300.

Hoc opere fere compendium medicinæ continetur, qualis eo ævo innotuerat, anatome; chirurgia, materia medica, praxis hæc libris II. III. IV. V. VI. VII, quorum libros II. VI. & VII. J. BRUYERINUS nitidius latine reddidit, in libro V. JACOBUS MANTINUS aliqua emendavit.

Librum *de febris* anno 589. heg. absolutum habet CASIRI (†) in collectione Veneta *de febris*.

*Canones* 34. *salutares de medicamentis* latini sunt in B. R. P. n. 6999.

*L. de theriaca* adjectus est editioni Venetæ 1553. fol. ubi additur, primum nunc prodire, ex bibliotheca J. a CRUCE. Codex ejus exstat in B. PAULINA Lipsiensi, & in B. *Coll. nov. Oxon.* & in B. *Coll. Orient.* denique Arabicus apud CASIRI (\*\*). Monetur theriacam in sanis hominibus non debere adhiberi, neque continuo usu, neque in fluxibus, nisi sint de frigidorum genere.

*L. de venenis* seorsim prodiit Lion 1517. 4.

Vita viri est inter vitas 12. medicorum STEPHANI de VILLA Burgos 1647. 8.

## §. CXLIII.

(\*) n. DCCIC. DCCCXXVI. DCCCLVIII.

(†) n. 879. excusum.

(\*\*) n. DCCCLXXIX.

## §. CXLIII. MEDICI ALIQUI ANTE MOSSEM &amp;c.

FILIMON.

EBIBULA f. ZOE pater MARUN MOSIS

EBU MASAR ALFARABBI Ejusd. in *aphor.*MERVAN f. ZOR MOSES in *aphor.*

MELZIGIAR apud BOLCHASEM.

## §. CXLIV. MOSES MAIMONIDES.

ABU AMRAM MOYSE BEN OBEIDALLA BEN MAIMON al CORTHUBI, f. Cordubensis, AL JEHUDI (a) celeberrimus Judæorum doctor, vulgo *Maimonides*, qui aliquamdiu pro Mahomedano habitus rediit ad Judæos, inque Ægypto vixit (b). Obiit a. hegiræ 605. neque medicinam exercuit.

Ejus *paraphrasis artis medendi* GALENI est in B. *Scorialensi* CASIRI (c).

Ejus tr. *de regimine sanitatis ad Sultanum Babylonie*. Codices sunt Hebraici in B. R. P. n. 393. 413. in *Vindobonensi* I. p. 178. & alter non bonus ib. Latine vertente ARMINGANDO BLASIO B. CAI. GONV. n. 974.

Editus est Florentiæ absque anno, sed vetusta est editio (d), tum Venet. 1514. f. 1521. f. 1553. f. cum AVENZOAR. Aug. Vindel. 1518. 4. TREW. GUNZ. PLAT. Lion 1531. f. GUNZ. Germanice 1681. TR. Breve est diæteticon.

EJUSD. MOSIS *aphorismi secundum doctrinam* HIPPI. & GALENI prodierunt Bonon. 1489. 4. & ib. sine loco & anno 4. TR. GUNZ. Venet. 1497. fol. \* cum RHAZEI variis Basil. 1579. 8.

Compendium est medicinæ universæ, etiam anatomæ, chirurgiæ, pathologiæ, semeioticæ, botanicæ, diæteticiæ per omne genus ciborum, materiæ medicæ, tum l. *de miraculis* f. rarioribus in arte medica eventis, fere ex GALENO sumtus. Addit noster suas etiam adnotationes. Diabetem in terris occidentis non videri, sed in Ægypto utique. Passim dubia suo in GALENUM proponit, & ARISTOTELEM contra GALENUM defendit. Ideo forte CONRINGII laudes meritus est.

Citat EBN ZOR & TEMIMI de lapide quodam.

Exstat codex in B. *Scorialensi* n. DCCCLXIII. in *Vaticana*: in B. *Taurinensi*.

EJ. *de venenis & curationibus* reperitur MS. in B. *Scorial.* (e) cum nomine MUSA ABI AMRAM. In *Medicea* B. codex exstat vertente MOYSE f. TABLUN fil.

(a) ABULFARAI p. 294.

(b) CASIRI p. 293.

(c) n. DCGXLVIII.

(d) B. BURCHARD.

(e) CASIRI n. DCCCLXXXIV.

f. SAMUEL; tum alius in B. *Corp. Christi Oxon.* n. 1592. in B. D. PETRI *Cant.* n. 1871.

Ab ARDOYNO sæpe citatur.

Codex *de morborum causis & curatione; de rebus ad artem medici pertinentibus, de curando asthma* extat in B. R. P.

*De animalibus, avibus, piscibus, lapidibus & hortum sanitatis* citat WOLF, & versionem AVICENNÆ, cujus codex hebraicus sit in B. J. DOMINICI.

L. *de cibis vetitis*, etfi alterius scopi, utcunque huc facit. Edidit latine verfum, & notis illustratum MARCUS WOELDICKE Hafn. 1734. 8. PL.

GALENI libros XXI. noster in *epitomen* contraxit. Aliqua medica esse lego in ejus opere *Jad Chafaka*.

Filium reliquisse in eruditione patri similem lego.

WOLFIUS distinguit MOSEH RAPHI, cujus sunt aphorismi, qui sit MARMONIDES, ab alio MOSE f. ROVAM.

#### §. CXLV. SCRIPTORES HEBRÆI ETATIS MIHI IGNOTÆ.

ABRAHAM BEN DAVID ARIA f. LEO WOLF.

ABRAHAM BEN SALOMON COHEN, qui *de febris malignis* scripsit l. qui est in libris WARNERI.

AVIL HAKIM *de tuenda valetudine* WOLF.

AVIL MENI ALI NAFID *de variis rebus seplasariorum* ID. Nomen, ut vereor, corruptum.

R. ISAAC BEN ALI BEN ATHAR *de mulierum rebus.* In B. VATICANA.

JOSEPH IBN VEIBASCH apud HOTTINGER.

MORDECHAI COHEN f. DAVID COHEN *collectanea medica* WOLF.

R. MESCHULLAM BEN JONAI vertit ALZAVALI. Codices sunt in B. R. *Par.* & in *Vindobonensi*, vertit etiam ISAAC, cujus codex est in B. R. *Paris.* WOLF.

NATHAN f. PALKEN sunt *sententiæ* ex HIPPOCRATE, GALENO, & *index materiæ medicæ*, cui titulus *opobalsannum corporis.* In B. *Taurin.* I. p. 19.

NATHAN f. ELIEZER WOLF.

#### §. CXLVI. ALII DUODECIMI SECVLI SCRIPTORES.

ABBASSIDARUM imperium paulatim ruinam dabat. Ipse jam ALMAMON pessimo exemplo Chorasaniam hereditario jure duci bene de se merito donaverat. Africa jam ALRASCHIDI temporibus defecerat. Posteriores Khalifæ neglecto officio religioso, curam etiam imperii deposuerant, & auctoritas paulatim ad Turcas prætorios eorumque principes transiit. Cum his imperatoribus in oriente & reliquæ

reliquæ artes, & una medicina, languerunt, ut nunc ejus præcipua fides in Hispania esset. Medicos interim seculi XII. aliquos citabo.

GEORGIUS Antiochenus, medicus parum philosophus, circa heg. 510. multum negotium facefferat ABUL CHAIRO SALAMO EBN RAHMAN medico Ægyptio.

HEBAT OLLA EBN SAID EBNOL TALMID (a) Bagdadensis, seculi sui decus, medicus Abbassidarum, obiit a. 560. heg. secularis senex.

HEBAT OLLA EBN MELCAN ABUL BARACAT AUHAD OL ZAMAN, Judæus, inde Mahomedanus, medicus doctissimus audit sui seculi (b).

HEBATOLLA EBNOL HOSEIN, Ispahanensis, vir eximius ABULFARAIO teste (c), modo dictis medicis antiquior.

ABUL HASSAN SAID AL HADHIRI medicus Khalifæ, filius HEBAT ALLAH TALMIDI (d).

ABULKHAIR, Archidiaconus, filius TALMIDI (e), SAEDI frater, commentator AVICENNÆ.

ABU'L HELM AL MOGREBI, Murciensis, ex Andalusia migravit Bagdadum, aromatarius & clinicus celebris.

SAMUEL EBN JUDA, pariter ex Andalusia, Judæus (f), in Orientem etiam migravit, & Islamismum amplexus est.

AL RAHABI Damascenus, vir divitiis florens, Sultani NUREDDINI medicus (g).

ABDOSSALAM EBN INGRIDUST AL JABALI (h), Bagdadensis, ob suspectam philosophiam diu carceri mancipatus.

YAHIA EBN SAID EBN MARI Christianus.

ASLAKI, discipulus AVICENNÆ, scripsit de causis & signis morborum (i).

SAID EBN HEBATOLLA EBNOL MOWAMMEL ABU'L HASSAN Cairensis, Christianus, medicus Khalifæ ABNASSAR, auctor l. *al forhwa* l. selectioris partis medicinæ, sub finem hujus seculi obiit.

MOHAMMED EBN ABDOSSALAM, Maradinensis, discipulus EBNOL TALMID.  
AL

(a) ABULFARAI & HERBELOT p. 440.

(b) HERBELOT p. 440.

(c) p. 260.

(d) p. 440.

(e) Ib.

(f) ABULFARAI p. 268.

(g) Id. ib.

(h) p. 295.

(i) HERBELOT p. 78.



AL EMAM AL PHACHER AL RAZI MOHAMMED EBN OMAR, qui in AVICENNAM animadvertit p. 388.

ABDO'L RHAMAN EBN ABDO'L CARIM.

MASIHI EBN ABUL BAKAI, Nilensis, cognomine ABU'L CHAIR EBNO'L ATTAR, & ipse commentator p. 388. 401.

THOGRAI MASUDI medicus (k), idem Alchemista, philosophus & poeta, tristem vitæ finem fecit a. 515. heg.

ESSERICH ESSACHALLI medicus & Astrologus (l) Siculus.

IBN SAIGH Hispanus, idem philosophus & hæreseos reus, coram AVERRHOIS patre causam dixit, & sub medium seculum obiit (m).

ABU BECR EBN TOPHAIL Hispalensis, medicus, *philosophi autodidacti* auctor, præceptor AVERRHOIS & MOYSIS (Maimonidæ), obiit a. 571. (n).

ABDAL WAHED BEN ABDAL AL RAZZAK, auctor *tag fi kejsiat al alag*, de medicamentis simplicibus & compositis, & eorum facultatibus. Codex est in B. P. (o). Vixit anno c. 1150.

ABU MANEN BEN ABU NASSAR BEN HAFFADH ISRAELI HARUNI, vulgo COHEN ATTAR, pharmacopola Cairensis, ex AARONIS stirpe. EJ. est l. *Menhag al dokjan u dokan*, s. praxis pharmaceutica. Circa a. 558. heg, vixit. Codex est in B. R. Paris. (p).

Aliter lego, ABUL MENI BEN ABU NASIR BEN HAFEZ, pharmacopolam Cairensensem, dictum COHEN al ATTAR al ISRAILI EL HARUNI, qui scripserit circa a. 558. *Menhage al decan u desti alafan*, s. pharmacopœam (q); qui idem est procul dubio scriptor.

OMMIA BEN ABDALAZIS EL ANDALUSI scripsit *adujat almofredat*, s. de medicamentis simplicibus. Obiit a. 529. HERBELOT.

MOHAMMED BEN ABDUL MULC BEN ZAHAR ANDALUSI circa 594. ex peste obiit (r).

ABU MASLAT al ANDUSI obiit a. 529. hegiræ. *De medicamentis simplicibus* scripsit.

DAUD BEN NASSAR al ACKHBARI al MUSSALI, medicus familiæ FATIMITARUM, qui Cauri imperitaverunt. Ejus *mohajat alvadraq alag radhat men al raddbin*,

(k) J. LEO p. 276.

(l) Id. p. 278.

(m) p. 279.

(n) p. 281.

(o) n. 1020.

(p) n. 1086.

(q) HERBELOT p. 577.

(r) Id. p. 925.

*rabbin*, liber dicatus fratri SALADINI (f), exstat in B. R. P. & in *Medicea*. De medicamentis agit compositis.

ABU BEKR YESDENSIS, vulgo YESDY, scripsit anno heg. 597. l. *de rebus naturalibus, oleribus, arboribus, frumentis, venenis*. Codex est in B. R. P.

ABU LOLA BEN ZOHAIRI, Christianus, scripsit anno c. 1165. de vera & selecta utilitate ex plantis & medicamentis percipienda compilationem (t).

ABU MARWAN BEN ZOHAR auctor est l. *de medicamentis & diata* ap. CASIRI (u) & in B. *Medicea* Judæi opus.

KHOGENDI scripsit *Bostan al Attharin*, s. hortum pharmacopolarum (x).

ZEINUDDIN ISMAEL BEN HOSSEIN EL GIORGANY I, persicum *de medicina* scripsit, cujus codices sunt in B. R. Paris. (y) & *medicinæ compendium* (z). HERBELOTUS vocat *agradhat Theibat & Dhadkerat khoraverschahiat*, & scriptum addit esse anno 530. (a).

### §. CXLVII. SECVLUM XIII.

DHIAEDDIN ABDALLA BEN ACHMET *al* MAGREBI BEN BEITHAR, sive medicus veterinarius (b), Afer Malacutanus, SALADINI aliquamdiu medicus, obiit a. 648. heg.; amplissimi de materia medica operis, sed inediti auctor, veterum Græcorum scriptis innutritus, magnus peregrinator. Vana & parum firma se rejicere in prologo promittit, quem edidit CASIRIUS. Scripsit etiam *compendium magni operis*, & l. *de limonibus* (c), & praxin medicam, & contra BEN GIAZALAH se tuitus est, quem ideo oportet cœvum fuisse (d), aut priorem.

EJ. l. *de malis limoniis* Venetiis a FRANCISCO BUTIRONO, tum Paris. 1602. & curante MARTINO GHISI Cremon. 1753. ex MS. denique cum amplis commentariis PAULI VALCARENGHI Cremonæ prodiit 1758. 4.\* ad GHISI ut puto editionem, cum tribus versionibus. EBN BEITAR in universum vires medicatas auxit, & docuit, ut sirupus ex malis limoniis coquatur, quem valde commendat.

SEDIDEDDIN ALKADHARARI *mogni schar balmogiaz fil thebb*, est compendium operis BEITHARIDÆ (e).

Ecc 2

Utrumque

(f) HERBELOT p. 667.

(t) CASIRI n. DCCCCXXXIX.

(u) n. DCCCCXXXIX.

(x) HERBELOT.

(y) n. 145. 146. 147. 148. 149.

(z) B. R. P. n. 159.

(a) p. 420.

(b) B. Bot. p. 199. CASIRI p. 276.

(c) Ib. p. 200.

(d) p. 394.

(e) HERBELOT p. 597.

Utrumque adfine nomen est ELLUCHASEM ELIMITHAR, filii HADADUM, filii BUCCELLAM de BALDACH, cujus *Tacumi sanitatis* prodierunt Argentor. 1531. fol. \*. Germanice etiam versi a MICHAELE HERR ib. 1532. fol. Alii, ut auctor *Cat. codd. B. Brit.* tribuunt ALBUCASI.

Tabulæ sunt fructuum & olerum, quibus vescimur, cum viribus medicatis, & rerum in univcrsum non naturalium indice.

IBN ALI OSAIBAH vel OSEIBAH *vitas medicorum* scripsit circa annum c. 1273, quarum codex exstat in B. BODLEYANA n. 5602. & in B. *Leidensi*: sed eæ vitæ ineditæ sunt hæctenus; vitam tamen EUTYCHII episcopi & medici POCOKIUS cum annalibus ejus EUTYCHII edidit, & fragmenta aliqua de vita BACTISCHUÆ FREINDIUS. Summa capita dedit J. JAC. REISKIUS in *misc. observ. medicis ex Arabum monumentis* Leid. 1746. 4. \*. HERBELOTUS vocat EBN ABU OSAIBAH *al KHAZARGEH*, & librum *ojun al auba fi thabarar alattbaba* (f): & alibi nomen lego MUAFFEK BEN ACHMET, BEN CASSEM BEN ABI OSAIBAH qui obierit a. heg. 668. Nisi is error est, ut in opere posthumo.

Aliud ejusdem ABI OSEIBAH opus est *raviorum casuum e praxi medica* defunctorum. Negat id se vidisse Cl. REISKE; & nisi negavisset, putassem, ex eo defumta esse, quæ ipse decerpfit, de morbo fractura pectoris dicto, quam passus ipse auctor convaluerit: tum de obesitate per terrorem sanata: de funesta in cervice pustula: de camphoræ in gangræna eximio usu: de curatione frigida circa annum hegiræ 290 in morbis nervorum & spasms summa cum felicitate introducta; de ingente penis inflammatione ex coitu nefando cum bestia nata: de diarrhœa funesta ex usu lactis bubalini, quæ fragmenta REISKIUS conservavit.

NAFIZ BEN AVAD ALKERMANI hujus est ævi. Commentator AVICENNE (b).

ABU ISCHAK IBRAHIM BEN MOHAMMED scripsit *Tadhkerat al savidi*, s. de medicamentis simplicibus: vixit ineunte seculo XIII.

ALAMAH *Esharat almofredat*, s. opus de medicamentis simplicibus, scriptum est a. c. 1254. (i).

ABU HASSAN ALLADDIN EBN ALI HAZM, Karfchita, vixit exeunte seculo XIII. & scripsit *compendium medicinae*. Codices sunt in B. *Leidensi* & in B. R. Paris. (k).

ABU

(\*) *B. Bot.* p. 200.

(f) p. 696. 992.

(h) p. 389.

(i) HERBELOT p. 84.

(k) n. 1050. 1051. forte & 1019.

ABU SALEM *ben* CARABA medicus vixit circa a. 636. (l).

ALI EBN ACHMED ABUL HASAN, vulgo EBN HABUL, Bagdadensis, Maufolenfis principis medicus, scripsit *Al Mochtar*, diversum a synonymo l. dicto p. 395. ut ex temporum ratione sequitur (m).

ABU'L CARM SAED EBN TUMA (n), Christianus, felix medicus, occisus est a. 620.

JUSEF IBN YAHIA EBN ISAAC, Sabtenfis Mogrebinus, Judæus, Halebi vixit (o), & obiit a. heg. 623.

Ejusdem ævi fuit HASNUN (p), medicus Rohenfis, a. 625. celebris & peritus, tum JAKUB EBN SAKLAN Christianus Hierosolymitanus, qui in nosodochio, deinde in aula principis ALMALEC *al* ADEL medicinam fecit.

CANA MUSALI *de Baldach*, cujus opus prodiit 1499. fol. \*. Non poterit ferioris esse ævi, cum curam Amiralis Khalifæ Bagdadi gefferit. Multus est in medicamentis. Codex est in B. R. P. (q)

ISA BEN ALI *al* CABHALI *tadhkerat alkachalin* Venet. 1499. fol. \*. 1506. fol. BUR. vulgo JESA f. HALI. Integra materies medica (r).

BORHAMMEDDIN MOHAMMED BEN MOHMAMED *al* NASSAH in AVICENNAM scripsit, & obiit a. 688. (s).

MUHAMMED ABEN ISAAC Judæus Toletanus, vixit anno C. 1265. (u)

ABU BEKER BEN ALI BEDR *al* BEITHAR, equitum magister Ægyptius, scripsit *Kamel al sanua thain* s. veterinariam, cujus codex est in B. R. Paris. (x).

SIMEON CHURTABUTENSIS, vir non doctus, sed probus & pius (y).

AIKADI *al* ARRAM JAMALODDIN EBNO'L KOFTI medicus & Wisir Sultani ALMALEC ALZIZ (z).

Eee 3

THEODO-

[l] HERBELOT p. 39. ABULFAR, p. 317.

[m] ABULFARAI p. 300.

[n] lb.

[o] Id.

[p] p. 316.

[q] p. 140.

[r] lb.

[s] HERBELOT p. 162.

[t] ABULFARAI p. 316.

[u] in *B Scorial*.

[x] HERBELOT p. 246. 20.

[y] Id.

[z] p. 340.

THEODORUS Antiochenus Christianus, quem dicunt ad Imperatorem Francorum regem vocatum, veneno se interemisse (a).

MASUD Bagdadensis EBNO'L CASS ejusque (b) filius.

GARS OL NEEMAT ABU'L NASR, iste vir doctus.

ISA ejus discipulus.

TAKIODDIN *Ebn o'l Chatab* (c), peritus medicus.

SCHARFODDIN EBNOL RABBA magnus medicus, ABULFARAH præceptor, cujus dicuntur scholia esse in canonem AVICENNÆ.

JAMALODDIN ejus frater, clarus clinicus.

BADRODDIN EBN CADI Balbecensis. EJUS est *Mopharreh o'l Naphs*, in quo medicamenta simplicia & composita lætificantia recenset, & AVICENNAM carpit.

NAPHIS ODDAULA EBN TALIB Damascenus, medicus regis Tatarorum Hulaku.

ALMOWAFAK JACOB Damascenus, Samaritanus, felix medicus.

Sub finem seculi PHACRODDIN *al Achlah* (d).

TAKIODDIN ALHOGESHI EBN TOLAIB *al Damaschki* ejusque filius SAPHIODDIN, hic Christianus.

Cum AL MELIK *al Modhaffer* a. 658. a Sultano BIBARSIO occisus fuerit, ei vero principi ABU BEKER O'L FARSI suum opus dicaverit, hujus erit ævi. Titulus est *Ketab al dorrat al montekhabat fil adujat al mogiarrat*, de medicamentis expertis (e). Codex est in B. R. P.

ABRAHAM IBN O'L SAHAL Hispalensis medicus & Astrologus, Judæus, aliquando coram AVERRHOE tunc judice causam dixit (f). Conf. cum IBN SAIGH p.402.

EL MUHASED ETTOSI f. Tofensis.

IBN OL CHATIB KASI, f. Rajensis, AVERRHOE aliquanto junior, quem voluerat audire. Auctor est *Elm suphi*, in quo l. consilia medicorum collegit, cum eorum argumentis & rationibus. In anno quo mortuus sit, error subest.

Compositiones medicamentorum ex Persico sermone a CONSTANTINO MELITINIOTA sub finem seculi XIII. in Græcum conversæ, sunt in B. R. P. (g).

SCHAIK ALI HUSSEIN HUSSEIN fil. ELANSAI cognomine HAGI ZEIN, vel ATTAR, scripsit circa 770. heg. Persice de medicamentis simplicibus & compositis (h).

§. CXLVIII.

(a) p. 341.

(b) p. 342.

(c) p. 343.

(d) p. 358.

(e) n. 1085.

(f) J. LEO n. 29.

(g) n. 2194.

(h) B. R. P. n. 157. & 150.

## §. CXLVIII. ALBUCASIS.

Hunc scriptorem FREINDIUS in seculum collocat XIII, rationibus quidem non firmissimis usus. Cum vero nihil certi de eo reperiam, neque nomen ABULFARAIUS habeat, neque ipse J. LEÓ, & tamen a MATTHÆO SYLVATICO citetur, interim hic recenséo, quoad certior mihi sedes innotescat. Nomen ei fuit ABUL CASEM CALAF EBNO'L ABBAS. Chirurgiam diximus, præcipuum ejus viri opus (i).

Ejusdem tamen & aliud opus est ALZAHARAVI f. *compendium artis medicæ*, quod Augustæ Vindelicorum 1490. fol. 1530. fol. TR. prodiit, HORST., deinde cum titulo *libri Theoricæ nec non practicæ ALSAHARAVII*, qui vulgo ALZARIUS dicitur, Aug. Vindel. 1519. fol. \*. FREINDIUS titulum facit ALTASRIE. Versio pessima. Tractatus sunt triginta & duo, quibus morbi a capite ad calcem pertractantur. In plurimis RAZEUM sequitur, plurimum etiam in re medicamentaria versatur: non tamen penitus exscriptor, ut nihil habeat proprii. Ita meminit incolarum pagi (casalis) Alkiri, quorum sanguis ex quovis vulnere, etiam ex naribus manu confrictis, ad mortem usque manarit, cujus morbi negat se ullam apud veteres memoriam reperire. Spasmatio urinæ. Se vidisse cui visus restitutus & cataracta discussa sit, usu fellis avium rapacium.

Codex Hebraice versus est in B. Vindob.

Citat suum l. *de decoratione mulierum*.

An idem est CALAF, cujus *antidotarium* habetur, Ejus codex est in B. D. MARCI. Cum nomine certo *Antidotarii* ABULCASIS citat GESNER bibl.

Sed Calaf Judæum *Ilerdensem* habet CHAMPERIUS, cujus sit *Antidotarium*. Quare fere suspicaris SERAPIONIDEM, qui *de simplicibus* scripsit, ipso nostro ALBUCASI nuperiorem esse, cum & AZARARIUM citet, & CALAF, neque probabile sit, tres CALAFOS librum cum *Antidotarii* titulo scripsisse. Unicus tunc idemque superesset CALAF, idem qui ALBUCASIS & ALZAHARAVI.

Ejus etiam est l. *servitoris*, quem non repeto (k) & cujus perantiqua est editio Venet. 1471. 4. MEAD. Tres sunt libri ABULCASEMI, quibus formularum compositio, & præparationis encheireses, & utilitates medicæ traduntur. Passim chemica aliqua intercedunt.

ABULCASEMI l. *de curandis oculorum morbis* Hebraice vertit NATHAN MENTHÆUS apud HOTTINGERUM.

## §. CXLIX.

(i) B. Chir. I. p. 137.

(k) B. Bot. I. p. 201.

## §. CXLIX. SECVLVM XIV.

JOSEPH BEN ISMAEL *al GIUNI*, alias *Ibn ol Cutbi*, cujus est codex *Malajafa* (1), vixit initio seculi XIV. Thesaurus est botanicus, ex BEITHARIDE descriptus:

Est etiam ejusdem ævi JOSEPH fil. ISMAEL EBN AL CABIR, cujus est l. *de iis, quæ medicum oportet non ignorare*, remediolorum simplicium & compositorum catalogus (m).

Sed MOHAMMED ABDALLATHIF BEN JOSEPH *al BAGDADI* *Ketab fi ossul mofredat al thabib*, accurate ejusdem est significationis, temporis & argumenti (n).

RASCHID THABIB, cognomine FADHLALLAH BEN OMALEDDIN ABULKAIR BEN ALI, medicus principis *Tschengida*, circa a. 1303, scripsit *Mogni al Raschidiab* (o).

ZACARIA EBN MOHAMMED EBN MAHMUD *al KEMUNI al CASVINI*. Ejus est *Aschiaib al Makhlujat vgaraib al Maglukat*, f. admiranda & peregrina (p). Codex est in B. R. P. n. 983. Legitur etiam cum nomine *al KARSVINI Mogiarabat al Calsuni*, f. expertorum medicamentorum collectio (q).

ALI BEN OMAR *al CASVINI* scripsit in RAZEI *Mobassal* (r).

SCHEIK ALI BEN HUSSEIN *al ANSARI* cognomine ZEIN *ul ATTAR al SCHIRAZI*, scripsit de medicamentis simplicibus circa a. 770. (s).

MOHAMMED f. MACHMUT pariter *al SCHIRAZI*, ævi mihi non noti commentatus est in ABDALLATHIF, egitque de medicamentis simplicibus & compositis (t).

MUMEN BEN MOKIL *al SIRASSI* qui a. 741. obiit. Ejus est *Thadkerat al movadiat fi eln althebb* (u).

MUHAMMED filius ABDALLA Granatensis, circa anno 761. opus scripsit medicum.

MOHAMMED BEN MACHMUD *al SCHIRUNI*, nepotis Orkani medicus, scripsit *Elassiat fil thebb*, quod opus Turcice versum habetur (x).

KHEDER

(1) *Conf. B. Bot. p. 202.*

(m) B. R. P. n. 1029. 6375.

(n) lb. n. 1090. 1088.

(o) HERBELOT p. 711.

(p) POCOK ad ABULFARAI p. 376.

(q) B. R. P. n. 1082.

(r) HERBELOT.

(s) B. R. P. n. 167. &amp; denuo 161.

(t) lb. n. 1003.

(u) HERBELOT p. 947.

(x) lb. p. 790.

KHEDER BEN ALI BEN KATTHAB, cognomine HAGI PASCHA: ejus quatuor tractatum circa a. 758. scriptorum, secundus est de cibis & medicamentis (y). HERBELOT vocat HAGI PASCHA ALAIDNI, ejusque librum *taskil fil thebb* s, compendium theoriæ & praxeos.

AIDEM BEN ALI al GIABDEKI scripsit *Borhan fi asrar elm almizan* de omnibus partibus philosophiæ. Obiit a. 739. (z) heg. Idem fuerit EZZEDDIN BEN ALI BEN AIDEM al GALDEKI, qui physica & medica scripsit (a).

BEDREDDIN HASSAN BEN OMAR BEN HABIB, de rebus naturalibus, animalibus & plantis scripsit circa 778. (b) heg.

ISAAC BEN ISRAEL I. de animalibus & herbis, hebraice a. C. 1383. scriptus dicitur extare in B. Medicea.

JUDA IBN ISAK ASTILAGI. Ejus codex scriptus a. 789. heg. collectus est ex HIPPOCRATE, GALENO, AVICENNA, RHAZEO, & agit de theriaca, medicamentis simplicibus &c. (c).

ABDERRHAMAN NASSER BEN ABDALLA obiit a. 774. Ejus est *hab fi asrar al Nekab*, s. de rebus ad venerem promovendam idoneis (d).

Hujus seculi fuerit GREGORIUS EBN HAKIM EBN KOPH al NASRANI Christianus, vulgo ABULFARAI, cujus ex historia dynastiarum pleraque oportet repetere, quæ firmiora de Arabibus innotuerunt. Edidit EDVARDUS POCOCK Oxon. 1663. 4. BB. lat. & Arab. Idem aliqua huc facientia adspersit ad ABULFARAI specimem historiæ Arabicæ Oxon. 1650. 4. BB. *Declaravit* idem GREGORIUS AVICENNAM, & in compendium reduxit.

§. CL. SECVLVM XV.

Destructis Khalifis, Ægypto in Mammelucarum mere militarem potestatem redacta, labefactata paulatim potentia Saracenorum, artes etiam Arabum sensim elanguerunt. Citat aliquos hujus ævi medicos J. LEO.

ETTPHESIENIUM (nomen parum plenum) in Chorasia natum, qui in carcere perierit a. 815. heg. Inter medicos recenset J. LEO, nullum tamen ejus opus citat, quod medici sit argumenti.

ALAEDDIN

(y) B. R. P. n. 1017.

(z) HERBELOT p. 78.

(a) Id. p. 957.

(b) Ib. p. 74.

(c) CASIRI n. DCCCLXVIII.

(d) B. R. P. n. 1091.



ALAEDDIN MOHAMMED BEN MOHAMMED *al* BOCKHARI celebris a. 802. pharmacopola (e).

ABUL HASAN IBN O'L HAIDAR, Fezzensis, qui a. 818. heg. obiit, & *curam peffis* scripsit (f).

MUHAMMED ABEN ISAAC de re medica auctor. Vixit a. C. 1413. (g).

ABU BAHAR IBN O'L CHALSON obiit a. 828. heg. medicus & poëta.

ABU ISCHAK BEN IBRAHIM BEN MOHAMMED BEN TARTHAN *al* MOTE-THABBEB scripsit *Tadhkerat al savidi* f. de medicamentis simplicibus, circa heg. a. 820. (h).

HARON BEN SENTON, Judæus Suzzensis, a ministro regio cum suis popularibus occisus a. 872. (i).

JALALODDIN ABDO'R RAHMAN *al* OSYVTI a. 849. heg. natus est (k). Ex patria adgnoscat hunc esse HADBERRHAMANUM, cujus triplicem tractatum *de proprietatibus ac virtutibus medicis animalium, plantarum ac gemmarum*, ex Arabico latine vertit ABRAHAM ESCELLENSIS, & edidit Paris 1649. 4. cum notis JOHANNIS ELIOT. Eum mihi nondum vidisse contigit.

ISAAC BEN HARUN SCHELMON Hispanus. Ejus virium alimentorum memoria, ex GALENO, HIPPOCRATE &c. in filii gratiam conscripta est a. C. 1425. in civitate Guadalajara (l).

ALAEDDIN EBN *al* NAFIS commentarius in HIPPOCRATIS aphorismos scriptus est anno hegiræ 887. (m).

Ejus est compendium universæ medicinæ (n).

ALMANAVI medicus Hispanus. Ejus *comm. in Hipp. aphorismos* anno scriptus est 893. (o). Hujus fere est ævi, cum ABULPHARAGIUM cum cognomine ELCOPH saepe citet.

*Regia medicina practica Castellana* (p) scripta Toleti 1414. auctorem videtur habere Hispanum, sed eo tempore medicina pene apud Arabes fuit.

ABUL ABBAS BEN MOHAMMED *al* SARACKSI, obiit a. heg. 800. Scripsit & ipse *Zal al mosafir* f. *viaticum peregrinantium*.

ALGAFEKI

(e) HERBELOT p. 144.

(f) J. LEO p. 293.

(g) C. de VILLA *scrip. hisp.*

(h) HERBELOT.

(i) LEO.

(k) POCOCK ad ABULF. Arab. p. 369.

(l) CASIRI n. DCCCLXV.

(m) MONTFAUCON l. n. 1042.

(n) B. R. P. n. 1009.

(o) CASIRI n. DCCCLXXXIII.

(p) Id. n. DCCCLXXXVIII.

ALGAFEKI liber *fiducia*, de variis medicamentis, ex tribus naturæ regnis, seculi est XV. Fuit, sed seculo VI. heg., MOHAMMED ALGAFEKI, Cordubensis (r).

## §. CLI. SECULUM XVI.

## ET NUPERI ARABES.

HOSSEIN IBN MOHAMMED cognomine AL TABIB de venenis eorumque remediis scripsit, a heg. 983. (f).

ABIL ABBAS BEN MOHAMMED al ASCALANI al MESRI scripsit in Ægypto prophylacticen *Nafuis al anfas fil alfibat* (t).

ABU TAKIN MOHAMMED, vulgo SADREDDIN, anno 941. contra vini usum scripsit (u).

ABU MOHAMMED DAUD ALSARI Cairensis, anno 976. opus medico pharmaceuticum scripsit, de medicamentis simplicibus & compositis (x).

ZEINON ABIDINA f. KHALIL. Ejus est liber datus ad Sultanum Morad Chan (y), forte Amuratem IV. Agit de conservanda valetudine.

MOHAMMET BEN ALAN al MEKKI f. Meccanus scripsit contra usum opii, Bang & Tabaci. Titulus est *Tanbiq dheri aladraq beharmat al theriak va thabak* (z).

MOHAMMED BEN ISRAEL BEN SAAD BEN ALI ANSARI seculi XI. hegir.

SINAN BEY medicus Turca (a).

DAUD ALANTAKI, cujus opera diximus, circa a. 1000. (b), scripsit etiam *Bughiat al mothge fil thebb*, f. systema medicinæ: *Ekhassâ al elal fi fais a la lamerdh v al elal* f. de causis morborum; & *Tadhkerat auli el adbab*. Ejus codices cum titulo de morbis curandis & de medicamentis simplicibus sunt in B. Oxoniensi (c).

HUALMAN circa a. 1000. scripsit *Ketab al mogiarrabat*, f. librum experientorum (d).

ALY SULTAN al KHORASSANI, ante a. 946. scripsit de morbis eorumque remediis,

Fff 2

(r) B. Anat. p. 137.

(f) B. R. P. n. 154.

(t) HERBELOT p. 923.

(u) Id.

(x) CASIRI n. DCCCXXXII.

(y) In B. Lond.

(z) HERBELOT.

(a) della VALLE I. p. 265.

(b) HERBELOT p. 281.

(c) n. 6360. 6377.

(d) B. R. P. n. 1082.

remediis (e), Perfice. Hic est procul dubio Sultanus Carizoniæ, qui seculo XI. dicitur librum scripsisse, quo Perfæ in medendo potissimum utantur (f).

SEID MOHAMMED f. SEID *al ATTHEBA* obiit a. hegiræ 1049, & medicinæ eursum scripsit (g).

§. CLII. SCRIPTORES INCERTÆ ÆTATIS.

ABDALA NARACH Hispanus. C. de VII.

BEN ABDALLAH *al ALACAZI Ketab aladujat*, f. de medicamentis simplicibus (h).

ABDALLAH *al COSSUNI al MESRI* medicus Cairensis, auctor *Canon al at hebba* (i).

ABDELRAHMAN BEN ALI BEN ABI SADIK, cujus codex exaratus est a. heg. 977. Scripsit *fossil Bokrah*, aphorismos nempe HIPPOCRATIS arabice reddidit & notas adjecit; hi commentarii etiam existant in B. R. P. (k) cum notis Perficis, & titulo *mekalat hakim Bokrah*.

MOHABEDDIN ABDELRAHIM filius ALI (nomen satis simile), *Prognostica HIPPOCRATIS* ab HONAINO versa commentariis illustravit (l).

Alius iterum ABDERRAHMAN MOHAMMED *ben ALI ben ACHMED* ex HANEFI secta scripsit *Aldorrat alamiat fil adujat al giamiat*, f. de medicamentis universalibus. Multa superstitiosa inesse dicitur (m).

ACHMET BEN IBRAHIM, vulgo EL HAAZAR *al CARUNI* capitibus LXX. scripsit Commentum peregrinantium, quo euporista continentur ex Græcis scriptoribus in egenorum gratiam collecta (n).

ABRAHAM *ben JEHUDAH* de venenis (o).

ABRAHAM BEN RABBI JEHUDAH de compositione medicamentorum, de nomenclatura simplicium (p).

ABU ALI BEN RISEN methodus præparandorum medicamentorum, existat inter libros NARCISSI (q).

ABU

(e) n. 153.

(f) CHARDIN V. p. 291.

(g) HERBELOT p. 714.

(h) Id. p. 967.

(i) p. 247.

(k) n. 1041. 1096.

(l) n. 1040.

(m) B R P. n. 1087.

(n) CASIRI n. DCCCLIII.

(o) LAMBECC. I. p. 280.

(p) Id. p. 180.

(q) *Cod. Brit.* n. 1708.

ABU ACHAR? f. ABRAHI liber hebraice ab anonymo versus, qui videtur idem esse cum ISAACO (f), cujus septem etiam sunt tract. medicinales.

ABU ACHMET *ben* ABRAHAM de medicina, ab anonymo hebraice versus: codex est in B. *Vaticana* WOLF. Annon idem.

ABU AMRU ISCHAK *ben* MORAD *al* ZACHKALI de potentis (t).

ABU CHARAM IBN EBRASI cujus comm. in AVICENNAM (u).

ABULHAR? Murcianus, medicus Damascenus (x).

ABU GIAFAR ACHMET BEN IZAK ALHOSAINI Cordubensis. Ejus est hortus medicorum, f. collegium, in quo 77. quæstiones proponuntur (y).

ABU GIAFAR BEN ABRAHAM BEN KHALID Hispanus, de medicamentorum substitutione (z).

ABU GIAFAR MOHAMMED BEN HABIB de medicamentis parabilibus (a).

ABU ISMAEL IBRAHIM de rebus ad rem medicam facientibus, Persice scriptus l. & Arabice versus (b).

ABU KOBAIR, *Indi*, *Ketab lavadhua* f. de morbis (c).

ABU MANSUR *al* MOTATIDI de topicis (d).

ABUL MANSUR l. *de medicamentis*, idem forte l. cum priori (e).

ABU MANSUR ELHASEN BEN NUH *al* CANARI. Ejus sunt l. *duo de morbis internis* & *externis*; & *tertius de febribus*.

ABU MASSA *de memoria* & *oblivione*.

ABU MONA fil. ABUNASSER cognomine KUVIN Judæus. Ejus sunt capita 25. de medicamentis simplicibus & compositis.

ABU NASR ANAZARBENOI opus perfectum & sufficiens in arte medica de rebus non naturalibus (f).

ABU NAIM auctor *Ketab athebb* (g).

ABU NASR ADORAN *ben* NASREDDIN ZAULI scripsit *Casi fil thebb*, f. librum medicamentorum ad ordinem morborum corporis humani (h).

Fff 3

ABUSAID

(f) WOLF.

(t) HERBELOT.

(u) Id.

(x) Id. p. 26.

(y) CASIRI n. DCCCLXXXII.

(z) Id. n. DCCCXXXI.

(a) HERBELOT p. 960.

(b) B. R. P. n. 1020.

(c) HERBELOT p. 966.

(d) Ib. p. 947.

(e) in l. NARCISSI n. 1832. *Cod. Brit.*

(f) in B R P. p. 210.

(g) HERBELOT p. 972.

(h) Id. p. 232.

ABUSAID f. HUSSEIN *al* THABIB *al* JEHUDI l. *Perficus ex celebrioribus medicis collectus, de morbis & de tuenda valetudine* (i).

ABU SCHEGIA *al* BASTAMI scripsit *diætam convalescentium* (k).

ABU SEMYOUN de medicamentis simplicibus (l).

ABUZALE de medicinis simplicibus, vertente ARNOLDO *de Villanova* (m).

ABU'L HASSAN *Ketab al Maregiaz fil el Thebb*, f. *compendium medicinæ* (o).

ACHMET BEN ABRAHAM librum medicum scripsit Hebraice versum de medicina.

ACHMED BEN IBRAHIM IBN ABI CHALID, de medicamentis simplicibus ab HIPPOCRATE omiffis.

ADELI *nahajat al adrak fi akryabadhin* (p), f. de medicamentis compositis.

AGBARI *Nahajat al adrak*, f. de medicamentis compositis.

ALI BEN JUSSUF *al* KOBTI scripsit *historiam medicorum & philosophorum, cujus compendium concinnaverunt ABU HAMZEL & ABDALLAH BEN ZAID* (q).

AL KATRANI de arte medica ll. IV. (r).

BEN ALMUKAH *Kefajat al Thebb*, f. *ensus alphabeticus medicamentorum simplicium & compositorum* (s).

BADREDDIN ABU ABDALLA MOHAMMED BEN ABDALLA *al* ZIRKESCHI, de narcotico medicamento *Bang*, & de legibus ad ejus usum spectantibus (t).

BEN ABIL GAITH ALFAKIH *al* KAMRANI, scripsit *shafs alagsam*, f. de remediis primum a se dictis (u).

CAMARINDI medici *quæstio singularis de complicatione febrium* (x).

CANCAH ALHINDI, philosophus & medicus auctor, ll. *de arte judiciaria & l. de purpura feminarum* (y).

CHADR

(i) B. R. P. n. 152.

(k) HERBELOT p. 193.

(l) Id. p. 801.

(m) in B. BERNARD n. 3632.

(o) in B. R. P. n. 1057.

(p) HERBELOT.

(q) Id.

(r) in B. R. P. n. 1005.

(s) HERBELOT n. 953.

(t) Id.

(u) p. 765.

(x) B. R. P. n. 6863.

(y) HERBELOT p. 248. 979.

CHADR *Ebnali*, corpus medicinæ (z).

CHATIB, f. EBN CHATIB Andalusii, de praxi medica (a).

DAHIAH EBN DAHIAH auctor *Akbbar al arhebbah*, f. historiæ medicorum (b).

DHVALNUN *al AKHMINI*, auctor *Mogiarrebat*, libri superstitiosi & magici (c).

EBN ANGEL liber medicamentorum simplicium & compositorum, quo multum in Ægypto utuntur.

EBN ARVADH, de corporibus, quatenus ad rem medicam spectant.

EBN GAMIA, Israëlitæ, medicina (d).

EBN HAGIGE, Jamenfis, de elementorum & qualitatum mutatione (e).

EBN HOBALI MOCKHTAR *fil Thebb.* Laudat utile opus HERBELOT (f).

EBN MALCHI, de medicamentis simplicibus (g).

EBN THOLOUN *al DAMASCHKI* (b), de cautelis pestis tempore necessariis.

EBN RABIAH (si recte legi) *al THABIB argiuzal fil fasd*, f. poëma de venæ sectione (i).

GEMALEDDIN ABDALLA BEN ABUL HASSAN ALÏ BEN AIUB, curatio morborum, f. plena materia medica (k).

GEMALY, de proprietatibus & utilitate medica corporum ex tribus regnis sumtorum Perfice (l).

HALY RODOHAM *Commentarii* in L. *Techni*, sæpissime recusi, & in variis *Articelle* editionibus: ætatis sunt mihi ignotæ, neque enim puto esse filium REDWAN Ægyptium, medicum & astrologum, parum doctum, cujus ABULFARAIUS meminit (m).

HALI MEDDIN MACHMUD *al TABARI* scripsit *Tacuin alarvah*, librum medicum (n).

HASSEN

(z) B. BODL. p. 140. B. R. P. n. 6231.

(a) C. de VILLA.

(b) HERBELOT p. 280.

(c) ID. p. 917.

(d) in B. BODL. n. 6230.

(e) in B. R. P. n. 1081.

(f) p. 619.

(g) in B. R. P. n. 427.

(h) HERBELOT.

(i) ID. p. 707.

(k) in B. R. P. n. 1084.

(l) lb. n. 161.

(m) *Dynast.* p. 236.

(n) HERBELOT.

HASSEN HOSSEN EBN AKKAD, Damascenus, de medicamentis simplicibus & compositis (o) scripsit.

HONAIN fil. AMRAM EBN CANUSI, de medicamentis simplicibus Hebraice (p).

R. JACOB f. JUDE (r), de regimine vitæ Hebraice. LAMBECIUS habet librum ejusdem tituli, sed nominat R. JEHUDA fil. JACOB (f).

JAHIA BEN HAMET BEN EDDIN, de re medica (t).

JOH. *Mussalensis*, cujus praxin medicam WELSCHIUS edendam promiserat.

JADIGHIAR IBN SCHERIE tr. de medicina, undique collectus (u).

IBRAHIM BEN ABI SAID AL THABIB AL MOGREBI AL ALAI, auctor l. de medicamentis simplicibus. Eundem puto librum (a)

IBRAHIM EBN ALWAID AL MOGREBI AL OLAI, f. simplicium medicamentorum vires medicæ. Hebr. (c).

IBRAHIM BEN BEKIR AL ERAKI auctor *Kenash* (b) *Ibrahim*.

JOSEPH f. ISMAEL EBN EBKABIR, de iis, quæ medicum non oportet ignorare (d).

JOSEPH EBN HAK'IM AL BAHIRI celebris medicus, edidit quæstiones propositas medico ISSA BEN ISCHAK BEN ZARAHAH (e).

JOSEPH f. HELY Lexicon Syriacum (f).

ISBI BEN CANDU Granatensis, de re medica (g).

ISCHAK BEN ALI l. *Edab al Thabbib* f. de viribus herbarum (h).

ISCHAK BEN ALI Rohensis f. Edeffenus, auctor *Edab atthabbib* de qualitatibus boni medici (i). Annon IDEM? omnino videtur.

ISSA

- (o) in B. R. P. n. 1080.
- (p) Ib. n. 392.
- (r) n. 393.
- (f) l. p. 183.
- (t) C. de VILLA.
- (u) in B. R. P.
- (a) HERBELOT p. 837.
- (b) Id. p. 956.
- (c) in B. R. P. n. 1032.
- (d) Ib. n. 1029.
- (e) HERBELOT p. 568.
- (f) in B. R. P. n. 168.
- (g) C. de VILLA.
- (h) HERBELOT.
- (i) Id. p. 718.

ISSA BARALI *al Motuthabib* (k), Medicus Syrus.

KEMALEDIN ABU'L FADHL GEISCH IBRAHIM BEN MOHAMED *al TIFLESSI al HAKIM Aladujat al mofredat*, f. de plantis medicatis (l), quo libro CELSIUS multum usus est.

KUSSUNI auctor *Mogni Algiabilat* (m).

MAHUMET BEN ACHMET Hadrianopolitanus (n), vulgo EBN EL ATTHAR Commentarium scripsit in NAFIZ. p. 389, 390.

MAHUMMED ABU ABDALLA *al UBARI* de morbis singulorum membrorum liber Cordubae scriptus a. heg. 612. (o).

MAZURI Ægyptii l. medicinalis ex Arabico Græce versus, erat in Bibl. MICH. CANTACUZZEA.

MODHAFFER EBN NASER dispensatorium medicum (p).

MOHAMMED fil *al RASI* Hispanus, de cognoscendis venarum pulsibus (q).

MOHAMMED BEN ACHMED *al ALUINI al KHORASSI* l. medicamentorum (r).

MOHAMMED BEN ALI BEN OMAR auctor *Afbab v alamat v alagiat*, de morborum causis, signis & curatione. (s).

MOSES f. JAHIA f. ALI mauritanus, de venenis & remediis (t).

MUHAMMED fil. ALI Samaritanus. Ejus est medicamentorum census ad alphabetum (x).

MUHAMMED fil. BEHRAM (y) medicinæ compendium.

MUZAFFER filius MUHAMMED de remediis compositis (z).

OMAR EBN JOSEPH de simplicibus alphabetice scripsit (a).

SAL ALI de medicamentis simplicibus. (b).

SAMUEL

(k) Id. p. 500.

(l) B. R. P. n. 1032. HERBELOT p. 837.

(m) HERB. p. 572.

(n) Ib. 1089.

(o) in B. R. P. n. 1068.

(p) B. BODL. n. 6228.

(q) B. R. B. n. 1046.

(r) HERBELOT.

(s) Id. p. 132.

(t) in B. R. P. n. 1092.

(x) ib. n. 1022.

(y) Ib.

(z) Ib. n. 156.

(a) in B. BODL. n. 6198.

(b) B. Leid. p. 297.



SAMUEL EBN KEDER de re medica (c).

SCHAMSEDDIN MOHAMMED BEN CAIANA *al GIUSIANI* (d).

SCHASCHURDH *al HINDI* (Ind.) l. medicus (e).

SEDEDDEDDIN ALKHADHIRURI *mogni scharh al mogiaz fil thebb* (f). Compendium BEITHARIDÆ.

SEIKURI LUCHMENI, Granatensis, de remediis morborum omnium partium (g).

SERIEDDIN ACHMED BEN MOHAMMED ALANFI de diæta scripsit (b).

SERIGIAH (puto SERGIUS) *al MALATHI*, f. Melitiniotes auctor l. *Tahrir al afkar al thabiat* (i).

TAHIR f. IBRAHIM f. MOHAMMED de morborum curandorum ratione (k).

THOM THOM *al HINDI* de subsultu tendinum (l).

ZAHRAURI l. de medicina (m).

#### §. CLIII. ANONYMI.

*Ketab kharas ul eschia* de proprietatibus rerum; de conficiendis medicamentis (a).

*Waslat ola al allabib fi Waff Atthaibat v aththaib* de confectionibus, confervis &c. anonymi liber, qui ipse ejusmodi medicamenta præparaverit (b).

*Ketab karabadin*, f. de remediis compositis (c),

De remediis laxantibus (d).

De remediis ex herbis & animalibus (e).

Anonymus *de variis remediis usu tempestivis*, inter ea superstitionosa aliqua (f).

Index medicamentorum (g).

De

(c) C. de VILLA.

(d) HERBELOT p. 968.

(e) Ib. p. 971.

(f) Ib. p. 597.

(g) C. de VILLA.

(h) HERBELOT p. 953.

(i) HERBELOT.

(k) in B. R. P. n. 1022.

(l) HERBELOT p. 1031.

(m) in B. R. P. n. 383. Sic n. 384. 385.

(a) B. R. P. n. 160.

(b) HERBELOT p. 950.

(c) in B. R. P.

(d) Ib. n. 383.

(e) Ib. n. 384.

(f) HERBELOT n. 1099.

De viperis & theriaca ANDROMACHI l. in B. *Vindobonensi* (h).

*Sianat al enfan men dba almondan v al nabat v al haivan.* Venenorum ex plantis curatio (i).

*Borrat allamiat fil. adoviat algiamat,* medicamenta superstitiosa (k).

Antidoti Africanæ de remediis in pharmacopœis usualibus, de syruporum & emplastrorum confectio, virtutibus & usu (l).

Columellæ rerum ad pharmacopœam pertinentium (m)

Topica medicamenta (n).

De pharmacopœo (o).

De simplicibus medicinis (p).

Ejusdem tituli codex (q).

Medicina prophetica, f. materia medica ex Corano (r).

*Al Mofredat,* f. simplicia medicamenta (s).

De variis remediis expertis (t).

De medicamentorum compositione (u).

De medicamentis simplicibus ad curandos morbos maxime idoneis (x).

L. simplicium medicamentorum ex Arabibus (y).

L. de unguentis & pilulis ex Arabico Hebraice versus a. R. SCHEM TOB fil. ISAAC (z).

L. Hebraicus, in quo de medicamentis simplicibus ex Græcis & Arabibus collectio reperitur, (a).

L. Persicus de medicamentis simplicibus & compositis, eorum usu & abusu (b)

G g g 2

L. de

(h) LAMBEK. L. I. p. 143. & p. 508. cum iconibus.

(i) HERBELOT.

(k) Id. p. 301.

(l) in B. R. P. n. 1101.

(m) CASIRI n. DCCCLXXXII.

(n) CASIRI n. DCCCXXXIX.

(o) Id. n. DCCCXCI.

(p) in B. BODL n. 3744.

(q) CASIRI n. DCCCLV.

(r) in B. NARCISS. n. 1219.

(s) B. NARCISS. n. 1207.

(t) in B. R. P. n. 1099.

(u) CASIRI n. DCCCXC.

(x) in B. R. P. n. 1034.

(y) B. Medicea.

(z) in B. R. P. 419.

(a) in B. R. B. n. 422.

(b) B. Lond.

L. de medicamentis simplicibus & compositis (c), alphabetice scriptus, & probatio theriacæ bonæ & pravæ, Perfice (d).

Tr. de hæmorrhoidibus (e).

De parturientium doloribus & remediis (f).

Tractatus de cohibendo sanguinis fluxu quo mulieres interdum vexantur. Hebraice in B. R. Par. n. 401.

Hortus aromatariorum (g).

De medicamentis simplicibus & compositis, ex Arabico conversus (h).

Anonymi de compositione medicamentorum: Hebraice (i).

De gradibus simplicium, Hebraice (k).

De medicamentis alvum ducentibus (l).

Ad victus rationem, præter ea, quæ in B. Bot. (m), excerpti.

Huc facit codex de alimentorum facultatibus, ex *Avicenna* Canone L. II. descriptus (n), a. 1413.

Tr. de cibariis (o).

Anonymi l. de tuenda valetudine, alimentorum selectu & usu, aqua, aere fomno, quiete, motu, balneo (p).

L. de alimentis Arabicus & Hebraicus in B. Medicea, & alius ibid., & de sanitate tuenda codex Hebraicus (q).

Ad medicinam in univèrsam.

De medicina L. VII. (r).

De urina tractatus ex Arabibus (s) collectus.

Anonymi de medicina, urinis, pulsibus &c. (t),

Totius

(c) in B. Lond.

(d) Ib.

(e) B. R. P. n. 394.

(f) Ib.

(g) Ib.

(h) B. R. P. n. 2144.

(i) in B. Vindob. I. p. 280.

(k) LAMBEC. I. p. 182.

(l) Ib.

(m) p. 210. fq.

(n) CASIRI n. LCCCLXV.

(o) in B. CLARENDON n. 138.

(p) CASIRI n. DCCCXC.

(q) LAMBEC. I. p. 183.

(r) in B. R. P.

(s) Ib.

(t) CASIRI n. DCCCLXVII.

Totius medicinæ compendium (u).

De medicinæ utilitate, dignitate, & cum astrologia conjunctione (x).

*Tadkerat aubiab al Albab* f. memoriale sapientix (y).

Anonymi l. 2. de medicina (z),

Codex MS. Hebraicus ex IBN ZOHAR, IBN SINA, RAZEO & aliis collectus in B. Leidenſi.

Experimenta medica Hebraice & Arabice (a).

Praxis medica (b).

Lexicon medicum (c).

Aliud Arabico Perſicum in B. Leidenſi.

Artis medicæ compendium ex GALENI DIOSCORIDIS aliorumque ſcriptis collectum in egenorum gratiam. De remediis facile parabilibus (d).

*Ketab Karafadin* Perſice de medicamentis compositis (e)

De urinis & pulſibus Hebraice (f).

De pulſibus (g).

Codex de variis remediis uſu comprobatis (h).

*Bah Namah Padifchahi* (i) de remediis ſimplicibus & compositis liber Turcicus, quem addunt maximi fieri.

Alius ejuſdem linguæ anonymi liber de aphrodiſiacis (k).

Alius de palpitationibus, quæ præter voluntatem ſunt (l).

De equorum morbis II. tres (m).

Arcana medica (n).

Ggg 3

§. CLIV.

[u] CASIRI n. DCCCXXXVIII.

[x] in B. R. P. n. 1039.

[y] in B. R. P. n. 1058.

[z] in B. R. P. n. 1056.

[a] in B. VINDOB. LAMBEC. I. p. 183, 280.

[b] Ib. Hebraice.

[c] B. R. P.

[d] Ib. n. 1046.

[e] B. R. P. n. 156.

[f] LAMBEC. I.

[g] l. p. 280.

[h] B. R. B. n. 1099.

[i] in B. R. P. n. 173, 384.

[k] n. 174.

[l] n. 175.

[m] n. 176, 179.

[n] n. 178.

## §. CLIV. STATUS MEDICINÆ IN ORIENTE.

Ut reliquarum bonarum artium, sic medicinæ in Oriente conditio mala est & deploranda. Turcæ Constantinopolitani Græcos Patavii in arte instructos & Hebræos consulunt, quos tamen honore prosequuntur maximo (a). Ipsi potius nescio quem empirismum exercent, aut ex memoria & ad imitationem priscorum curant (b).

Græci medici fere servi sunt medicorum (c).

Perfæ in universum excitati magis ingenii homines empirici tamen, ut ex specimine pathologico & materia medica adparet, quod S. G. GMELIN habet. (c\*) Vehementer refrigerantibus utuntur, & febres calidas aqua, venæ sectione, diæta tenui, cucurbitæ atque citrorum succo jugulant, ut etiam hydropes superveniant (d). THEVENOTUM tamen ea curandi ratione feliciter maximo ex morbo eripuerunt (e). Nofodochia habent, quibus medici præsent (f), ægroti tamen parum bene tractantur. Multum utuntur RAZEO.

Malabares etiam formulas a priscis medicis memoriter receptas discunt, in diæta accurate versantur, in qua sunt feveriffimi. Cæterum herbarum potestates satis accurate callent, iisque minime infeliciter utuntur, ut non nunquam Europæorum felicitatem superent (g).

## §. CLV. CHINENSES.

Antiqui hujus regionis principes sapientia videntur eminuisse, & iis remotis seculis etiam medicorum majorem fuisse peritiam. Quæ enim nunc in artibus, & in nostra pariter, Chineses præstant, ea fere ex antiquissimis libris habent, & fruuntur paratis, ut ne quidem in artibus vulgarissimis, ut in coquenda porcellana, avorum suorum artificia adtingant.

Notum est Chineses peritia pulsus omni tempore eminuisse, in quo tangendo multo plus laboris ponunt, quam ullus Europæorum; eique aliam & aliam significationem tribuunt, uti in alia parte brachii tactus fuerit: figuras etiam & mensuras in pulsibus varias distinguunt, nihil ominis subtiles quam nuperorum Gallorum inventa, ut etiam pulsus hepaticos, stomachicos, renales, lienales apud Chineses reperias, ante THEOPHILUM BORDEV.

Deinde

[a] *Misc. cur.* L. III. p. 138.

[b] SHAW *travels* p. 266.

[c] GUYS. *voy.* II. p. 138.

[c\*] *Reisen*, III.

[d] CHARDIN *voy.* V. p. 307.

[e] *Voy.* L. II. c. 16.

[f] CHARDIN L. VIII. p. 85.

[g] *Malab. Miss. Cont.* VII. p. 431.

Deinde cognitione materiæ medicæ non modica pollent, atque medicamenta studiose, ut omnia ejus gentis, ad antiquorum præcepta, vel ipsi parant, vel per pharmacopolas curant parari. Beato vero cœlo & vicinitati Indiæ debent, quod multa simplicia medicamenta integrioribus viribus instructa possideant, Superstitionis & figmenti in laudibus herbarum multum esse non negavero.

In univèrsum non malos esse medicos legas apud J. BAPTISTAM DU HALDE, qui de hac gente ejusque artibus plenissime scripsit, ut felicitatem curationum passim Europæi admirati sint (a).

L. de *pulsibus* antiquus est auctoris VANG SCHO HO, qui aliquot ante Christum natum sæculis vixit, & ipse antiquiores auctores compilarit, quos & passim nominatim citat. Theoriam nihil est, quod admireris.

TAI SO SU ME KIVE f. *de pulsu*, ejusque commentarius *Pe tsiam* (c).

Inter libros medicos ex præcipuis est *Pent sao*, f. materia medica auctore LI SCHE TSCHING scriptum opus, sæculo XIV. nuperius, & nuper recusum, quo præter plantas etiam medicamenta ex animalibus & ex fossilibus sumta describuntur, & ad omnes morbos auxilia promittuntur: leges etiam curandorum morborum & concinnandarum formularum docentur, & axiomata dantur ad morbos curandos, ut contraria contrariis esse superanda. Formularum specimina addit J. B. du HALDE (d).

Y CUM PIE LI TO medicorum studium principale & necessarium auctore LI CHUM ZIO medico imperatoris, circa a. 1626. scriptum opus (e),

ZEM PU KU KIN Y KIEN auctore LUM SIN, f. antiquum & novum medicorum speculum sæculo XVI. imperante TSCHING KIA MO patre KANG HI prodiit (f).

Nuperus auctor imperante etiam KANG HI scripsit opus TSCHANG SIAG de procuranda longævitæ per victus rationem, potissimum etiam per moderationem affectuum animi. Placet quod prandium uberius, cœnam parciolem præcipiat. A pastu vetat somno se tradere, & ante pastum theam jubet sumere, hæc ex præjudicatis opinionibus.

Neque tamen tanta est medicorum in China eruditio. Nulla examina, gradus in utilissima artium nulli: quisque indoctus medicinam exercet, sua medicamenta præparat, cucurbitulis etiam uti & igne, chirurgos habere lego, & multum in arte medendi subesse theatralis artificii.

LIB.

[a] T, III. L. 3. c. 1.

[b] lb.

[c] in B. R. P. I. n. 32.

[d] c. 4.

[e] n. 33.

[f] n. 34.

LIBER TERTIUS.  
ARABISTÆ.

§. CLVI.

**V**eterum Europæ incolarum aliqua tamen medicina fuit. Eam Gothi reges ipsi exercebant (a). In Occidente, post destructum imperium Romanum, artes vix ullæ superfuerunt (b). Medicina hæcenus apud monachos & presbyteros conservata non tota quidem evanuit. Regibus francorum sui fuerunt archiatri. MARCLEIFUS CHILPERICI R. medicus circa a. 589. (c) vixit. PETRUS THEODORICI nepotis BRUNHILDÆ medicus fuit illustris omnino vir, & familiaris magnatum.

WINTARUS CAROLI M. Archiater (d) videtur infeliciter in ultimo morbo Imperatorem curasse. Uti CAROLUS in univèrsum bonis artibus favit, ita etiam medicas scholas in palatio aperuit, quarum in capitularibus mentio fit (e). Inde posteriori ævo medicina fere apud Clericos substitit, ut Parisini etiam medici jure matrimonii ineundi privarentur. Seculo XIII. FULBERTUS Carnutensis episcopus & Cancellarius medicinam fecit. Ipsa schola medica Parisina circa a. 1220. auctoritate Papali constituta est. Librorum multis seculis vix quidquam in Occidente scriptum est, nisi ISIDORUM velis Hispalensem, qui in *etymologico*, uti aliarum artium, sic medicæ artis propria vocabula, ut potuit, exposita dedit. Liber vero Quartus huc facit, quo historia aliqua artis, morborum acutorum & diuturnorum aliquæ definitiones, cum remediorum brevi censu traduntur. Literis aheneis impressit GUNTERUS ZAINER. B. B.

§. CLVII.

[a] DAHLIN *Svea. rikes histor.* c. 8.

[b] CASSIODOR *divin. Cent.* c. 31.

[c] KOEHLER L. c. p. 5.

[d] J. TOB. KOEHLER *primus artis medica peritia celebris WINTARUS* Gœtting. 1752. 4. \*

[e] ap. KOEHLER p. 15.

## §. CLVII. WALAFRIDUS STRABUS. ÆMILIUS MACER ALII.

WALAFRIDUM in *botanicis* diximus, Helvetum, aut certe in monasterio S. Galli ex ordine Benedicti monachum, qui circa annum C. 842. hortulum scripsit, variis locis editum, Basil. 1527. 8. \*, Friburgi 1530. 8. \*. cum MACRO. In collectione Aldina Venet. 1547 f. denique curante ANDREA RIVINO Lips. 1653. 8. & alias. (a).

Breve, non adeo absurdum opusculum, quo plantarum nonnullarum medicatarum vires salutares carmine heroico laudantur. Scholia quædam JOHANNES ATROCIANUS in editione Basil. adjecit.

ÆMILIUS MACER, Augustei ævi poeta, de herbis scripserat. Eo illustri nomine abusi sunt medio ævo monachi aliqui. Multo nuperioris certe ævi labor est, quem MACRO inscribunt, cum in eo STRABUS & Schola Salernitana citetur, & demum auctoris Galli (b) opus; ut ex corruptis herbarum nominibus intelligas. Plantæ numerosiores, sed ipsa pœsis longe deterior, quam apud STRABUM; pars medica tota ad gustum empiricorum, nimis cum laudibus.

Coram sunt duæ editiones, prior JOHANNIS ATROCIANI cum nonnullis *scholiis* Basil. 1527. 8. \*. recusa Frib. 1530. 8. Altera multum mutata, insigniter aucta, toto libro II. ex SERENO SAMMONICO exscripto, adjectis capitibus de animalibus, quam HENRICUS RANZOV, vir nobilis, Lips. 1590. 8. \*. edidit. Cætera vide B. bot. I. p. 215. A. SIMONE JANUENSI MACER citatur, ejusque plusculi versiculi in *Scholam Salernitanam* transferunt.

COPHON incerti ævi homo, de quo nihil ultra rescivi, sed antiquus, & passim a scriptoribus antiquis citatus. Ejus erat l. *de purgantibus*. Est etiam ejus de *arte medendi* opus cum MESVEO editum. Græcos citat, medicamenta potius habet Arabum. De vomitu & purgatione primum dicit, deque symptomatibus quæ aliquando superveniunt; deinde de adstringentibus & analepticis, digerentibus, alterantibus, & nonnullis medicamentis. Syrupum acetosum valde laudat.

Exstat etiam Argentinensis editio 1534. in B. B. cum titulo *methodus medendi*. COPHONEM inventorem Electuarii frigidi PLATEARIUS citat.

URSO *de urinis* ab AEGIDIO citatur.

ALBERICUS Anglus anno 1079. scripsit *de venenis* ni fallor, neque enim recte memini.

§. CLVIII.

[a] Conf. B. bot. I. p. 214.

[b] Maurella pro Solano, Gaisde [Guède]



## §. CLVIII. SCHOLÆ SARACENICÆ.

Artes in Occidente languentes Arabum auxilia sublevarunt. Antiquissimæ scholæ medicæ, SALERNITANA & MONSPELIENSIS, potissimum ab Arabicis auctoribus ortum suum duxerunt; dum græci scriptores profundissimæ tenebræ occultabant, de quibus præter paucos HIPPOCRATIS & GALENI libellos ab Arabibus conservatos, usque ad XVI. seculum nihil in Europa notum fuit, ut merito ARABISTARUM seculum dixerim. Ex ipsa Germania Toletum, Mahometana schola celebrem civitatem, ad artes aliquas nobiliores discendas vulgo peregrinatum est, in qua schola, cum aliqua physicarum rerum & mathematicum elementa docerentur, pro magis fere habiti sunt, qui amissas artes in patriam reportassent. Ex SCHOLA quidem SALERNITANA plurimi, quos dicemus, medici prodierunt. Eam FRIDERICUS II. privilegio ornavit, ne quis in utavis Sicilia medicinam fecisse vellet, nisi a medicis Salernitanis aut Neapolitanis severa post specimina facultatem medendi impetrasset. Ea schola duodecimo seculo, cum BENJAMIN de TUDELA iter suum suscepisset, pro principe Christianarum in arte medica schola vulgo habita fuit, & anno 1190 ab ABBATE JOACHIMO Hippocraticum collegium dici meruit (a. \*).

## §. CLIX. CONSTANTINUS.

Primo loco pono CONSTANTINUM AFRICANUM, Afrum, Carthagine natum, qui in Oriente diu vixerit, ibique artem medicam didicerit, & Salerno, quæ didicerat, adtulit, demum in monasterio M. Cassini mortem obierit, a. 1087.

Ejus opera diximus cum ISAACO & cum HALY f. ABBAS. Plerasque ostendimus ex Arabibus esse conversa, aut certe imitata. De quibus id minus ostendas, sunt opera Basil. 1536. fol. \*. edita: L. de remediis & ægritudinum cognitione. L. de victus ratione variorum morborum, cujus codex est in B. S. EBRULPHI Uticensis. (a). L. II. de melancholia. L. de incantatione & adjuratione & collisuspensione. L. de mulierum morbis.

L. de humana natura, & de elephantia, & de animalibus prodierunt Basil. 1541. f. B. Tig. Una editi fuerunt libri VII. de morborum cognitione & curatione (nempe Pantegni) L. de urinis: de stomachi malis: de coitu: de animi & spiritus discrimine: de gradibus simplicium. Chirurgia L. I.

Anno vero 1539. fol. ib. curante GAIZONO, Locorum communium L. X.

Non undique barbarus, nihil tamen mihi visus est habere proprii. Multa ubique superstitione.

Addit

(a\*) GIMMA *stor. lett.* p. 683.

(a) MONTFAUC. III. p. 1272.

Addit PAULUS DIACONUS aliqua, quæ non supersunt, *Aphorismi expositionem*, cujus codex erat inter RANCHINIANOS (b); *de pulsibus*; de PLATONIS & HIPPOCRATIS placitis; *de regimine sanitatis* (c).

Pantegni CONSTANTINI jam SIMON Januensis citavit.

GARIOPONTUS, ignotus homo, cujus sunt *de morborum causis, accidentibus & curationibus, ad totius corporis ægritudines remedium*  $\pi\rho\alpha\zeta\epsilon\omega\nu$  L. VIII. Basil. 1536. 8. GUNZ; & *de febribus earumque symptomatibus* L. II. Basil. 1531. 4. \*.

Idem, ut video, qui GALENI *Passionarius* (c\*), quem THEODORUS PRISCIANUS collegit [d], & cujus codex cum titulo THEODOSII PRISCIANI, s. potius GARIOPONTI l. *de ægritudinibus a capite ad calcem* (e) est in B. R. P. Idem est auctor, qui *Dynamidiorum* (f). & libri *de medicamentis expertis*. REINESIO teste.

Scriptit etiam *chirurgiam* (g), & suum l. *physicorum* (h). Medicinam exercuit, & ad propriam experientiam provocat, suoque nomine loquitur. Negat se potuisse hepatis scirrhum sanare; abstinencia a vino multos se podagra ait liberasse. In ictero frequenter hieram dedit: a tertiana notha correptum ante ver proximum non potuisse curari adnotat.

THEODORUM PRISCIANUM citat, & THEODOSIUM & BASILIUM, & JACOBUM. Citatur a SIMONE Januensi. Barbarissime scripsit, mirus homo. Multa habet empirica, medicamina numerosa laudat, & vehementer extollit. Alibi videtur de methodicis aliqua retinuisse, ut spasmus strictivam esse passionem (i). Febres dicit strictas dari, solutas, & complexas (k). Diatriton habet (l), quæ ad PRISCIANUM referas. In univcrsum tamen HIPPOCRATEM & GALENUM sequitur, istumque exscribit, causæ etiam ut cognoscantur, poscit (m). Medicamenta secundum ægrorum diversitatem & morbi tempora alia & alia convenire monet; febrem sedem habere aut in spiritibus, aut in humoribus, aut in solidis partibus (n). Primo mane in synocho cibum dat (o). Crises admittit, diæque criticos.

Hhh 2

Ad

(b) MONTFAUC. II. p. 1283.

(c) B. R. P. n. 6957.

(c\*) p. 257. 294.

(d) M. D. D. S. PETRI CANTABRIG. n. 1869. conf. p.

(e) n. 69. 53.

(f) p. 54. 91.

(g) p. 976.

(h) p. 60. 996.

(i) p. 886.

(k) p. 1236.

(l) p. 145.

(m) p. 3, b.

(n) p. 121. b.

(o) p. 126.

Ad hunc difficilem & salebrosam scriptorem multa exstant egregie notata REINESII *in var. lect.* Parvi fecit REINESIUS exscriptorem *var. lect.* III. 12.

Ex GARYOPONTO multa sumit auctor libri *pseudonymi ÆSCULAPII, de morborum passionumque corporis humani causis, descriptione & cura* Argentor. 1533. fol. 1544. fol. cum HILDEGARDI conf. p. 372.

§. CLX. JOHANNES de MEDIOLANO.

Poema exstat, cujus numerosissimæ prostant editiones, & cujus auctor dicitur JOHANNES de MEDIOLANO fuisse, tamen ut tota schola subscriberet (a). Dicatum est ROBERTO, GUILIELMI CONQUESTORIS filio natu maximo, cum Hierosolyma ad regnum Angliæ capeffendum legitimus heres profiscisceretur, Salernitanos vero medicos ob vulnus consuleret, quod idem putat RENATUS MOREAU ab uxore viri amantissima fuctu esse curatum, etsi eo ævo vulgaris erat opinio (b), veneni funestam vim in fuctricem transituram. Annum definiuerat 1100. ARNOLDUS de VILLANOVA, qui notas auxit, non ipse auctor (c). Editiones fere innumerabiles sunt, quas vide in B. bot. I. p. 216, 217, 218. Mihi hic sufficit RENATI MOREAU editio Paris. 1625. 8. \*, plenissima & castigatissima. Mirum vero est, quam diversus sit numerus versiculorum, in diversis codicibus Cl. virorum, ut NAUDEANUS 183. versus, SCHENKIANUS 1239. contineat (d). MORÆUS plusculos versiculos omisit, quod ad Hygieinem non facerent. Multi versiculi ex MACRO sumti sunt, LEONINI cæterum plurimi.

Titulus est *de tuenda valetudine*: Scopus est facienda & vitanda docere. Præcepta ex veteribus partim, partim etiam ex vulgari opinione desumuntur.

Præter suos commentarios MORELLUS addidit ARNOLDI de VILLANOVA notas, & JACOBI CURIONIS, & J. CRELLII a COSTANSONIO emendatas. Ipse ex ATHENÆO, poetis, & omni antiquitate loca parallela collegit. Loca etiam veterum multa emendat, & ipsius DIOSCORIDIS. Plura dicam ad a. 1625.

§. CLXI. VARIÏ.

OTHO CREMONENSIS non longe ab hoc ævo vixerit, cujus 115. versus leonini *de electu medicamentorum simplicium* Francofurti 1533. 8. Turini 1614. 4. \*, excusi sunt, quibus signa bonæ notæ continentur.

Deinde HILDEGARDIS, Abbatissa Bingenfis, exeunte seculo duodecimo scripsit *de simplicibus etiam medicamentis* L. I., & *de compositis* L. I. Argentor. 1533. f. 1544. f. & alias excusos. Pseudonymum opus & diva indignum esse monet GUIL. du VAL.

JOHANNES

(a) GIANNONE Hist. Neapol. C. X.

(b) p. 604.

(c) MOREAU p. 15.

(d) MOREAU p. 21.

JOHANNES BURGUNDIO, judex Pifanus, sub eadem tempora scripsit codices varios ineditos, *commentarium in GALENUM de alimentis*, & l. *de regimine sanitatis MAZUCHELLI*: est etiam ejus *contra pestilentiam* codex in B. R. Angliæ MONTE. I. p. 631.

ADELARDUS anglus *de re medica* l. numerosos circa a. 1130. scripsit BALE.

JONA BEN GANNACHI, plenius ABU WALID IBN GENNACHI Cordubæ vixit a. 1121. WOLF.

§. CLXII. ÆGIDIUS. ALII.

Et ipse ex Salernitana schola, medicus & poëta, PHILIPPI AUGUSTI ævo vixit. & Corboliensis vocatur (a). Cl. WITHOF tamen suspicatur scotum Atholiensem, & PHILIPPO potius antiquiorem fuisse.

Ejus exstat l. *de urinis*, poëma satis illepidum, cujus finis est, signa & prognostica docere, quæ ab urina repetuntur. Excusum est Venet. 1494. 4. cum GENTILIS comm. Tum UDALRICI BINDER cura Argent. 1506. 4.\* Alterum *de pulsibus* poëma diximus in B. Anat. I. p. 141. Prodiit cum priori Venet. 1494. ni fallor PL. & alias.

Codex exstat in B. *Taurinensi* II. alius in B. R. Par. n. 1160. Alius erat apud DAUMIUM.

Aliud est poëma *de re medica*, cujus hinc inde codices exstant, ut in B. LAUDIANA n. 1013, in B. *Bernensi*, in B. *Taurinensi* MONTEFAUCON, si differt a sequente.

Nempe *de compositione medicamentorum*, s. *antidotarium*, vastum poëma, 6000. omnino versuum (b) non pessimorum.

Ejus etiam est l. *de venenis*, nisi hic error subest, & *de prognosticis*.

ABRAHAM ABENESRA, qui sub finem seculi XII. vixit, scripsit *de diebus criticis* l. editum Lion 1496. 4. 1588. 4. Rom. 1544. 4. Francof. 1614. 12. LIND. Hebraice est in B. LEIDENSI.

SCHEMUEL IBEN JEHUDA Judæus Andalusius a. 1188. medicinam fecit. WOLF.

M. SALERNI *tabula* exstant in BB. & *Commentarius super suas tabulas* in eadem BB.

MARBODEUS Rhodonensis, auctor l. *de gemmis* EVACI adscripti, obiit a. 1127.

Hhh 3

BERNAR-

(a) Vid. WITHOF de ÆGIDIO CORBOLIENSI Duisburg 1751. 4. \*

(b) NAUDE' *Quæst.*

BERNARDUS archiepiscopus Messanenſis, HENRICI VI. & CONSTANTIÆ medicus (c).

§. CLXIII. TROTULA.

Neque EROTIS est, JULIÆ libertæ, cui in WOLFII editione tribuitur Basil. 1566. 4. \* & 1586. 4. \*.

Neque TROTULÆ, quæ femina in ipſo opusculo citetur, & ab auctore distinguatur, atque laudetur, quod puellam flatibus uterinis infestam sanaverit. Id tamen nomen præfixum habet in editione Veneta 1555. 8. \*, Argentinenſi 1544. fol. &c. Salernitanæ ubique feminæ, earumque mores hic citantur, & MAGISTER GERARDUS, qui specillis usus sit, non ante seculum XII. inventis, & THEODORICUS, qui, si celebris ille est chirurgus, Trotulæ opusculum fuerit posterioris ævi. Citatur & COPHON, & Saracenæ mulieres. Editiones & codices diximus in *B. Anat.* p. 142.

Titulus plenior est Venetiis 1555. 8. \* TROTULÆ *de mulierum passionibus ante & post partum l. experimentalis*. Pars major clinici est argumenti, de mensibus retentis & nimis, de graviditatis & puerperii malis, de decoratione, de uteri variis morbis, de nutricis selectu, de morbis nonnullis aliis, etiam oculorum,

§. CLXIV. SECVLUM XIII.

Hoc infelix alioquin seculum, tamen bonis literis & arti medicæ hactenus favit, quod imperante potissimum FRIDERICO II, scripta veterum ex Græco sermone conversa, vulgo in usum recipi receperint, ARISTOTELIS potissimum opera a MICHAËLE SCOTO aliisque conversa, tum GALENI. Videas ergo ab his temporibus multo plures in arte medica viros inclarescere, qui in universum quidem Arabum placita secuti & Græcorum, tamen paulatim ad naturam ipsam consulendam reversi sunt.

Ineunte hoc seculo scripsit MENGOS monachus, cujus *de natura rerum* L. XX. sunt in *B. Bernen.* p. 107.

§. CLXV. ROGERIUS. ROLANDUS. ALII.

Difficillimum mihi visum est, in tanto scriptorum dissensu, veram ætatem cuique scriptori assignare. Qui sunt inter meos libros, eos legi, & subinde veræ ætatis vestigia reperi; alias in tenebris me dolui destitutum.

Antiquior reliquis videtur MAGISTER ROGERIUS Parmensis, ex schola Salernitana, quem lego Academiæ Monspessulanæ cancellarium fuisse; cujus duo exstant

stant *medicæ artis compendia*, ROGERINA *major* & *minor*, quarum passim codices reperiuntur.

Citatur Eius *practica medicinæ* Venet. 1490. fol. 1499. f. B. GESN. 1519. f. B. GESN. sed ea fuerit *chirurgia* ROGERII.

L. *de phlebotomia venarum omnium & earum utilitate* Basileæ 1541. fol. B. Tig. prodiit, cujus codex est in BB.

Citatur etiam *antidotarius*, & *medicamenta per singula*, potissimum *syrupû* Venet. 1499. fol.

Sub initia seculi vixisse adparet, qui JAMERIO prior sit, iste ROLANDO, hic BRUNO, qui ipse suum opus a. 1252. edidit.

Mihi coram est *Chirurgia* (ll. IV.) ROGERII, Bergomi 1498. f. MAITTE., Venet. 1499. fol. \* & 1546. fol. \* excusa. Tota fere medicamentaria est, ut HIPPOCRATES & Arabes sæpe citentur. Ad medica revoces morbos oculorum, mala cutanea, anthracem, anginam, hæmorrhoides, lepram, spasmus. Spongiam marinam adversus strumas commendat. Breves cæterum libelli sunt, & perpauca notulis a ROLANDO aucti.

Alius est ROGERIUS de BARONIO, Parisinus, cujus *de exhibitione medicinarum opiatarum & laxativarum* est inter ll. EDUARDI TYSON n. 4155. & R. BURSCOUGH n. 7673. Alio titulo *de purgantibus, de dandis medicinis*. L. *de opiatis & prologus medicinarum* est in ll. B. FR. BERNARD n. 3635.

MAGISTER ROLANDUS, doctor medicus, ROGERIUM, & ipsum ordinem etiam ROGERII secutus, quasi commentarium in eum dedit in *Chirurgiæ* libris IV. Venet. 1499. fol. \*. 1519. fol. BB. 1546. fol. \* editis. Medicamentorum magna vis hic congeritur, inter quæ magis & magis etiam chemica reperias, & superstitionem plurimam.

ROLANDUS aut ROLANDINUS, medicus. EJ. *ratio medendi morbis interiorum & exteriorum corporis humani partium* L. IV. exstat Basil. 1541. fol. B. TIG. cum ALBUCASE & ROGERIO.

BRUNUS, Longoburgensis, *Chirurgiæ majoris* libros dedit duos, fere cum prioribus editos. Morbos etiam oculorum huc revoces, anginam, scrophulas, botium, hæmorrhoides.

*Chirurgia parva* est quoddam hujus operis fere compendium. Repeto, fere ejusdem esse saporis chirurgiam, & in medicamentis fere se continere.

THEODORICUS, discipulus HUGONIS de Lucca, episcopus Cerviensis, in suis chirurgicis GALENUM, ALEXANDRUM, Arabes citat. Vitæ rationem ita temperat, ut sibi caveat, dum periculum adest inflammationis, eo superato uberius ægrotum alat. De podagra, paralyfi, epilepsia, narcoticis agit. Malagma mercu-

mèrcuriale habet ad malum mortuum, lepram nempe incipientem, repetitum ab ARNALDO, post quem ad luem veneream curandam idem translatum fuit: unde paulatim usus hydrargyri manavit. Cum prioribus prodiit.

§. CLXVI. JOHANNES PLATEARIUS, JOH. de S. PAULO.

Ille ignotus homo, medicus Salernitanus. Ejus tempora hæcenus æstimare licet, quod a PETRO de CRESCENTIIS citetur, atque adeo seculi sit XIII. ineuntis. Patre natus est medico (a).

Ejus *Practica brevis* Venet. 1497. GESN. & Lion 1525. prodiit fol. parv. BB., etsi credas vetustiore esse editionem. Compendium est artis medicæ, secundum morborum seriem. GALENUM citat & ALEXANDRUM, quorum theoriam & curandi rationem tradit, admittis superstitionis. Ita sanguinem, de scapulis cucurbitularum ope eductum, cum ovis corvi post finem paroxysmi epileptici dat bibendum. Adversus hydropem suum syrupum laudat, qui esulam recipit. Codex est in B. R. P. n. 8160.

In B. *Medicea* est, Plut. 73. codex italicus, *delle infirmitade che possono avvenire nel corpo humano, colle loro cure secondo che pare a Plateario.*

*L. de simplicibus medicina, s. circa instans* (a quibus vocibus incipit), diximus in B. bot. (b), codex est etiam in B. ASHMOLIANA n. 7745. Alphabeticus est medicamentorum simplicium census, cum magnis laudibus virium medicatarum. Una cum practica prodiit Lion 1525 fol., & cum MESVE frequentissime Venet. 1490. fol. \*. &c. Codex est B. Taurin II. & GLOSSARIUM PLATEARII ib. seculo XIV. scriptum.

JOHANNIS PLATEARII *ad Antidotarium NICOLAI adnotationes*; Laudes sunt medicamentorum NICOLAI, & simplicium medicamentorum, quibus constant; aliqua etiam de dosibus habet & de miscendi ratione. Hyosciamum ad omnia inflammata extus adpositum prodesse. Verum hæc adnotationes non videntur nostri esse PLATEARI cujus nomen passim in ipso opere citetur, (c). Prodiierunt etiam repetito cum J. MESVE.

An idem cum PLATEARIO fuerit J. de S. PAULO, cujus *aphorismi de virtutibus simplicium* sunt inter codices Britannicos TANNER p. 582. & in B. CAL. GONV. n. 996. tum *breviarium medicinæ quinque partitum* in B. BODL. n. 2462.

An l. *de simplicibus & compositis medicinis opiatibus; de aquis & oleis* in B. BURSLOUGH n. 7675. alius fuerit ab instante.

Commentarius in RICHARDI ANGLICI *tabulas* MS. est in B. S. Petri Cantabrig. n. 1881.

§. CLXVII.

(a) p. CCVII.

(b) p. 221.

(c) B. bot. I. p. 222.

## CLXVII. ALBERTUS.

Vulgo *magnus*, Dominicanus, Germanus, compilator *L. Aggregationis*, E. J. est *f. libri secretorum de secretis mulierum, de virtutibus herbarum & lapidum & animalium quorundam*, qui inficetus liber sæpissime recusus est. Antiqua editio XV. seculi coram est, loco non addito. Plures editiones addidi in *B. bot.* p. 222, & addo Germanicas Argent. 1516. 8. 1544. 8. Francof. 1581. 4. Nurnberg 1678. 12. edente BRANDIO Lips. 1595. 8. Latinas Lion 1506. 12. 1551. 12. 1571. 12. 1574. 12. Argent. 1615. 12. maj. TREWIO dictas.

*L. de secretis mulierum* potissimum huc facit ob morbos ejus sexus. Diximus alio cum titulo prodiisse HENRICI de SAXONIA *de secretis mulierum*. August. 1484. 4. Francof. 1615. 8. LIND.

Porro inter *ll. de vegetabilibus* etiam continentur vires plantarum medicatæ, & arborum, potissimum etiam medicinalium notitio [a].

*L. de monstrosis hominibus* est in *B. CAI. GONV.* n. 9.

*L. de augenda memoria* Bonon. 1491. fol.

*Codex de cautelis medicorum habendis, s. de cautelis medico necessarium*, est in *B. R. P.* n. 7030. A.

Hæc scripta mihi non contigit vidisse.

ALBERTI *tr. de febre pestilentiali super primum sen quinti Canonis AVICENNÆ* est in *B. R. P.* n. 7031, an nostri?

*L. de rerum proprietatibus* continuo dicemus.

## §. CLXVIII. PETRUS de CRESCENTIIS.

Sub initio seculi scripsit, vir nobilis & senator [b].

In ejus *L. XII. ruralium commodorum*, quorum antiquissimam editionem absque anni numero, sed Lovaniensem, coram habeo. Videas legisse CATONEM, VARRONEM, COLUMELLAM, PALLADIUM, GEOPONICOS Græcos, quos quidem scriptores aut Latinos aut Græcos eo ævo nemo vel vixisse noverat. Pertinet huc potissimum liber V. & VI. In l. V. de arboribus & in l. VI. de herbis, vires medicatas, composita etiam medicamenta recenset, quæ ex quaque simplici medicina parantur. FR. ALBERTUM citat, eo adeo nuperior, & GERARDUM, materiæ medicæ, ut videtur scriptorem, tum MACRUM; AVICENNAM; ISAAC; ALBU MASAL; & Arabes etiam potissimum secutus est.

## §. CLXIX.

(a) *Bibl. bot.* l. p. 222.

(b) *ib.* p. 225.



CLXIX. GUILIELMUS *de* SALICETO.

Placentinus, Clericus, Professor Veronensis, obiit circa a. 1277, doctus homo, quem non compares cum prioribus, quos dixi, chirurgis. In *Chirurgia* V. li. Venet. 1546. fol. \*. & alias editis, pauca huc faciunt, de morbis cutaneis, de sudore nimio. Ventositatem membra perambulantes cum ardore & febre vinctis injectis vult compescere [a] In L. V. medicamenta simplicia ex ordine alphabeti recensentur. Hydrocephalum sanavit cauteriis & aliis externis præfidiis.

Ejusdem *summa conservationis & curationis*. Venet. 1490. f. TREW, GUNZ. 1502. fol. TREW.

Ej. tr. *de salute corporis*. Lips. 1495. Riv. An idem liber? Neutrum vidi.

VINCENTIUS Bellovacensis, obiit a. 1264. [b]. Ejus compilatoris sunt *specula quatuor*, quæ conjuncta prodierunt Lion 1591. fol. & alias. Liber XII. est de medicina & chirurgia, & de medicamentis secundum classes, L. XIII. diætetica continet & cibos, L. XIV. pathologica, L. XV. aliqua de somno, vigilia, vita, morte. Non alius fuerit VINCENTIUS de BURGOS, cujus l. hispanicum dicemus.

## §. CLXX. BARTHOLOMÆUM.

Antiquior est PETRO HISPANO, cum ab eo citetur [c], BARTHOLOMÆUS de GLANVILLE, s. Anglicus, cujus opus exstat *de rerum proprietatibus*, sæpissime recensum, & Noribergæ 1519. fol. \*, [d]. Cum JOHANNES XXI. obierit anno 1277, antiquior utique BARTHOLOMÆUS est, quem ex ALBERTO sumtum esse, certe non mala, ex temporum ratione, est conjectura. Mihi videtur compilasse, sed ex CONSTANTINO potissimum hausisse & ISIDORO. Pertinet autem potissimum ad praxin liber VII, in quo morbi a capite ad calcem memorantur. Sed etiam vires medicatæ plantarum, animalium &, mineralium suis locis recensentur.

Qui ALBERTO tribuunt citare possint libros VI. *de rerum proprietatibus* ALBERTI, quorum codex MS. est in B. Taurinensi II. p. 101. iterumque ib. Libros XX.

GILBERTUS ANGLICUS frequentissime ab eodem PETRO HISPANO citatur, qui adeo ante a. 1300. poni debet, quo a FREINDIO recensetur. Ejus *compendium medicinae tam morborum universalium, quam particularium, emendatum per* MICH. de CAPELLA, prodiit Lion 1510. 4. MEAD. TREW. Genev. 1608. 4. & 12. MERKLIN cum titulo *Laurea Anglicana, s. compendium totius medicinae*. Nunquam legi, FREINDIUS docuit multa habere empirica & superstitionosa, Græcorum tamen theoriam esse secutum, juvenis melancholici curationem dicere, quam aquis Bathoniensibus debuerit; symptomata recensere, quæ coitui cum elephantiaco superveniant.

Ex

(a) *B. Chir.* I. p. 148.

(b) HENAULT *abregé Chronologique*.

(c) p. 256 de passionibus oculorum.

(d) *B. bot.* I. p. 213.

EX SANTE ARDOYNO reperio, non mala adversus hellebori & hyofcyami noxas consilia dedisse.

Commentarii M. f. in ÆGIDIUM de urinis exstant in B. Coll. Martin. Cod. Brit. n. 683.

*Antidotarium*, & ejus compendium [c].

De viribus & medicinis herbarum, arborum & specierum etiam scripsit.

RICHARDUS, non dubie Anglicus, citatur ab eodem PETRO HISPANO, Ejus compendium medicinae est in B. Bodl.

L. de urinis in B. CAI. GONV. & in B. Coll. nov.

L. de pulsibus ib.

ROGERIUS BACON, magnus physicus & chemicus auctor, obiit a. 1292.

Ejus sunt codices de graduatione medicinarum, de gradibus, & antidotarium in B. PEMBROK n. 197. b. L. de arte memorativa, TANNER. L. De somno & vigilia B. BODL. n. 1791. De retardandis senectutis accidentibus, Oxon. 1590. MEAD. anglice Lond. 1683. 8. cum multis medicamentis etiam chemicis, & eorum præparatione. Viperarum carnes laudat.

#### §. CLXXI. PETRUS HISPANUS.

Archiater, inde JOHANNES XXII. vel XXI. Pontifex maximus.

Ejus celebre est opus *summa experimentorum s. thesaurus pauperum*, f. de medendis corporis humani morbis per euporista. Sæpissime excusum est, Antverp. 1497. B. GOTT. Lugduni 1525. fol. B. B. Francf. 1576. 8. cura GUILIELMI ADOLPHI SCRIBONII TR. 1578. 8. Paris. 1576. 8. 1577. 16. Riv. & Hispanice Pinciar 1672.

Codex est in B. S. Petri Cantabr. n. 2329. & duo in B. Taurinensi.

Morbi in eo recensentur a capite ad calcem. Ad quemquam morbum adjicitur numerus insignis medicamentorum, ex GALENO & Arabibus, ex CONSTANTINO etiam & MACRO, PLATEARIO, BARTHOLOMÆO, GILBERTO, TROTULA, ROGERIO, RICARDO sumtorum, ut subinde vox adscribatur *expertum*. Multum vanitatis & superstitionis, neque valde fidas auctori, ad suum experimentum provocanti, ut de antiqua epilepsia, quam ait se vidisse curatam medicamento ex castoreo, opopanace, antimonio & sanguine draconis.

Ejus sunt etiam commentarii in ISAACUM de dietis universalibus & particularibus, qui prodierunt Lion 1515. fol. MERKL. Codices ejus in B. R. P. n. 6956. citantur, *commentarius in artem parvam* GALENI, in *prognostica* HIPPOCRATIS, in

PHILAETUM *de pulsibus*, in THEOPHILUM de urinis, in *aphorismos* HIPPOCRATIS, in JOHANNITII *introductionem*.

I. TOBIÆ KOEHLER *vollständige Nachricht von Pabst Johann XXI, welcher unter dem Nahmen Petrus Hispanus als ein Arzt und Weltweiser berühmt ist*. Götting. 1760. 4\*. Lusitanus, Uliffiponenfis, vero nomine PETRUS, JULIANI medici f. græce & arabice doctus medicus, archiepiscopus Bragenfis, demum pontifex maximus, obiit a. 1277.

CECCO de ASCULO seculo XIII. puto vixisse, qui scripsit *modo di conofere quale infirmita sien mortali or no per via delle stelle*. Codicis meminit PANELLUS

PETRUS de AICHSPALT, aut REICHSPALT, aut ARTSPALT anno 1304. ad Moguntinæ sedis fastigium pervenit, ipse medicus.

Male ad a. 1278 apud C. WOLFIIUM legas R. CHANIN f. JOHANNITIUM ABUSAID HONAIN f. EBN IISHAG EL ABIDI hispali a. 1278. floruisse, qui translator sit GALENI. Eum virum dixi p. 345. Seqq.

M. JOHANNES de S. AMANDO Canonicus, Tornacensis, Ejus sunt adnotationes in NICOLAI *antidotarium*, quæ cum MESVE fere prodierunt, Venet. a. 1495. f. 1602. fol. \*. &c. Vires medicamentorum simplicium & componendi cause, encheireses &c.

EJ. *regimen pestilentielle* M. S. est in B. B.

EJ. *de basibus medicamentorum* in B. Bodl. n. 1761.

EJ. *de usu idoneorum auxiliorum*. Mogunt. 1534. 8. GESN. B.

EJ. *codex de conservatione sanitatis & tardatione senectutis* dicitur in B. UFFENB. fuisse.

EJ. *de balneis* l. extat. in collectione Veneta.

EJ. *areole, s. tractatus de virtutibus & operationibus medicinarum simplicium & compositarum* sunt in B. R. P. n. 7063. 6476. in B. S. Petr. Cant. n. 3654. in ll. BERNARDI n. 1133. in B. Coll. Westminster n. 1242, Aliud ejus veri opus MS. est in B. Tauriniensi II. p. 14.

Nescio an mereantur citari peregrinatores hujus ævi; J. de PLANISCAMPY, qui a. 1246., PETRI ASCELIN, qui a. 1247., VINCENTINUS de RUBRUQUIS, qui a. 1253. ad Tartarorum M. Chanum profecti sunt, quorum narrationes conjunctim excusæ sunt, a PETRO BERGERON Paris. 1634. Haag 1735. 4. B. B.

HUGO de EYESHAM, medicus, circa a. 1287. Ejus *Comm.* ad ISAAC *de febribus*, *Canones medicinales & problemata* GESNERUS citat.

## §. CLXXII. SIMON de CORDO.

Vulgo *Januensis*, subdiaconus, Capellanus NICOLAI IV. pontificis maximi qui a. 1292. obiit.

Ejus est opusculum, cui nomen *Clavis sanitatis simplicia medicamenta latina, græca, arabica alphabetico ordine elucidans*. *Recognovit, mendis purgavit, citationibus PLINII & aliorum atroxit GEORGIUS de FERRARIIS*. Venet. 1514. fol. B. B. Aliæ editiones sunt Patav. 1474. f. Venet. 1486. f. TR. 1507. f. 1510. f. 1513. 1514. f. TREW. Codices dixi in *B. Bot. In Mediceae Plut. LXXIII*, vocatur l. *synonymorum*.

Alphabetica est recensio vocabulorum medicorum, morborum, medicamentorum ex tribus regnis. Non sine labore natum opus: etsi pessimi seculi. Etsi enim trium linguarum noster nullam accurate tenuit, ab omnis generis tamen hominibus, Græcis, Arabibus, aliis, de vero sensu nominum & vocum inquisivit. CASSIUM FELICEM citat, cujus proprius codex in nostri SIMONIS libris fuit, *de morbis*, tum ejusdem *antidotarium*. Habuit etiam DEMOSTHENIS *de oculorum morbis* codicem nunc deperditum, cujus tamen pars anatomica jam eo ævo amissa fuerat, & perantiquum de *Alchymia* codicem, in quo & chirurgia fuit. Citat Arabes, DIOSCORIDEM, ALEXANDRUM, DEMOCRITUM, ORIBASIVM ad EUSTATHIVM, MUSIONIS *gynecia*, PAULUM, AYICENNAM, ALI ABBAS, ALBU-CASIM, ALZAAR, ISAACI libros a CONSTANTINO conversos, THEODORI PRISCIANI *antidotarium*, & l. de medicina, GARIOPONTI *passionarium*, VEGETIVM, GERODIVM, STEPHANI *Synonyma*, MACRUM, primusque nuperiorum CELSUM.

Ej. *de idoneo auxiliorum usu* aliqua excerpta prodierunt Mogunt. 1534. 4. HAENEL.

JACOBI de PARTIBUS & JANUENSIS *glossas* in ALEXANDRI *practicam* habet GUNZIUS Lugduni 1504. 4. editas, tum Papiæ 1520. 8. LINDEN.

Vertit idem SIMON SERAPIONEM *de simplicibus medicamentis*.

Vertit & librum *servitoris*, usus ABRAHAMI JUDEI opera.

BONOMINUS *Bergomensis* scripsit *de urinis* l., *questionum* l. 2. *Medicinalem canonem*, *Problemata*; *opusculum super ISAAC de febribus*. MANDOSIVS.

ANGELUS Cameriniensis, archiater BONIFACII VIII. reliquit codices M. S. *præ-servationis a peste*, *regiminis*, *præ-servationis a venenis*.

## CLXXIII. B. GORDON. ALII.

M. BERNARDUS de GORDONIO, BRUNI Chirurghi fil. professor Monspelien-sis, docere cepit a. 1284. & *lilium* suum absolvit a. 1305. (in *præf.*)

EJ. *lilium medicum Practica* GORDONI dicta & tr. de urinis & pulsibus prodit Lion 1474. 8. Francof. 1486. f. Venet. 1491. fol. RIV. 1491. f. MAITT. 1498. fol. RIV. TREW. 1509. fol. 1530. fol. TR. RAST 1532. 8. absque loco TREW. FALC. 1546. 4. MEAD. Paris. 1542. 8. Lion 1550. 8. 1559. 8. TR. Francof. 1617. 8.\*. Gallice Lion 1491. 8. TR. 1495. HOUSS. MAITT. Hebraice versum a. R. GAYOT NATHAN in B. Taurin. n. 58.

Ejus operis codices MS. sunt in B. ASHMOLE n. 7764, in B. S. Petri n. 7764, in B. THEYERI n. 6565.

Lilium est census morborum cum suis curationibus in L. VIII. divisus: deinde de victus ratione & pharmacorum in morbis acutis, tum l. III. de prognosticis, urinis & pulsibus. Pleraque utique compilatitia sunt, potissimum ex Arabibus, ad suum tamen experimentum passim provocat. Cum alio medico de leproso ei fuit concertatio. Magistrum suum periisse vidit, ex hæmorrhoidæ incisa, & ex sanguinis jactura.

EJ. tr. de *conservatione vitæ humanæ a die natiuitatis ad ultimam horam mortis*, opera J. BAUDIS prodit Lips. 1570. 8. HEIST. Lugd. 1580. 8. MERKL.

EJ. *practica, nec non de phlebotomia, conservatione vitæ humanæ, floribus diatarum* Lion 1550. 8. GESN.

L. de *phlebotomia* in B. CAI. GONV. n. 844. & Lugduni prodit 1580. 8.

EJ. de *urinis* seorsim excusus est Ferrariæ 1487. fol. MERKL & cum *lilio* Venet. 1498. fol. 1530. fol. Et codex in B. Taurin. I. Hujus l. de *medicamentis* MS. est in B. Cathedr. Westminster TANNER n. 1049.

EJ. de *regimine sanitatis* MS. est in B. BODL. n. 1657, idem puto, quod *instructio pro iter agentibus* a STROBELBERGERO edita Jen. 1621. 12.\*.

L. super I. fen IV. *Canonis Avicennæ* est in B. BODL. n. 4469.

L. de *febris* excusus est in collectione Veneta.

HENRICUS ab HERMONDAVILLA, doctor & physicus Monspeliensis, medicus PHILIPPI IV., codices medicos & chirurgicos reliquit, quorum chirurgica fere sunt ex GUILIELMO.

DINUS de GARBO Florentinus, professor Bononiensis, GENTILI antiquior. EJUS est *expositio super Canones generales de virtutibus medicamentorum simplicium secundi Canonis Avicennæ*. Venet. 1514. fol. MERKL.

EJ. *Commentaria in IV. fen primi AVICENNÆ, qui dilucidatorium totius practice generalis medicinalis scientiæ nuncupatur* ib. absque MERKL, TREWIUS habet *commentt. super III. IV. & V. (ut puto) fen IVti l. Canonis*. Venet. 1491. fol. & *super III, IV. & partem Quinti fen AVIC.* Ferrar. 1489. fol. *Compilatio chirurgica*.

EJ. de *cena & prandio epistola Romæ* prodit 1545. f. MERKL. cum THURINI opp. FRAN-

FRANCISCUS de PEDEMONTIO, pariter antiquior GENTILI.

EJ. *supplementum in secundum l. secretorum remedium* J. MESVÆ prodiit cum omnibus illis MESVES editionibus plenioribus, etiam Venet. 1602, fol. \*. Pariter ut P. de APONO continuat MESVES opus de morbis cordis, mammarum, abdominis, ventriculi, renum, intestinorum, hepatis, vesicæ, partium genitalium, matricis, umbilici, juncturarum, tum de febribus, apostematibus, cancro, lepra. Fufum opus & verbosum, ex Arabibus sumtum.

Ejusd. *de balneis excerpta sunt in collectione de balneis Veneta.*

GERARDUS de CARMONA Hispanus, multorum librorum arabicorum transfator. Male Cremonam vulgo vocant.

EJUS sunt *glosse in viaticum ISAACI (a).*

Citatur a C. de HONESTIS.

EJ. summa de laxativis est in B. C. GONV. n. 275. *Et glossule super prognosticum HIPPOCRATIS (b).*

EJ. *de modo vivendi l. in B. S. PETR. Cant. n. 1875. in B. THEYER n. 6645.*

BONAMICI *de venenis Et questionum diversarum* codices exstant; auctor vixit inter 1301. & 1350.

TURRISANUS de TURRISANIIS, vulgo TRUSIANUS & plusquam commentator, Carthusianus, infelix medicus (c). EJUS plusquam commentum in GALENI *artem parvam, Et quæstiones de hypostasi* prodierunt Bonon. 1489. fol. TREW. Venet. 1504. fol. MERKL. 1517. fol. B. B. 1527. 4. HÆNEL. 1543. fol. 1557. fol. TR. Compilatio ex Arabibus.

Hujus plusquam comment. *in artem parvam* codex erat in B. Reg. Lond.

RICH. GROSTHEAD *de venenis* codex est in *Colleg. Eaton* n. 1848.

Aliqui in *antidotarii* B. R. Paris. n. 7009. 7010.

GUALTHER de BIBELESWORTH vixit imperante EDUARDO I. & scripsit *de infantum educatione etc.* TANNER.

L. *quid pro quo, s. collectio rerum, que certa cognatione conjuncta non absque periculo alia pro aliis adhiberi possunt*, incerti auctoris opusculum, fere cum MESVÆ prodiit Venet. 1495. 1561. (d) 1602. fol. &c. Multa absurda continet. Quis stercus bovis aloes loco usurpet?

M. ALDOBRANDINI *l. de conservanda valetudine*: Gallice scriptum fuisse lego circa a. 1300.

§. CLXXIV.

(a) In bibl. HARLEYAN & in B. R. P. n. 6859.

(b) B. R. P. l. c.

(c) GAL. MARTIUS in doct. promisc.

(d) B. Bot. 1, p. 220.

## §. CLXXIV. LANFRANCUS.

Mediolanensis, medicus eruditus, & Clericus, neque chirurgus, neque laicus, ex patria profugus a. 1295 Parisios se recepit, ibique medicinam docuit & exercuit, vir aliquanto doctior & ingeniosior, quam plerique ejus ævi scriptores. (a).

Ejus est *chirurgia* sæpe recusa & Venet. 1546. fol. \*. Intercedunt hæc medica, morbi cutanei, hæmorrhoides, utilitas evacuationum sanguinis, antidotarium. Totus versatur in medicamentorum varietate. De venæsectione aliquanto uberius agit, quam ab indoctis chirurgis administrari queritur, & alieno loco commendari, ipse vero multas exceptiones recenset, quæ eam sanguinis jacturam non admittant. Idem tamen cephalæam numerosissimis venæsectionibus superavit. Pestem drachmis duabus theriacæ ab eo devictam, naturæ tribuas.

GERARDUS BUTUTUS de SOLO, professor Monspeliensis, vixit circa a. 1300. (ASTRUC).

Ejus est codex MS. *de ordine & modo purgandi B. Wigorn*, n. 896. CAI. GONV. n. 271.

*Compendium brevis & utile* in I. J. BURSCOUGH a. 7675.

EJ. *Summa de modo curandi* B. BODL. n. 3541.

EJ. *Summa de laxativis* in B. CAI. GONV. n. 275.

EJ. *commentarium in viaticum* ISAACI 1507. fol.

AN EJ. *introductionum Juvenum* JOHANNIS de SOLO, s. *de regimine corporis humani in morbis?*

EJ. libellus *de febris*. *Commentum super nonum Almanzor* cum textu. *Commentt. super viaticum*, cum textu prodierunt Venet. 1505. fol. TREW. 1526. fol. LIND.

*Tresor des pauvres suivant* ARNOULD & GIRARD de SOLO. Paris. 1517. 4. FALC.

*Antidotarii & l. de urinis* codex MS. est inter libros EDUARDI TYSON anglice versus n. 416.

## §. CLXXV. PETRUS DE ABANO.

Sive de APONO, etiam *Paduanensis*, Euganeus, Astrologus, chemicus, novarum circa religionem opinionum reus convictus, varia fata passus, post mortem statuat meruit. Patavii, deinde Tarvisii, medicinam fecit. Ingenio fuit sic satis subtili:

(a) Conf. B. Chir. I. p. 149.

subtili, & Græcos hæctenus legerat Arabesque, magnus compilator. Librum suum de venenis HONORIO IV. Pontifici dicasse dicitur (a), antiquior adeo THADDEO Florentino. In meo exemplo XYSTI pontificis nomen legitur, cujusmodi pontifex eo ævo nullus fuit, HONORIUS utique, qui a. 1289. obiit.

Princeps ejus opus est, *conciator differentiarum quæ inter philosophos & medicos versantur, sæpiissime excusus*, Mantuæ 1472. 4. regnante Lud. de GONZAGHA. Bonon. 1489. f. Paris. 1494. f. CHIV. Venet. 1471. f. MATT. 1473. f. MAITT. 1476. f. CHIV. 1483. f. ID. 1491. f. 1498. fol. CLEM. 1504. CHIV. f. 1520 fol. FALC. 1522. fol. ID. 1545. fol. 1548. fol. \*. 1555. fol. CLEM. 1565. fol. MEAD. 1591. fol. Ticini (Papia) 1490. fol. 1595. fol. Opus scriptum est a. 1303. (b).

Magna pars ad medicam artem pertinet. Græcorum ab Arabibus, Arabum a se mutuo disensum exponit, rationes dat pro utraque sententia. & litem, ut potest, componit. Cæterum fere intra ratiocinia subsistit, experimenti vix quidquam addit.

Codex M. S. est in B. R. P. n. 7008.

Prologus in l. de venenis prodiit Lips. 1500. 4.

Libellus de venenis atque eorum remediis ipse prodiit Venet. 1473. 4. 1476. fol. SEG. 1485. f. HENN. 1498. f. 1500. f. 1496. fol. 1550. 8. TR. 1548. fol. \*. 1565. fol. MEAD. Mediolani 1475. 4. RIV. Patav. 1487. 4. GUNZ. cum priore opere. Solus, curante JOHANNÉ DRYANDRO Marpurg 1537. 8. \*. Curante GUIL. GRATAROLO ex codicibus M. S. auctus absque loco & anno RIV.

Ex Arabibus potissimum sua compilat, ad venena refert scoriam ferri, cinnabarin, magnetem, ex plantis avellanas, semen coriandri: symptomata recenset, quæ cuique veneno superveniunt, & antidotum. Ficum Pharaonis se in Sardinia vidisse febres fecisse, unicam quando unica devorata fuerat, duas quando duæ, tres ubi tres. Pharmacopolam extinctum fuisse a libra argenti vivi, sanguine circa cor coacto. Multum utitur theriaca, lapidis bezoar vult se vidisse egregios effectus. Commode realgari butyrum opponit. Sed alias ridiculas admiscet superstitiones, etiam anulum laudat sagittario serpentem tenente inscriptum, & carmina adversus viperæ morsus adhibuit. Citat MATTHÆI *Pandectas*.

Codex est in B. BODL. n. 2063. vide B. Bor. I. p. 223. alius apud BARUFFALDUM (Mazuchell) alii in B. *Taurinen*. II. p. 121. 125.

Cribr-

(a) SMITH *catal.* Venet.

(b) Diff. IX.



Cribrationes adjecit SYMPHORIANUS CAMPEGIUS, quas dicemus.

Cum porro MESVEUS junior morborum historiam in morbis pectoris abrupterit, noster edidit *supplementum in secundum librum compendii secretorum* MESVÆ. Arabum dictionem ita est imitatus, ut Arabis putes opus esse, vel ex formula sæpissime recurrente, *si Deo placebit*, loca etiam Arabum, ut RAZEUS, integra compilat. Medicamenta sunt simplicia & composita ad syncopen, morbos mammillarum. Tum ad morbos abdominis, ventriculi, hepatis, splenis, hydropem, ventris fluxum.

*Notizie istoriche e critiche intorno alla vita di P. d'Abano* exstant in opusculo scientif. T. XXIII.

MICHEL ANGELO ZORZI *lettera intorno al sepulchro ed alla vita di P. Dabano* in epistolis ZORZI Padova 1726. 4. B. BUN.

§. CLXXVI. BERTRUCCIUS. ALII.

NICOLAUS BERTRUCCIUS Lombardus, floruit circa a. 1312 (\*).

Ejus est *collectorium totius fere medicine, in quo est* 1. *de commendatione medicine*; 2. *de informatione medici*, 3. *de regimine sanitatis*, 4. *de ægritudinibus universalibus*, 5. *de febribus*, 6. *de crisi & diebus criticis*, 7. *de venenis*, 8. *de decoratione*. Addita est nuperrime *Practica de notitia & curatione universalium febrium & earum accidentibus, tractatus V. continens* Lion 1507. 4. TREW. 1518. 4. RAST. Colon. 1537. 4. TREW. Priores libri VIII. agunt de medicina, de diæta, de morbis a capite ad calcem, de crisi, febribus, venenis, decoratione; accedit practica de febribus. Omnino nihil potui reperire quod conservari mereatur. Id peculiare habet, quod post methodicam cujusque morbi curationem etiam empiricam addat, sive medicamenta, quorum modus agendi ignoratur. Variolas, equidem non solus, salutare esse ait, quando mature erumpunt. Balnea ex veteribus repetit, etiam cum in defuetudinem abiisset.

EJ. *in medicinam practicam introductio* Argentin. 1523. 24. L.

EJ. *methodi cognoscendorum tam particularium quam universalium morborum* Mogunt. 1534. 4. L.

EjUSD. *diæta* Mogunt. 1534. 8. \*. f. *regimen sanitatis de rebus non naturalibus & avertendis morbis*.

MONDINUS de LENCIIS vel LUCIIS obiit in legatione ad R. ROBERTUM a. 1316.

Ejus sunt *adnotationes ad MESVES junioris de medicamentorum purgantium ac simplicium delectu & castigatione* L. 1. sive *ad Canones universales, & adnotationes cum MESVEO fere excusæ, etiam* 1602. fol. \*. Scholastico ordine scripta ratiocinia, sæpe etiam meri syllogismi.

EJ.

(\*) ORLAND.

EJ. *glossarium medicum* est in codd. F. BERNARD n. 3645.

EJ. codex est *de pulsibus*.

Lego etiam *in artem medicinalem* GALENI scripsisse.

VITALIS de FURNO, Cardinalis & Archiater. EJUS *pro conservanda sanitate ad totius corporis humani morbos selectiorum remediorum* liber prodit Mogunt. 1531. fol. \*. *Lexicon medicum* ex CONSTANTINO, PLATEARIO. Cum BELAM Hungariæ (\*) R. sibi visum citet, non potest nisi sub initia seculi vixisse. Medicamenta sæpe vana & vulgaria habet.

HUJUS ætatis est, LUDOVICO BAVARO imperante, NICOLAUS RHEGINUS vulgo Calaber, qui multos GALENI libros latine reddidit.

ALBERTUS de ZANCKARIIS circa a. 1326. vixit.

GUILIELMUS de VARIGNANA.

Ejus opera medica *de curandis morbis universalibus & particularibus, febribus, venenis, faciei & totius corporis mundificationibus* prodit Basil. 1545. 4. LIND. 1595. 8. LIND.

EJ. *secreta sublimia ad varios curandos morbos* Venet. 1520. 8. LIND. Lion 1522. 4. RAST. 1526. 8. TR. 1539. 8. B. Tig. TR. Basil. 1597. 8. FALC. TR. hic castigatus, curante C. BAUHINO. Scripta sunt.

EJ. opus *de febrium dispositione* Lion 1560. 8. cum SAVANAROLA.

EJ. *practica de medicina* codex est in B. FARSETTI.

Fuit etiam BARTHOLOMÆUS a VARIGNANA, quem PETRUS de ARGELATA citat.

#### §. CLXXVII. JOHANNES de GADDESSEN.

J. de GADDESSEN auctore FREINDIO scripsit inter a. 1305. & 1317. & dicitur ibi a MATTHÆO citari, empiricus homo, plenus superstitionum, apprime indoctus, arcanorum amans & laudator, lucri cupidus, rei culinariæ peritus.

Ejus est *Rosa Anglica s. practica medicina a capite ad pedes* Papiæ 1492. f. \* 1499. fol. TREW. Venet. 1502. f. TREW. 1516. f. LIND. Neapoli 1508. f. SCHULZ. Aug. Vind. 1595. 4. 2. vol. cum notis PHILIPPI SCHOPPII, MEAD, hæc editio emendatior.

Codices sunt in B. BODL. n. 2467. 3619. & eadem fuerit *Rosa medicinae* in B. MERTON. n. 779.

Verbosum & vanum scriptorem, in editione mea valde incommodis typis

Kkk 2

excusum

(\*) Loc. de Sapphiro.

excusum non potui absque tædio evolvere; reperi ex Arabibus fere compilatum, in re medicamentaria se continere.

EJ. *de febris* codex in B. *Taurin.* II.

§. CLXXVIII. MATTHÆUS SYLVATICUS.

Prior aliquanto PETRO APONENSI, a quo citetur, scripsit circa a. 1317. ad R. ROBERTUM (a).

Ejus est opus *pandectarum medicinae*. Mea editio est cum SIMONIS JANUENSIS *triplici tabula additis nonnullis capitulis simplicium, tabula per D. M. BAPTISTAM SARDUM, adnotationibus per M. DOMINICUM MARTIANUM de SOSPITELLO medicum Dusiffæ de Sabaudia* Lion 1478. f. 1534. f. lit. Goth. Eadem fuerit editio Lion 1541. fol. TREW. & eadem, ut puto Turin. 1526. f. RIV., titulus certe idem: Eadem iterum quæ Taurin. 1556. f. FALC. Aliæ sunt editiones Bonon. per MATTH. MORETUM 1474. f. 1477. f. TR. Venet. 1475. f. 1477. f. 1480. f. GESN. 1486. f. FALC. 1488. fol. MAITT. 1489. f. GESNER. 1491. f. TREW. 1492. fol. 1498. fol. MAITT. 1507. fol. SCHULZ; 1511, sed cum SIM. JANUENSI; 1512. f. min. TR. 1524. f. TR. Iterum Novi 1580. f. 1512. f., etiam cum SIM. JANUENSI. Porro Codex est in B. *Coll. Magdal. Oxon.* n. 2274.

Materies est medica compilatitia, ordine alphabetico, secundum nomina medicamentorum simplicium disposita, Arabica, aut latina, eaque corrupta, continens ad quemque titulum loca DIOSCORIDIS, SERAPIONIS, GALENI, PAULI, MESVES. Citat PLATEARIUM, SIMONEM JANUENSEM, JOHANNEM de S. AMANDO. Non tota clavis SIMONIS JANUENSIS suis locis inserta est, sed ejus clavis quoddam compendium.

*Liber cibalis & medicinalis Pandectarum* Neapoli 1474. de BURE. 1477. fol. MAITT. Codex est in B. R. P. n. 6960. & in B. D. MARCI.

Ex MATTHÆO SYLVATICO Florentin. in B. *Taurin.* II.

§. CLXXIX. THADDÆUS FLORENTINUS. GENTILIS.

THADDÆUS FLORENTINUS, celeberrimus clinicus, cujus plurima apud magnates auctoritas fuit; & cujus consilia HONORIUS IV. Pontifex maximo pretio redemit, qui idem secundum MANDOSIUM a. 1303. obiit.

EJUS est in GALENI *microtechni expositio* Neapoli 1522. fol. in anatomis dicta.

*Expositiones in arduum aphorismorum HIPPOCRATIS volumen.* In I. *prognosticorum.* In opus *de regimine acutorum & in JOHANNITII Isagogen* Venet. 1527. fol. BB. edente J. BRICOLANO. Spissum volumen. In *aphorismos* primum GALENI

(a) In Præf.

LENI commentarium dat, tum suum; sic in *l. de regimine acutorum*, sic in *Prognosticis*. THADDÆI verbosus commentarius occupatur fere in collectis similibus auctorum locis.

EJ. *de regimine sanitatis secundum quatuor anni partes* BONON. 1472. 4.

EJ. *L. sanitatis conservande* MS. est in *B. Taurin.* II. p. 122.

GENTILIS de FULGINEO (*foligno*) THADDÆI discipulus, celebris sui ævi clinicus. In ejus ætate hæreo. THADDÆUS videtur ejus ætatem ad initia seculi XIV. definire, & ea est sententia R. MOREAU, eadem quæ MANDOSII, qui a. 1348. peste dicit extinctum de vita decessisse. Verum MONTAGNANAM citat, tanto nuperiorem: nisi alius fuit vetustior MONTAGNANA parum notus. Quare, omnibus computatis, nihil novare visum est.

EJ. *de febribus l. cum receptis suis novissime recognitus, adjecto repertorio* Venet. 1519. fol. BB. 1526. fol. GUNZ. Commentarius una prodiit in fen. I. libri IV. CANONIS AVICENNÆ de febribus, bene longus idem & verbosus. Citat DINUM, FRANCISCUM de PEDEMONTIO. Nihil reperi proprii, aut ab experimento profecti.

Annon idem opus *Expositiones in comment.* IV. AVICENNÆ Venet. 1484. f. 1486. fol. 1492. fol. Papiæ 1510. fol. GUNZ. 1519. B. BODL.

Et *Questiones & Tractatus extravagantes* Papiæ 1510. fol. Venet. 1520. fol. BB. 1555. fol. THADDÆUM etiam hic citat. Ex Arabibus & Græcis sua compilat, & de quæstionibus fere per auctoritates definit. De theoria agit; de medicina in univèrsam; de medicamentis nonnullis sigillatim; de dosibus; de venenis, & Physiologica aliqua admiscet. Librum *de Venenis* ait se ex libro ANDROMACHI manuscripto extraxisse.

EJ. *de præparatione medicinarum compendium, de modo investigandi complexiones earum & adferenda conveniente dosi cujusque medicinae solutive* Venet. 1486. fol. Patav. 1556. 8. LIND. & 1579. 8. \* in collectione operum formularum, Cum MESVEO Venet. 1561. fol. 1602. fol. \*. Codex est in B. D. PETRI CANTABR. n. 1883. & in *B. Taurin.* II. p. 121. De præparatione formulis & proportionibus medicamentorum. BARTHOLOMÆUM citat.

EJ. *consilium contra pestilentiam sine loco & anno* prodiit GUNZ. ejus locum SAVANAROLA citat. De peste anni 1348. loquitur, quod non valde respondet MANDOSII testimonio.

EJ. *comm. super L. pulsuum* M. ÆGIDII Venet. 1494. 8. cum ÆGIDIO, Lion 1505. 8. LIND.

Cum *l. de urinis* Venet. 1498. 8.

EJ. *consilia peregrina ad quadam morborum corporis humani genera* Venet. 1503. fol.

EJ. *in artem parvam GALENI* L. I. Venet. 1527. 8. HENEL. Lego GENTI-

LEM bis vidisse calculum, qui de intestino exciderat, quod idem GALENO nunquam vidisse contigerit.

EJ. *de divisione librorum* GALENI libellus in *Articella* recusus Lion 1527. 4. \*

EJ. l. *supra tractatum de lepra cum nonnullis DINI tractatibus* prodiit 1485. fol. & Venet. 1576. fol. LIND.

Codex *commentarii in III. fen libri III. Canonis AVICENNÆ* exstat in B. R. Paris. n. 6934.

§. CLXXX. ARNALDUS BACHUONE (a).

Vulgo VILLANOVANUS a patria urbe Catalauniæ dictus, Medicus, Chemicus, etiam ob peculiare in religione opiniones celebris & multa passus, natus a. 1300. (b); polygraphus idem & clinicus, cujus gratia medici undique in Galliam confluerunt, ob linguarum cognitionem laudatur, cujus meriti in tanta styli barbarie vix superest vestigium. Arabes in Hispania audiverat. Ejus *opera* conjuncta prodierunt Venet. 1505. fol. TR. 1527. fol. TR. Lion 1509. fol. TR. 1520. f. 1532. fol. BB. cum vita viri a SYMPHORIANO CHAMPIER scripta. Tum Basil. 1581. fol. TR. hic chemica.

In collectione Lugdunensi libelli continentur, quos continuo dicam. *Speculum medicum*. Res non naturales, medicamenta, alimenta, morbi. Codex est in B. BODL. n. 1761.

*De diversis medicorum intentionibus.*

*De humido radicali.*

*Commentarius in GALENUM de mala complexionem, & in eundem l. questiones.*

*Regimen sanitatis*, ARNALDO proprium. Victus ratio pro infante, pro adolescente, pro viro, pro senes. Cibi ex ordine, & medicamentorum classes aliquæ. Id opus fuerit, quod Parisiis 1617. 8. prodiit, C. de V. & Lovan. 1482. 4. MEAD. Codex cum hoc titulo est in B. R. P. n. 6972. & 6978. tum in B. AMBROS. & CAI. GONV.

Aliud *Regimen sanitatis ad Regem Arragonia*. Res non naturales. Alimenta. Codex est in B. *Taurinens.* II. p. 128.

*Notulas* etiam adjecit *ad Scholam Salernitanam*, in multis editionibus redeunt, etiam Paris. 1484. 4. Lion 1482. 4. Pisis 1484. 4. Colon. 1507. 4. TR. Paris. 1625. 8. \*

De

(a) Sic in B. CAI. GONV. n. 974.

(b) Serius natum esse FREINDIUS auctor est. Sed ARNOLDUS ille, quem coævus Pontifex BONIFACIUS damnavit, alius fuit hæreticus, Brixienfis ille: neque Papa Clemens V. a. 1313. ullus fuit, neque a. 1309. Anno 1355. nostrum vaticinatum esse SYMPHORIUS in ejus *vita*, etiam id vaticinium eventum caruit.

*De retardanda senectute & conservanda juventute.* Seorsim prodiit Paris. 1617. 8. cum nonnullis aliis ejusdem auctoris scriptis. Codex est in B. Scorialensi BUSCHING V.

*De considerationibus operis medicine.* Codex est in B. Merton. n. 697.

*De venæ sectione ejusque cautelis, & seorsim de flebothomia.*

*Regulæ generales curationis morborum.* Seorsim editæ a GEORGIO PICTORIO Basil. 1565. 8. \*

*Tabula quando ignoratur ægrotudo.*

*Astronomia ad præfagia & curationem morborum distributa.*

*De regimine castra sequentium, brevissime.*

*Breviarium practicæ a capite usque ad pedes.* Hoc princeps viri opus est, integrum nempe systema praxeos medicæ. Multa certe vana, fidemque non merentia. Virgam auream calculo adversari, tum cymbalarum & camphoratam, ex primis hic docuit. Sinapi pulverem quartanam vult expugnasse. Prodiit seorsim Mediolani 1483. fol. MAITT. Lion 1527. 8.

*Practica summaria ad instantiam Pape CLEMENTIS (sexti, qui a. 1352. obiit).*

*De modo præparandi cibi & potus in ægrotudine acuta.*

*Compendium regiminis acutorum.* Ejus codex MS. est in B. R. P. n. 7031.

*Regimen Quartana.*

*Regimen podagræ.*

*Regimen Eticæ.*

*De causis sterilitatis.*

*Signa leproforum.* In B. Scorial. BUSCHING Magaz. V.

*De brevitate memoria.*

*De amore heroico (nimio).*

*De maleficiis.*

*De cautelis medicorum.*

*De venenis & antidotis.* Multa venena minus nota hic reperias. Seorsim Patav. 1487. 4. GUNZ. Mediolan. 1475. RIV.

*Ars cognoscendi vinum.* Codex est in B. R. P. n. 6971.

*De theriaca, cum simplicium medicamentorum censu, ex quibus componitur.*

*De dosibus theriacalibus.* Codex est in B. R. P. n. 7085.

*De graduationibus medicamentorum, s. formulis scribendi.*

*Catalogi simplicium medicamentorum secundum qualitates primas, secundas, tertias.* Codex est in B. CAL. GONV. Fuerit idem l. *de virtutibus herbarum aliorumque medicamentorum simplicium* excusus Venet. 1520. 4. B. Tig. & idem forte qui *Areolæ s. tr. de simplicibus.* Codex est in B. R. P. n. 7063. 6910.

*Antidotarium, s. medicamenta composita.* In B. Scorial. BUSCHING.

*De vinis medicatis.* Codd. sunt in B. Merton. n. 729, in DIGBYANA n. 1674. in ll. F. BERNARDI n. 3669, in B. SLOANEA n. 8853, in B. R. P. n. 7058. 6948. Germanice idem opusculum excusum est *Art u. Eigenschaft allerley Wein und Bereitung derselben* vertente WILHELMO HIRNKOFEN genant KENWART f. min.

*De aquis medicinalibus laxativis, nempe stillatitiis.*

*De ornatu mulierum.*

*De decoratione.*

*Commentarius super suas parabolas.*

*De conferentibus & nocentibus membris principalibus corporis humani,* seorsim edente G. PICTORIO Basil. 1560. 8. \*. Codex est in B. R. Par. n. 6992. Parvus libellus, quo recensentur, quæ cuique corporis parti noceant vel profint.

*Commentarius in Aphorismum, vita brevis, ars longa.*

*De febribus regule generales.*

*Prognosticum de insomniis.*

*De physicis ligaturis.*

*Electuarium præservans ab Epilepsia.*

*Tractatus contra calculum,* qui libellus cum sequentibus primum hic editur.

*Regimen contra catarrhum.*

*Regimen contra tremorem cordis.*

*Tr. de epilepsia.*

*De esu carniū pro sustentatione ordinis Carthusianorum contra Jacobitas.* Prodiit etiam Paris. 1617. 8. Omisi Alchemistica.

Lego præter ista, ARNALDI esse L. *de salubri olerum & fructuum esu* Paris. 1572. 8. 1586. 8. SEG. 1617. 8. Colon. 1527. 8. Brevis liber.

*De aqua vitæ* Cod. MS. in B. Scorial. BUSCHING.

*De aquis, aère, vinis, pane, leguminibus* in B. R. P. n. 6972.

*Tabula syruporum & electuariorum* in B. R. P. n. 6988. A.

*De medicamentis conficiendis* in codd. MS. Britannicis n. 6097.

*Manuale medicaminum* in B. R. P. n. 7058.

*Le tresor des pauvres* prodiit Lion 1517. 4. 1527. 4. 1520. 4. 1617. 1620. 4. RAST. Sed non adeo ARNALDO videtur, quam liber ad sensum ARNALDI scriptus.

EJUS *sententia de medicina facienda* a JOACH. COLBIO editæ Altenburg 1638. 12. TREW.

*Codex de singulis agritudinibus* est in B. Taurin. II. p. 121. & *de morbis humani corporis*, scriptus a. 1452., in eadem Bibliotheca.

Vertisse dicitur AVENZOAR *de conservatione corporis*, cujus codex sit in B. Coll. S. Benedict., & AVICENNAM *de viribus cordis* in B. CAI. GONV. n. 974.

Vitam viri scripsit PETRUS JOSEPH de HAITZE Gallice Aix 1719. 12. FALC. B. BUN. & SYMPHORIANUS CAMPEGIUS in editione operum Lion 1532. fol. & STEPHANUS de VILLA in l. *de las vidas de doze principes de la medicina* Burgos 1647. 4. B. BUN.

MAGNUM, cujus *regimen sanitatis* dicitur, eundem divinavit esse B. CORTE, qui ARNALDUS, qui nomen suum ut invidiosum celaverit. Et omnino rem acu tetigit; comparavi enim editionem *Regiminis* MAGNINI Argentor. 1503. 4. \*. excusam, & reperi ne verbulo differre a *Regimine sanitatis* ARNALDI de VILLANOVA. Prodiit etiam Lovanii 1482. 8. MEAD. & 1486. 4. ex catal. Paris. 1483. FALC. 1524. 12. RAST. tum Lugduni 1717. 4. Fufum cætera opus, & integrum diæteticæ systema, pro infantibus, feminis, viris, senibus, itinerantibus. Persequitur sex res non naturales, potissimum etiam cibos omnis generis: porro evacuationes, venæ sectionem, cucurbitulas, cauteria, quæ valde laudat. Proprii ne quid expectes.

#### §. CLXXXI. JACOBUS de DONDIS.

Vulgo *Aggregator Patavinus*, medicus & mathematicus. Horologium a. 1344. Patavii constituit, cujus nomen in familia hæsit.

EJ. *promptuarium medicinae, in quo facultates medicamentorum simplicium & compositorum declarantur, cuius morbo medicamenta sint accommodata ex veteribus medicis copiosissime monstratur* prodiit Venet. 1481. fol. (TREW. titulo præmissio *Aggregator Patavinus*) 1543. fol. HOTTING. 1576. fol. TREW. Scriptum opus a. 1385.

THOMAS de GARBO, DINI f. EJ. est *summa medicinalis cum duobus tractatibus, 1. de restauratione humidi radicalis, 2. de reductione medicinarum ad actum* Venet. 1521. fol. MERKL. Lion 1529. fol. TREW.

L. *de reductione medicamentorum cum coll. de dosibus* Patav. 1556. 8. 1579. 4. Lion 1584. 8. Inutile & breve opusculum.



EJ. *consiglio contra la pestilentia* Florent. 1523. 8. \*. Venet. 1576. 8. cum aliis ejus argumenti libris. Ex genio seculi, diæteticæ regulæ, odoramenta &c. Pilulas J. DAMASCENI valde laudat.

EJ. *commentaria* in ll. GALENI *de februm differentiis cum textu GALENI* Paris. 4. LIND. Lion 1514. 4. ID.

In opere chirurgico GUIDONIS de CHAULIAC, suo (\*) loco dicti, huc faciunt morbi externi, antidotarius, purgantia medicamenta. Magnam illam pestilentiam descripsit, quæ circa a. 1350. Europam devastavit, & quam ipse passus est.

*De peste* proprium libellum existare, DALECHAMPIUS auctor est in præf. ad R. de VINARIO, sed ineditum.

JOHANNES de ARDERN, coævus GUIDONIS, qui eandem magnam pestilentiam viderit, chirurgus, homo ingenuus, qui mala eventa non dissimularet, De morbis tamen nihilo plenius agit, quam eo ævo vulgo fieri solebat.

EJ. *opera medica & chirurgica* citantur in ll. MS. BURSCOUGH n. 7639. & F. BERNARDI n. 3635. 3699.

*Et de re herbaria physica & chirurgica* ex L. H. SLOANE TANNER p. 48.

RAIMUNDUS de VINARIO Monspeliensis docuit, & trium pontificum Avenionensium fuit Archiater. Idem aliqua citat, quæ a. 1382. evenerunt.

EJ. *de peste libros tres* edidit JAC. DALECHAMP Lion 1553. 12. \*. Pestilentiam conjunctioni planetarum tribuit. Bubonum meminit & carbonum, & exanthematum purpureorum & nigrorum. Qui cum stupore & amentia balbutiunt, eos fere tertio & quarto die interire.

L. II. est de usu rerum non naturalium. Ut debeat a peste caveri. Superstitiosa aliqua.

L. III. Curatio traditur. Carbunculum occupandum mitioribus septicis medicamentis; chirurgos qui acrioribus usi sint, multos interemisse, qui sanari potuissent. Esse multos, qui bubones totos discindant. Debere ægrotos crebro ali. Magnus sub ala tumor, inde per univrsum brachium dolor, funesto eventu, quem potuisset medicus, incisa altius glandula, occupare.

J. FALCONIS Monspeliensis Cancellarii *questio utrum . . . . . conferat ad morbos oculorum* MS. anni 1408. est in B. Taurin. II. p. 120.

MANFREDI de M. IMPERIALI *de herbis ad medicinam pertinentibus*, codex MS.

EJ. app. ad S. JANUENSIS *synonyma* est in B. R. P. n. 6823.

HENRICI DANIEL, Dominicani, *de re herbaria*, l. scriptus a. 1379. (b).

SILLANUS NIGER (Negri) librum suum dicavit GALEACIO (c) Vice comiti, cujus

(\*) B. Cbir. I. p. 157.

(b) B. Bot. p. 232.

(c) CORTE Med.

cujus filia a. 1389. duci Aurelianensi nupsit, ut ejus fere ævi sit. Ejus l. *super nono Almanzoris* prodiit Venet. 1497. fol. LIND. 1518. fol. TREW.

Codex MS. in librum IX. & X. est in *Bibliotheca Taurinensi*.

Et *super decimum librum ib. II. p. 121.*

Et *Tesoro de pobres* Valent. 1571. 8. citari video a C. R. V.

J. de TOLETO *de conservanda sanitate* l. est in B. R. P. n. 6978. in B. R. Londin. p. 251. in *Cantabrigiensi*, & in CAL. CONV. n. 959.

Ej. *de venenis* l. est in libris BERNARDI.

NICOLAUS NICOLUS de FALCONIIS Florentinus, obiisse dicitur a. 1412, vir non mediocris, qui ea ætate, cum universi medici fere in compilando versarentur, plurima proprium ad experimentum descripsit. Ej. vastum opus est, *sermões medicinales septem*. Primus de *conservatione sanitatis subjecto medicinae* II. de febribus, qui etiam in collectione de febribus existat. III. de membris capitis. IV. de membris spiritalibus. V. de membris naturalibus. VI. de membris generationis. VII. de chirurgia Venet. 1491. fol. 4. vol. 1507. fol. 1533. fol. 4. vol.

Sermo III. de membris capitis prodiit 1480. fol. 1507. fol. TR. GUNZ. Solam chirurgiam coram habeo, cum qua medica passim commixta sunt, de doloribus articularum, de vena medinensi, de morbis cutaneis, de classibus medicamentorum externorum. Collectio est ad saporem *Continents* RAZEI, ex Arabibus potissimum sumta. Cum vero in chirurgicis passim propriæ adnotationes auctoris intercedant, eandem putem esse partis medicæ hujus operis laudem.

Ejusd. *commentum super aphorismos Hippocratis completum* a J. B. THEODOSIO Bonon. 1522. 8. LIND.

MARSIGLIUS a S. SOPHIA Patavinus.

Ejus est l. *de febribus, de omnium modorum fluxu ventris, de omnium accidentium febrium cura, de febre pestilentiali*, libelli qui partem efficiunt operis practici, signa, causas, & curas febrium complectentis. Venet. 1507. 8. TR. Paris. ib. Lion 1517. 4. BB. Medicamentorum & ciborum quos cuique malo mederi putat, longissima est series.

Ej. *recepta medica* ex MESVE in B. *Taurin.* II. p. 121. *Recepta super AVICENNAM* ib. alium medicum, quem dicunt a. 1305. scriptum esse.

GALEACII de S. SOPHIA l. *de febribus, de omnium modorum fluxu ventris; de omnium accidentium febrium* libri prodierunt Lion 1517. 4. BB., ubi mireris similitudinem, quæ est in titulo utriusque auctoris, inque titulo operum. Magna varietas medicamentorum, quæ inter multa etiam habet exterius admovenda; aliqua vana; alia superstitiosa. Meminit fere in principio in acuta febre ejusmodi frigidis fomentis feliciter perfectæ curationis.

*Opus medicinæ practicæ antehac nunquam impressum.* GALEACII de S. SOPHIA in nonum tractatum l. Rhazis ad R. Almanzorem de curatione morborum particularium. Libellus introductoris in artem parvam Galeni de principiis universalibus totius medicinæ ex Arab. Avicennæ & aliorum operibus congestus. Hagenau 1537. fol. Neutrius a S. SOPHIA ætatem recte novi. Solent ad finem seculi referri.

Una prodiit RICHARDI, Parisini medici, cætera mihi ignoti, tractatus brevissimus de signis februm excusus Venet. 1514. f. 1517. 4. 1535. f. Ex seculi genio.

EJ. l. de simplicibus codex est in codic. Britt. n. 877.

§. CLXXXII. VARIIS SCRIPTORES SECVLI XIV.

VIRIVASIVS de herbarum virtutibus JAMES II. p. 114.

FRANCISCI Senensis l. de venenis in B. Brit. n. 6979.

JOH. de PARMA collectanea medicinæ secundum MESVE in B. R. P. a. 8160.

EJUS practica, scripta seculo XV. est in B. Taurinensi.

J. de PARIS l. complexionum, s. temperamentorum in B. R. P. n. 7125.

NICOLAI de Anglia commenta varia in L. GALENI de elementis secundum Hippocratem.

EJ. comment. in l. de crisibus.

EJ. comm. in tres l. GALENI de facultatibus naturalibus. Hi codd. sunt in B. R. Paris n. 7015.

CRISPI Mediolanensis, ad MAURUM f. l. de medicina in B. R. P. n. 6864.

B. de BONARDIS anno 1373. scripsit remedia contra morbum pestilentialem, quæ sunt in B. Taurin. II. p. 120.

SCHEM TOR ben R. IITZCHA Spoleti a. 1374. vixit, qui partem librorum ad ALMANZOREM Hebraice reddidit WOLF.

Anonymus de medicamentorum simplicium virtutibus. In B. R. Londin.

Anonymus de preparatione ciborum & potuum in B. R. P. n. 7091.

Anitidotarius ib. n. 7121 & 7861.

Anonymus de gradibus ib. n. 6891.

Anonymus de compositione & usu variorum pulverum, syruporum, emplastrorum ib. n. 7036.

Anonymus de morbis mulierum ib.

Receptæ adversus morbos capitis & oculorum aliosque ib. n. 6114.

Fragmenta de urinis & febris ib. n. 6882. a.

Anonymus

*Anonymus de pulsibus* n. 8160.

*De febris* ib.

*Synonymia* ib.

*De collectionibus & aggregationibus animalium & synonyma medica.*

*Fragmentum lexici medici, seculi XIV.* B. Bern.

§. CLXXXIII. VARIIS INCERTIORIS ÆTATIS.

GUALTHERUS *Salernitanus*. EJ *de dosibus* codex est in B. R. P. n. 6964. alius in B. D. Petr. Cantabr.

SIMONIS BREDEN *trifolium medicum* in B. BODL. n. 1761.

GARIOGLI *compendium de medicinis compositis* in B. Coll. nov. oxon. n. 1133.

STEPHANI ARNOLDI *diatarium* in B. BODL. n. 2462.

THOMÆ de M. AVIUM *de virtutibus medicinarum compositarum* in B. BODL.

J. PORER YNGHYM *materia medica* in B. EDUARDI TYSON. n. 4159.

MAG. PONTII *curæ de variis medicamentis conficiendis* n. B. BODL. n. 2626.

NICOLAUS *de regimine ætatum, s. de conservatione sanitatis* in B. CAL. GONV. n. 967., nisi est NICOLAI ANGLICI.

ANASTASII *de ratione victus salutaris post incisam venam & emissum sanguinem* l. prodiit cum *Schola Salernitana*.

*Remedes contre diverses maladies. Contre le noli me tangere.* In B. Bernensi seculi, puto, XIV.

§. CLXXXIV. SECVLVM XV.

In principio hujus seculi barbaries ad summum fastigium pervenerat: inde magna rerum in melius conversio facta est. Typographica primum ars libros, hætenus difficillimos adquisitu, ad eruditorem hominum usum, & pretio minori suppeditavit, & numero auxit. Deinde Constantinopoli (a) subversa, Græci in Occidentem, & potissimum in Italiam, quod supererat bonorum librorum & utilium artium adtulerunt, ut versus finem seculi, HIPPOCRATIS & ARISTOTELIS aliqua Græca ederentur, CELSUS etiam paucissimis scriptoribus notus, nunc primum in medicorum manus redderetur; barbaræ demum ARISTOTELIS, GALENI & HIPPOCRATIS versiones aliis commutarentur nitidioribus. Cum posteriori ergo parte hujus seculi, etiam medicina respirare cepit, ut tamen toto hoc seculo nemo in utilissima arte eminuerit. Verum lux nunc accensa proximo seculo purior effulsit.

(a) Conf. *Ath. Erud.* 1752. Jan.

effulfit. Multum interim bonæ arti nocuit, quod numerosi medici, qui potissimum in Italia opera sua publicarunt, integra fere systemata artis edenda susciperent, neque aliquam particulam peculiari cura elaborarent. Ita factum est, ut nemini inter tot scriptores ad augendam in tam vasto campo cognitionis humanæ fatis esset virium, aut experientiæ, aut ingenii; omnesque fere ad exscribendum, adque ea fere repetenda sint delapsi, quæ priores scripsissent, & Arabes etiam potissimum. Cæterum & in hoc seculo difficillimum mihi fuit vera tempora definire, quibus quisque medicus opera sua scripserit, in iis potissimum, quos non ipse legissem. Quos enim evolvi, eos, vel ex citationibus, potui utcumque in ordinem redigere.

§. CLXXXV. INITIA SECVLI XV.

Ad principia seculi XV. pertinet S. BERNARDINUS Senensis, qui anno 1400. ægrotorum pestilentiam patientium curam gessit.

PETRUS de LARGELATA Bononienfis, quem ostendi a. 1415. vixisse. In ejus libris VI. *de chirurgia* sæpe recufis, & Venet. 1520. fol. \*, huc faciunt capita de medicamentis variarum classium, de œdemate, hæmorrhagia narium, scirrholienis, hepatis, ascite, elephantiasi, dolore ischiadico, capillorum vitiis, morbis cutaneis, vitiis linguæ, oris, sudoris, impotentia, vomitu, phlebotomia &c. Passim adnotationes suas adpersit. Inter levandum pondus sonitus & subitanea impotentia aut erigendi se, aut ambulandi, fomentis sanata.

CHRISTOPHORUS GEORGIUS de HONESTIS, Florentinus, nuperior quam PETRUS de ARG. quem citat (a), cæterum non satis certæ ætatis scriptor: *expositionem* scripsit *super antidotarium* MESVES, sæpissime recufam cum MESVE, etiam Venet. 1602. fol. \*. Alias editiones vide B. Bot. l. p. 233.

Cujusque antidoti utilitatem medicam exponit, simplicia medicamenta declarat, ex quibus componitur. Adnotat quæ sint in usu, quæ obsoleverint. Citat GENTILEM, THOMAM de GARBO, PETRUM de ARGELATA, uti monui. Citatur a SANTE de ARDOYNO. Ejusd. l. *inunctionibus*, *aqua hordei*, & *ptisana* cum MESVE pariter excufus est. Marganti medico a. 1414. obtinuit, ut artem medicam sibi exercere liceret.

JOHANNE de TORNAMIRA, Monspeliensis professor, antiquior VALESCO, a quo citetur. Ejus *Practica Clarificatorium valde singulare supra nomen* RAZIS prodiit Lion 1501. 4, Venet 1507, f. TR. 1521. fol. TREW.

Ej. *Introductorium ad practicam medicinæ* cum VALESCO impressum est, parvus libellus, de nonnullis medicamentorum formulis.

BALESCON, Latine VALESCUS de THARANTA, Doctor Monspeliensis, anno 1418. post praxin medicam 36. annorum (b) scripsit *Philonium*  
Titulus

(a) p. 174.

(b) prolog. L. I.

Titulus est. *Practica vulgo dicta Philonium de curatione morborum.* Venet. 1502. fol. SCHULZ. TREW. Antiqua etiam est nitida, etsi Gothicis literis excusa, editio est in B. B. Porro aureum & perutile opus practicae medicinae operam dantibus, quod Philonium appellatur diligenti examine correctum. Introductorius practicas medicinae par JOH. de TORNAMIRA. *Practica medicina, quae Philonium inscribitur* edita est Lion 1490. fol. in TR. quae editio eadem nostrae est, sed absque TORNAMIRA tum, 1521. fol. ASTRUC. 1526. 8. TR. potius 1531. 4. vel. 3. \*. 1535. 4. \*. cum eodem titulo & Basil. 1500. 4. GUNZ. Lugduni etiam prodiit cura DESIDERII 1560. 8. \*. emendatius, meliori dictione & ordine concinniori redactus. Eam editionem puriori dictione a JOH. HARTMANNO recusam dedit Francof. 1599. 4. 1680. 4. \*. cum notulis & interspersis propriis observationibus.

Comparavi editiones, Lugdunensem 1525. 8. \*. & BAYERIANAM & epitomen perquam utilem auctore GUIDONE DESIDERIO Delphinatate Lion 1561. 8. RAST omnes differunt & epitome dictionis est melioris.

EJ. *tr. de epidemia & peste* prodiit Paduae 1487. 4. GUNZ. & cum Philonio Basil. 1500. 4. Lion 1531. 4. vol. liber scriptus a. 1401.

Verbofus auctor, consilia priorum scriptorum longa seria recenset, iudicium suum interponit, nonnullas proprias adnotationes multis fermocinationibus interposuit. Refrigerium in pleuritide suadet, sed olim ALEXANDER suaserat. Non bene meliores facit variolas, quae citius erumpunt.

ALIQUA ex eo opere cum DODONÆI *observationibus* decerpta exstant Har- dervic, 1584. 8. GUNZ.

#### §. CLXXXVI. POST ANNUM 1420.

SANTES de ADROYNIS, Pisarenfis medicus, cepit opus suum *de venenis* die 8. nov. a. 1424. absolvit die 14. Maj. 1426. Impressum est Venet. 1492. fol. ope BERNARDINI RICCI, TREW.; recusi *de venenis* libri VIII. Basil. 1562. fol., curante THEODORO ZWINGER, ad exemplum a CONRADO GESNERO communi- catum. Farrago undique collecta, cum nonnullis propriis adnotationibus, ut sanati hominis, cui arsenicum propinatum fuerat.

ANTONIUS HOLME, monachus, *medicinas simplices ex diversis auctoribus* collegit, quae sunt in B. M. BODL. n. 2644. Videtur scripsisse circa a. 1408.

JACOBI GANIVET monachi, *Amicus medicorum*, liber scriptus a. 1431. M. Sept. editus cum ABENESRA *de diebus criticis*, 1496. 4. Lion 1508. 4. TR. 1550. 16. \*. B. Tig. 1596. 4. Francof. 1614. 12.

Astrologi ad infaniam usque suæ artis studiosi opus. L. II. est de inquisitione epidemicorum & morbis. L. IV. de modis conservandi sanitatem & obviandi ægritudinibus, & ABENESRA de diebus criticis. Omnes GUNDISALVUS TOCI-TANUS in lucem emisit, notis locupletavit.

JOSEPH HALLORKY commentarium in anonymum L. de medicina scripsit, a. 1412. cum medicus esset BENEDICTI XIII. WOLF.

ALEXANDRO ab ALEXANDRO constitutiones & regulata jurisdictionis Regii proto-medicatus Siciliæ elucidata scripsit circa a. 1429. edita Panormi 1564. 4. a J. PHILIPPO INGRASSIA.

J. SOMMERSET de virtutibus olei olivarum secundum P. de CRESCENTIIS scripsit circa a. 1441. TANNER.

J. BUCHCHIN, coquus pontificis MARTINI, de modo preparandi cibaria, pul-menta & salsamenta codicem reliquit, qui exstat in B. R. Par. n. 7054.

NICOLAUS HOSTREHAM. Ejus codices M. S. circa a. 1440. scripti sunt. Viaticum necessarium. Antidotarii L. I. contra dolores rennum: L. I. de pleuritide, modus conficiendi & dispensandi medicamenta. Practica medicina. PASCHALIS.

JACOBUS de FOROLIVIO hoc ævo floruerit, quem a. 1440. ANTONIUS GUAINER præceptorem suum vocet. Ejus est expositio in primum Canonis AVICENNÆ cum quæstionibus ac indice Papiæ 1488. f. MAITT. a. 1500. f. TREW. 1501. f. TREW. 1512. f. Lion 1498. fol. LEHMAN. Venet. 1520. fol. B. B. 1547. fol. Sermocinatio proprio experimento cassâ.

EJ. Expositiones in aphorismos HIPPOCRATIS a CONSTANTINO AFRICANO translato editæ sunt Venet. 1495. fol. & 1547. fol. tum Papiæ 1512. fol.

EJ. In primum artis parvæ GALENI expositio Venet. 1491. fol. In artem parvam GALENI commentarii cum quæstionibus nonaginta & una. Papiæ 1514. fol. Venet. 1520. fol. B. B. 1547. In hac editione reperitur duplex versio opusculi GALENI, deinde commentarius JACOBI in tres libros Techni, quorum qui tertium librum interpretatur, primum nunc dicitur prodierit; una prodierunt in eosdem tres libros quæstiones JACOBI. Quæ legi, longa erat disputatio & inanis ad seculi saporem.

Conjuncti prodierunt Commentarii in aphorismos HIPP. in I. fen. AVICENNÆ, in librum technæ Venet. 1490. GESN.

EJ. tr. de doloribus arthriticis MS. est in B. Taurin. II. scriptus a. 1443.

JACOBI de PARTIBUS (a), Tornacensis, medici CAROLI VII. Expositio super regimine ejus quod comeditur & bibitur. De regimine aquæ & vini, de quibus nulla per JAC. FOROLIV. inventa est eruditio. Papiæ 1500. fol. 1512. fol. Venet. 1520. fol. B. Bern. 1547. fol.

EJ.

(a) Nomen est ironicum.

Ejusdem faporis fere, ut alter JACOBUS.

EJ. *Glossa interlinearis in practicam* ALEXANDRI Lion 1504.

EJ. in *Explanatio AVICENNAM cum textu AVICENNÆ a se castigato*. Lion 1498. fol. 4. vol. LIND. Codex est M. S. in B. S. PETR. Cantabr.

EJ. *Summula morborum ac remedium ex libris MESVÆ* Lion 1489. 8. 1531. 8. 1587. 16. Venet. 1576. f. & cum MESVEO etiam Venet. 1602. fol. \*. Censur morborum, deinde ad quemque sua medicamenta simplicia.

EJ. *Inventorium s. collectorium receptarum omnium medicaminum, confectionum, pulverum, pilularum, emplastrorum, oleorum & aliorum cuiusvis usus ad servandorum*, absque loco & anno. Primum hunc JACOBUM febrem purpuratam descripsisse lego.

EJ. De balneis fragmentum cum Collectione Veneta.

JOHANNES de CONCOREGIO Mediolanensis, professor Pifanus. (b).

Ejus *practica, lucidarium, & flos florum medicine nuncupata summula*. EJ. *de curis febrium secundum hodiernum usum compilata* prodierunt Papiæ 1485. f. MEIBOM. 1509. fol. Venet. 1501. 4. GUNZ. GESNER. 1515. fol. TREW. GUNZ. 1521. f. LIND. Codex erat in B. LINDENII.

In *pref.* ait auctor, post 34. annos suæ lecturæ in schola Bononiensi inchoatæ, in aliis Italiæ urbibus continuatæ, ultimo in Papiensi se hoc opus complevisse a. 1438. Primo compendium morborum a capite ad calcem. Suam interponit passim experientiam. In melancholia phlebotomiam non bene sibi successisse, purgantia profuisse, citatis etiam exemplis. Ridiculum consilium, ut amorem nimium forditie ostensa comprimatis. Embrocham balnei *petrioli* laudat ad furditatem. Dolores aurium facile necare monet.

JOHANNIS SERMONETÆ *questiones subtilissima super librum aphorismorum & super librum tegni* Bononiæ disputatæ anno 1430. editæ sunt Venet. 1498. fol. \*. *Questiones* sunt theoreticæ & practicæ in utrumque sensum disputatæ, in quibus JACOBI de FOROLIVIO, UGONIS SENENSIS, MARSIGLII de S. SOPHIA, THOMÆ de GARBO, opiniones cum suis rationibus proponuntur, expenduntur, & judicium SERMONETÆ interponitur. Theoria mera.

§. CLXXXVII. POST A 1430.

HUGO vel UGO BENTIUS a patria Senensis dictus, professor Ferrariensis, deinde Parmensis, suum in l. *Techni commentarium* dicavit NICOLAO Estensium Duci, & dicitur sub EUGENIO pontifice floruisse, qui obiit a. 1447. Anatomem administravit a. 1425. (c).

Ejus

(b) BARTH CORTE *med. mediolen.* p. 25.

(c) BERTAPALIA p. 300.



Ejus *in tres libros microtechni* GALENI *luculentissima expositio* edita est Papiæ 1518. fol. B. B. Venet. 1493. fol. TR. 1498. TREW. 1523. fol. LIND. Paphraasticus commentarius, cum nonnullis priorum scriptorum refutationibus.

EJ. *in libros VII. aphorismorum HIPPOCRATIS & commentaria GALENI expositio* Ferrar. 1493. fol. TREW. Venet. 1498. fol. TREW. 1523. f. 1617. fol. nisi est 1517. Sic LINDEN. Papiæ 1518. fol. TREW.

EJ. *in primi canonis AVICENNÆ fen I. luculentissima expositio* Venet. 1498. f. TREW. 1523. fol. LIND.

EJ. *super quartum fen primi AVICENNÆ practica expositio cum adnotationibus JACOBI de PARTIBUS.* Venet. 1517. fol. LIND.

EJ. *in quarti AVICENNÆ fen primum luculentissima expositio cum ej. subtilissimis quaestionibus* Venet. 1523. fol. LIND.

EJ. *consilia saluberrima ad omnes aegritudines* Papiæ 1518. fol. TREW.

EJ. *opera* Venet. 1518. fol. 2 vol.

EJ. *excerpta de balneis in collectione Veneta.*

EJ. *regole della sanita e natura dei cibi* Taurin. 1620. 8. HOTTON 1628. 8. FALC.

LEONARDUS BERTAPALIA. Incisioni corporis humani interfuit anno 1429. & iterum 1430. (c). Ejus *chirurgia* tractatus sunt septem, inter quos aliqua ad medicinam faciunt, de oedemate, de ventositate spinæ. Medicamenta etiam & antidotos recenset. Nimium Astrologiæ tribuit. Prodiit Venet. 1548. fol. \*. & alias.

PETRUS de TUSSIGNANA, de quo nihil mihi pene innotuit, circa hæc tempora videtur vixisse.

EJ. *recepta super librum IX. Almanforis* prodierunt Venet. 1483. fol. 1497. f. 1533. 12. RAST cum ALMANZORE SILLANI Papiæ 1518. fol. etiam cum SILLANO.

EJ. *compositiones ac remedia ad plerosque vel omnes effectus morbosque sanandos.* Lion 1587. 16. BUR.

EJ. *Tr. de regimine sanitatis* Paris. 1539. 16. 1540. 12. LIND. 1635 rectius, ut puto 1535. 8. FALC.

EJ. *index super P. de APONO expositionem problematum Aristotelis* ap. COM-MELIN 1596. 8. LIND.

EJ. *de balneis Burmii & earum exhibendarum canones.* In opere sunt de balneis.

EJ. *pro peste evitanda* Venet. 1522. fol. B. TIG.

BARTHO-

BARTHOLOMÆUS de MONTAGNANA professor Bononienfis.

EJ. *consilia medica* Venet. 1497. f. cum *tr. de balneis, de compositione & dosi medicamentorum* & *antidotario* 1499. HAENEL. 1514. fol. \*. Lugdun. 1525. 4. B.B. Venet. 1565. f. TR. Lind. Francf. 1604. fol. curante P. UFFENBACH B. Tig. Noriberg 1652. fol. TREW. Consilia sunt 305. ad omnes a capite ad calcem morbos, cum historia morbi & fuffissimo censu medicamentorum, & alimentorum. Intercedunt aliquæ propriæ per spiffum volumen adnotationes.

Ejus *tr. de compositione & dosi medicamentorum* Venet. 1497. f. TREW. 1499. f. HAENEL. 1514. fol. \*. Lion 1525. 4., & cum priori, ut puto, opere fere in omnibus edit. tum Patav. 1556. 8. 1579. 8. \*. Lion 1585. 8. Venet. 1562. 8.

A præjudiciis seculi hoc opus non purum est. Non probes, majores doses requiri ad partes magis distantes, ad plura juvamenta. Ut formulæ componantur, medicamentis in ordines dispositis, gradibus simplicium computatis, eo minori dosi, si gradus fuerit 3 vel 4. Quoties simplicia medicamenta non suffecerint, veniendum ad composita. Singulæ formulæ. Sirupis multum tribuit. Medicamentorum alvum laxantium catalogus: pilulas debere impari dari numero, quæ lex ad posteros descendit. Tunc confectiones & aliæ formæ medicamentorum.

Ejus *antidotarium* Paduæ 1487. 4. TR. Venet. 1497. f. TREW. 1499. f. HAENEL 1514. fol. \*. Lion 1525. 4. Francof. 1605. fol. TREW.

EJ. *de balneis Patavinis tractatus tres* Venet 1514. fol. \*. & ut puto etiam 1497. & 1499. 1565. Lion 1525. 4. Basil. 1537. fol. \*. cum aliis.

EJ. *de urinarum judiciis* Padua 1487. 4. GUNZ.

EJ. *opera selectiora* a P. UFFENBACH edita Francof. 1604. f. TR. tum cum F. CABALLO & CERMISONO, & Amsterd. 1664.

Vir eruditus, amicus UGONIS SENENSIS, veteres, etiam potissimum (d) CELSUM legerat.

ANTONIUS CERMISONUS, qui cum BARTHOLOMÆO fere consentiebat (e)

EJ. *consilia* fere ubique cum MONTAGNANA prodierunt, ut Venet. 1497. f. 1499. fol. 1514. f. \*. Lion 1525. 4. Noriberg 1652. fol. Prodierunt etiam cum GENTILIS *receptis* & cum L. *de balneis*. Medicamentorum series fere est, absque morbi historia, perinde ad omnia a capite ad calcem mala.

Mmm 2

GLXXXVIII.

(d) GER. BOLDERIUS in *epistola*.

(e) BOLDERIUS.

## ANTONIUS GUAINERIUS.

Papiensis, seculo omnino XV. vixit, qui opus suum PHILIPPO MARIE SPORTIÆ dicaverit, cujus mors cadit in a. 1447, idem JACOBI de FOROLIVIO discipulus, & PHILIPPI Mediolanensis.

Ejus est *practica s. potius omnes tractatus, quos ad diversas corporis humani ægrotudines* edidit Venet. 1497. fol. \*. 1498. fol. SCHULZ. 1508. fol. TREW. 1516. fol. TR. Papiæ cum JOH. FALCONIS additionibus, qui alius erat a priori cognomine viro 1518. 4. TR. MERKLIN. Lion 1525. 4. B. TIG. TR.

Libellus *de balneis* seorsim editus est in *collectione Veneta*. Codex est in B. Taurin. II.

*Antidotarium* Papiæ 1518. 4. MERKL.

*L. de venenis* Papiæ 1518. 4. MERKL. Lion 1525. ID. Utriusque codex MS. est in B. R. P. n. 6981.

In editione 1497. fol. collecta habentur omnia opera ANTONII GUAINERII. Primo majus opus, quo omnes ægrotudines a capite ad calcem recenset, & subinde tamen propria sua consilia dat. In tenesimo non dandos clysteres solutivos, nisi mollientes præcesserint. Suppositorium opiatum, quod in intestinum se receperat, per vomitum redditum fuisse. Curam se gessisse puellæ, quæ, cum menstrua nunquam passa esset, tamen conceperat. Podagram frigida imposita suppressam in gangrænam abiisse, quam noster defensivis impositis ægre coercuerit, ut tamen tibiam totam æger amitteret. Se Avenione & Taurini veteres arthriticos sanasse cauterio excitato. Multum ubique admiscet superstitionis. 2. De calculo. 3. de peste cum fusissimo tractatu diætetico. Acetosam mire laudat. Vidisse se, qui peste extincti fuerint, nulla de re questos, nisi de cordis angustia, nullo apostemate apparente. Chirurgum in Delphinatu tempore magnæ pestilentiæ in principio morbi venam secuisse, eventu felicissimo. Nunc in peste bubonacea & carbuncularia, phlebotomen contra Parisienses defendit, nondum BOTALLO nato. 4. Venena, per singula, plantas, animalia, mineras. 5. Tr. de febribus. 6. De balneis *montisferratensibus*, cum multa enumeratione hominum curatorum. 7. Antidotarium.

*Anonymi opus medicum* scriptum a. 1443. est in B. Taurin.

*De mulierum ægrotudinibus* codex MS. est in B. Taurin. II. & *de fluxibus* ib. scriptus a. 1449, editus etiam ap. TREWIUM.

GIRARDI de BERNERIIS *de Alexandria consilia medica* scripta a. 1451. sunt in B. Taurin.

Et PAULI de CALVIS *de Mutina de urinis* a. 1449. ib.

VALENTINUS ex regia stirpe Aragonica l. *de cavallo de la suas malattias e grand part de las curas de aquellas*. Cod. MS. Vixisse a. 1443. CAP. de VILLA.

MAFFEI de LANDE *probl. medica* in BB. Codex est a. 1442. scriptus medici, alias ignoti, ad chirurgiam potissimum faciens.

*Diverse physical receipts*, anni, ut intelligo, 1438. ASHMOLE n. 7704.

MICHAEL (a) SAVANAROLA Patavinus, LEONELLI ducis Ferrariensis medicus, infelicis illius HIERONYMI avus, CERMISONI discipulus. FREINDIUS eum inter annum 1440. ponit & 1450. Si CERMISONUM ad annum 1440. retuleris, paulo nuperior fuerit. Balnea Pisana restituit.

EJ. *practica Canonica: de febribus; de egestionibus, de pulsibus; de urinis; de Italia balneis; de vermibus, non prius impressus* Venet. 1498. fol. 1503. fol. TR. 1517. fol. \*. 1543. fol. TREW. cum CÆS. OPTATO. 1552. fol. LIND. 1561. fol. TREW.

EJ. *practica de agritudinibus a capite ad pedes* Papiæ 1486. f. B. TIG. Venet. 1497. f. GUNZ. 1498. f. LIND. 1502. f. TR. 1559. fol.

EJ. *practica major* Venet. 1497. GESN. 1561. f. TREW. UFF. Lion 1560. f. FALC. LIND. & 8. LAMBERGEN. Si differt.

EJ. *opus practicum in VI. tractatus divisum* Venet. 1502. fol. GUNZ. Si differt.

EJ. *in medicinam practicam introductio, s. de compositione medicamentorum. Catalogus simplicium & compositorum medicamentorum nomenclaturas, usum & summam continens* Argent. 1533. 4. & 24. LIND.

EJ. *de arte conficiendi aquam vite simplicem & compositam, deque ejus vi admirabili ad conservandam sanitatem & corporis humani agritudines curandas* Hagenau 1532. 8. Basil. 1597. 8. LIND.

EJ. *de balneis Italiae* Venet. 1592. & in collectione Veneta.

EJ. *libro della natura e delle cose che nutriscono, o delle cose non naturali, con alcune osservazioni per conservar la sanita, reformato per BARTHOL. BOLDO* Venet. 1576. 4. BOEHMER. Alio forte cum titulo, *tratt. per conservar la sanita* Venet. 1554. 8. FALC.

Laudes quod SAVANAROLA prognostica ex HIPPOCRATE collegerit: quod pluscula sua diaria & febrium quotidianas adnotationes adjecerit, cum integra ratione curandi SICULI, qui ejus præceptor fuerit, & qui venæ sectionem, etiam ad animi deliquium, etiam in febre pestilente urgebat. Recidivas in febribus a medicamentis purgantibus aliquando funestas supervenire monet. Hominem incisum vidit, cui adeo parvum erat cæcum intestinum, ut a colo non distingueres. Verboositatem tanquam seculi vitium excufes. Minus probes absurdas historiolas, ut pestilentie versus Athenas a draconum halitu excitatæ, quos SOCRATES speculo opposito interemerit. Incantamentis adversus vermes adhibitis recensendis melius abstinuisset, etsi iis fidem non adhibet. Balnea artificialia varia, etiam

M m m 3 ex

(a) In vetustis editionibus constanter lego MICHAELEM, nuperi scribunt J. MICHAELEM.

ex mero lacte, & oleo describit, deinde vires sulfuris, aluminis, alfarumve mineralium, quas putat aquis medicatis efficaciam impertire, denique balnea Italiæ ex ordine dicit.

GUILIELMUS BRIXIENSIS a W. JUSTO refertur ad a. 1472, sed vetustior est, quem anno 1460. SIGISMUNDUS de POLCASTRO citaverit. Ejus exstat *Practica ad unamquamque agritudinem a capite ad pedes. De febribus tractatus. De peste: De consilio observando tempore pestilentiali. De cura pestis* Venet. 1508. f. LIND. Alium titulum reperio *dictorum illustrium medicorum ad unamquamque agritudinem* Brix. 1508. fol. Boehm. Hic vocatur GUILIELMUS Aggregator.

SALADINUS ASCULANUS floruit circa a. 1448. (a), principis Tarenti medicus. Ejus *compendium aromatariorum* sæpe excusum est, potissimum cum MESVEO, etiam 1602. fol. \*. Hispanice per ALFONSUM RODRIGUEZ de Tudela versum prodit Pinciae 1515. 4. NIC. ANT.

Primo loco *examen*, ut vocant *aromatarii*, ponit, deinde catalogum medicamentorum simplicium in utroque NICOLAI opere dictorum. Porro doses & uncia, quæ alia sit Salerni, alia Patavii. Inde ars præparandi & conservandi medicamenta composita. Medicamentorum selectiorum simplicium aliqua historia, Censuræ eorum, quibus quemque aromatarium oporteat esse instructum.

FELICIS HEMMERLI, vulgo MALLEOLI l. *de balneis*, qui cum *collectione Veneta* prodit, hujus fuerit ævi.

PETRUS BESCHEBIEN medicus, inde episcopus Carnutensis a. 1459. Ejus vitam dedit L. BERNIER in *histoire de Blois* Paris 1682. FONTETTE.

§. CLXXXIX. POST A. 1450.

SIGISMUNDI de POLCASTRIS, Patavini, *questio de actuacione medicinarum: de appropinquatione ad æqualitatem ponderalem, utrum ei plus oppropinquat melancholicus quam temperatus &c. Questio de restauratione humidi radicalis. Questio de reductione corporum, utrum corpus humanum naturaliter lapsum possit ad temperamentum reduci. Questio de extremis temperantiae.* Venet. 1506. fol. \*.

Annus accurate definitur, quo scripsit, nempe 1460. d. 26. Oct. Opiniones doctorum virorum expendit, & de quaque quæstione definit; quare totus est in ratiociniis. Citat GUILIELMUM de BRIXIA, MARSIGLIUM de S. SOPHIA, CHRISTOPHORUM de HONESTIS, UGONEM SENENSEM, HERIGETUM de LIO Patavinum, ANTONIUM de PARMA, JACOBUM de FOROLIVIO.

JOHANNES ARCULANUS aut HERCULANUS Veronensis, Bononiæ, Patavii demum artem medicam docuit 1457.

Ej.  
(a) PANELLI *Pices* II. p. 17.

EJ. *practica medica, qua omnium morborum & symptomatum census & remedium præfagia exponit, s. Expositio in RHAZIS librum IX. ad Almansorem Venet. 1493. fol. B. B. 1497. LIND. 1502. fol. TREW. 1557. fol. \*. 1560. fol. FALC. Basil. 1540. f. B. B.*

EJ. *Expositio perutilis in primam fen quarti Canonis AVICENNÆ in qua de febribus agitur cum annotamentis Symphoriani CHAMPEGII Lion 1518. fol. GUNZ. Venet. 1519. fol. TR. 1560. fol. SMITH TR. Alio cum titulo, de febribus dilucida expositio, nunc denuo expurgata ac duplici Avicennæ textu exornata Patav. 1684. 4. TREW. MAZZUEH.*

Excerpta de balneis in collectione Veneta.

Commentarius in L. IX. ALMANSORIS, spissus est & verbosus liber; multum fermocinationis continet; multa & sæpe sublestissimæ fidei medicamenta, boni & proprii, quoad ejus legi, sed legi magnam partem, omnino nihil. Prodiit Venet. 1542 fol. cum opusculo de fluxibus uteri. Codex est in B. Taurin. II.

GALEOTTI MARTII, Novariensis, de homine L. II. scripti circa 1470. B. Dresd. excusi Bononiæ 1476. 4. Mediolan. 1490. f. Basil. 1517. B. B. Oppenheim 1610. 8. Adfectiones partium externarum & internarum humani corporis ex antiquis collegit.

Censuram Grammaticam in eum I. scripsit GEORGIUS ALEXANDRINUS vulgo MERULA, adnotationum nomine 4. absque anno, tum Mediolan. 1490. f. Basil. 1517. 4. B. B. Asper refutator. Respondit GALEOTTUS in responsione objectorum a G. A. Mediolan 1490. f. Basil. 1517. 4.

J. MATTHIÆ de FERRARIIS, vulgo de GRADIBUS, non a GRATE, a patria grado, professor Ticinensis, dicitur obiisse a. 1460., quod falsum est, vixit enim a. 1471. (b).

EJ. *practica pars I. & II. vel commentarius textualis cum ampliationibus in nonum RHAZIS ad Almansorem cum textu Papiæ 1497. fol. LIND. Lion 1527. 4. TR. Venet. 1521. fol. TREW. 1560. fol. GUNZ. censore JANO MATTHÆO DURASTANTE. Editionem literis gothicis a MICH. de CAPELLA Lugdunensium curatam absque anno apud MATTHÆUM citat FALC. Auctor in titulo dicitur. Vidi adnotationem apud MORGAGNUM, vetustum Chemicum de bono præfagio scripsisse, quod in febribus ex arenulis sumi possit.*

Seorsim prodierat pars I. . . . . pars II. Papiæ a. 1471.

Ejus *expositiones super vigesimum secundum fen tertii Canonis AVICENNÆ Mediolani 1494. 4. CORTE. Adjectæ sunt expositiones super AVICENNÆ l. de urinis.*

EJ.

(a) CORTE.

EJ. *Consiliorum secundum vias AVICENNÆ ordinatorum utile repertorium*. Papiæ 1571. CORTE. Venet. 1514. f. Lion 1521. fol. Tr. 1535. fol. GUNZ. Non vidi, sed multa ejus loca refert GATINARIA. Hæmorrhagiam narium diuturnam MATTHÆUS philonio repressit. Phthisin a femina Ferrariæ totis 28. annis toleratam fuisse; utendum ergo siccantibus. Palpitationem cordis sæpe succo limonium superavit. Galbano menses excitavit.

EJ. *de urinis tr.* Mediolani 1494. 4. CORTE.

Antonius GRADUS, vel de GRADIS, Medicus Mediolanensis.

Ejus *de febribus tr. signa, causas & curas febrium complectens* Lion 1527. 4. B. B. 1524. 4. Venet. 1560. fol. cum J. MATTHIÆ GRADI *practica* Basil. 1515. fol. \*.

Nihil omnino reperi, quod citari possit; sed JUSTUS, non is quidem optimus, auctor, nostrum ponit ad annum 1468.

EJ. *expositiones super fen XXII. Canonis III. AVICENNÆ* Papiæ 1510. 1511. cum AVICENNA GUNZ.

GEORGIJ de GRADIBUS *opus pandectarum medicinæ* Venet. 1492. f. maj. Tr. puto esse SYLVATICUM.

§. CXC. POST A. 1460.

CÆSAR LANDULPHUS, cum a GATINARIA citetur, hujus erit ævi. BLASIUM CÆSAREM puto non bene vocat LINDENIUS.

EJ. *opusculum de febrium curis* Lion. 1506. 4. LIND. 1517. 4. \*. 1525. 8. Tr. 1532. 8. LIND. 1539. 8. Tr. Basil. 1537. fol. \*. Francof. 1604. 8. Paris 1540. 8. fere cum GATINARIA prodiit.

Non videtur genuinum CÆSARIS opus, disertis verbis enim legas, non ita fieri a CÆSARE, nempe venam in melancholia non secari. Ejus viri aliquas opiniones & curationes discipulus excusat, qui videtur GATINARIA.

BLASIUS ASTIARIUS Papiensis, pariter a GATINARIA citatur.

Ejus est lib. *de curandis febribus* Lion 1506. 4. LIND. 1525. 4. vel. 8. Tr. 1532. LIND. 1538. fol. GUNZ. Basil. 1537. fol. \*. 1540. 8. Venet. 1575. 12. \*. Francof. 1604. 8. cum GATINARIA excusus. Nihil habet proprii, & pariter, ut alii coævi, inutilia auxilia commendat: pannum rubrum in variolis. In iis variolis tamen alvum rheo lucebat, non obstante eruptione, aliosque addit tamarindis fere usos.

EJ. *consilia quedam valde utilia*, Venetiis 1521. fol. cum J. MATTH. de GRADI *consiliis* prodierunt.

J. MARLIANUS, Patricius Mediolanensis, Professor Paviensis, medicus & mathematicus ducis J. GALEATI anno 1483., non 1438. obiit, qui & FRANCISCI

CISCI SPORTIÆ tempore vixerit, & J. GALEATI, a quo a. 1480. & 1482. honoribus auctus est & redivitibus (a).

EJ. *disputatio cum MAGISTRO J. de ARCULIS (ARCULANO puto) in diversis materiis ad physicam & utramque medicine partem prodiit* Mediolan. fol. (b).

EJ. *de validitate corporis humani tempore hyemis & astitis* Venet. 1501 fol. (c).

EJ. *de febribus omnibus cognoscendis & curandis* (d).

Melancholicum hominem, qui ranas se in corpore alere sibi persuaserat, adjectis ad faeces alvi ranis restituit.

ANTONIUS VACCA, cætera mihi ignotus, a GATINARIA citatur, qui scripserit *super 16. terti AVICENNÆ.*

MARCUS GATINARIA Ticinensis. Ejus opus *de curis ægritudinum totius corporis cum Almanzoris practica* sæpe excusum est, ut Lion 1506. 4. LIND. 1525. 8. vel. 4. min. 1532. 8. 1542. 8. 1639. 8. Paris. 1690. 8. RAST. hic & Francofurt. 1604. 8. cum titulo *de medendis humani corporis malis practica*: porro Basil. 1537. fol. \*. *Praxis medica* Venet. 1599. 8.

Et *de remediis morborum particularibus* Venet. 1660. 8. HOTTON cum l. GENTILIS *de curandis febribus* Venet. 1575. 12.

Anno 1462. in nono ALMANSORIS laboravit. (e), citat vero ASTIARIUM, ARCULANUM, MARLIANUM, & memorabilem casum quem a. 1481. vidit, ut non possit referri ad a. 1480. Non perinde inanis, ut reliqui contemporaneorum. Amat enim aliorum medicorum, etiam circumforaneorum medicamenta, citare. Multi eum JACOBUS SYLVIUS fecit, exque eo & GALENO compendium praxeos concinnavit Paris. 1545. 8. B. B. Suum etiam judicium noster interponit. Non ausum se febrem ciere, qua spasmodum curaret. CÆSAREM LANDULPHUM ipsum spasmodum coxarum patientem balneo oleoso curavit. Leporam superavit carnibus viperinis, quæ de toto corpore bubones expulerunt. Clysteribus, qui vitellos ovi reciperent, sæpe se dysenteriam sanasse. Drachma testarum ovi ait se plurimam urinam expulisse, ardorem vero urinæ terebinthina lota sustulisse. Feminam vidit, quæ per 60. dies in dies singulos 16. bocalia urinæ reddebat. Podagram in se ipso superavit abstinentia a vino, & alvo singulo mense laxata. Viperas a fetido medicamento per anum decessisse. Monet ne melancholici nimis præpropere terræ mandentur.

ROLAN-

- (a) CORTE.
- (b) CORTE absque anno.
- (c) Id.
- (d) Ib.
- (e) CORTE p. 26.

Tom. I.

Nnn



ROLANDUS CAPELLUTIUS Chryfopolitanus, qui se dicit philosophum, exiguum libellum scripsit, quo pestem describit, quæ a. 1468. in urbe sua (Parma) grassata fuerat, multa cum confusione, imperitia & flagitiorum frequentia. Venam volebat ab ipso mali principio secari. Emunctoriis emplastrum imponebat ex amarum gummatibus, cum euphorbio, cucurbitulas imponebat, carbunculo vero calcem cum arsenico, cum multa medicamentorum inutilium farragine. Diversum fuisse a ROLANDO illo vetustiori, etsi pariter Parmensi, editor CONRINGIUS facile intellexit. Prodiit Brunsvici eo eurante 1640. 4. \* & Germanice *von Pestilenz Beulen und Geschwüren* ib. 1642. 8. TREW.

MATTHEOLI PERUSINI *artem memoria de præceptis artificialibus & regulis medicinalibus ad augendam memoriam* ediderunt Lipsi. a. 1470. absque anno Riv. excusam Argent. 1498. 4. Codex est in B. R. *Jacobæa* Londini n. 8315.

*Alphabetical catalogue of Drugs and their use* est in B. ASHMOLE n. 7724. scriptus a. 1461.

*Et Preparations of medicines* ib. 7731. anni 1479.

HIERONYMUS MANFREDI *il perche .. le ragioni di molte cose necessarie alla conservazione della sanita e virtù delle herbe.* Anni est 1470. Prodiit Bonon. 1474. 4. Venet. 1540. 8. B. B. 1567. 12. 1581. 8. TR. 1600. 8. FALC. 1629. 8. TR. Multa tradit ex ARISTOTELIS problematibus. Facultates ciborum ex regno vegetabili ternariis versiculis exponit. Multa ad veterum morem, ad omnes medicæ artis partis spectantia.

EJ. *de medicis & infirmis collectanea in formam centiloquii digesta.* Bonon. 1483. 4. Nurnberg 1530. 8. TR.

EJ. *tr. de Peste* Bonon. 1479. 4. Riv.

CXCI. POST A. 1470.

PAULUS BAGELLARDUS DE FLUMINE. Ejus est *de ægri tudinibus & remediis infantum* qui prodiit 1472. 4. MEAD. Venet. 1481. 4. B. B. Lion 1538. 8. cum nonnullis aliis LIND. Parvo libello morbos puerorum minute recenset, initio ab ipsa manu obstetricis factò; Apøstemata gutturis reformidat. Adstringente fotu ani prolapsum sustulit. Cætera fere ex Arabibus sunt.

BARTHOLOMEUS METLINGER Medicus Augustanus, *de infantum valetudine tuenda, curandis morbis* Francof. 1531. LIND. Germanice *Regiment der jungen Kinder* Augspurg. 1474. fol. Riv. 1539. 8. B. SLEID.

HEINR. STEINHOWEL *regimen in schweren läufsten dieser Krankheit der Pestilenz der Stadt Ulm gesammlet* Ulm 1473. 4. TR.

HONUPHRIUS de HONUPHRIIS Sixti IV. medicus, reliquit M. S. opuscula *de re medica & lecturas.*

Utcun-

(a) MANDOS.

Utcunque huc referas BARTHOLOMÆI de SACCHI, vulgo PLATINA a pago prope Cremonam sito dictum, in quo natus est *de obsoniis & honesta voluptate, & valetudine, etiam de ratione victus & modo vivendi* libros X. Eorum antiqua est editio 4. absque loco & anno RAST. Vicentiæ 1470. 4. MAITT. vel eo ipso emendante 1480. 4. *Civitate de Friuli* 1480. 4. &c. Venet 1503. 4. TR. 1517. 4. \*. Colon. 1525. B. B. Gallice Paris. 1529. 4. RAST. Conf. B. *Botan.* p. 240. Non sola coquina est, sed integra diæteticæ, omniumque ex duobus regnis alimentorum census, vires medicæ & alimentariæ Collectanea ex antiquis, fere latinis.

J. PHILIPPUS de LIGNAMINE, Messanenensis, *de inoquoque cibo & potu utili & nocivo, & ejus primis qualitatibus* Rom. 1474. GESNER.

CONRADI MENGENBERGER alias MEYTENBERGER, quasi Magdenburgensis, *Buch der Natur*. In mea editione antiquissima, quæ absque loci & anni indicio prodiit, inscribitur *Naturbuch von Nutz, Eigenschaft, Wunder, Wirkung und Gebrauch aller Geschöpfe*. Prodiit etiam *Augsburg* 1475 fol. 1478. fol. Francof. 1536. fol. \*. quam editionem suo loco dicemus, paulum emendatam & aliis cum iconibus. Video ex ALBERTO M. verum esse. Lexicon est materiæ medicæ; ad saporem seculi.

ORTOLPH von Bayerland *Arzneybuch ze teudsch* Nurnberg 1477. fol. Riv. &c.

JACOBI SOLDI florentini D. M. Theol. B. de *peste* Bonon. 1478. 4. *de epidemia* Flor. 1490. 4. Typ. goth \*.

Ex Arabibus fere & pauca ex GALENO. Fere suo ævo TRUSIANUM scripsisse. Panem exponit cani, postquam in libero aëre fuit expositus: si moriatur tunc est pestilentia. Tota diætetica hic redit, etiam de turdis & phasianis. Coitus, inquit. SOLDUS, fabubris est, loquor ut medicus, non ut theologus. Inde medicamenta. GENTILEM syrupo *benedicto* ait se tutum se servasse. Idem medicamentum ex aloe, croco, aliis mistum nemini se dedisse, qui inde non sit servatus, vanus certe homo. Terra sigillata AVERRHOIS. Compositio qua usus PHILIPPUS mediolanensis. PETRI de TUSSIGNANA pulvis ad morsus animalium venenatorum. Curatio, brevissime per symptomata, sed farrago medicamentorum ex præjudiciis seculi.

Italice *antidotario per il tempo di peste* Firenze 1630. 4. FALC.

Magnas divitias suo seculo LUDOVICUS COCTIER a metuloso LUDOVICO XI. extorsit. Ad ejus hominis vitam J. B. G. in *Mercure de France* 1737. Jul.

ELIAS F. IUDA Tiburtinus, hebræus, scripsit a. 1478. l. *de malis matricis & iis medendi modo* WOLF.

VALERIUS ANSELMUS Poliater & archigrammateus Bernensis, historiæ patriæ scriptor.

BILIBALDI PIRCKHEIMER ex aula MAXIMILIANI I. *apologia s. laus podagra* Amberg 1610. 4. & 1611. 4.

## §. CXCII. POST A. 1480.

*Ein Buch Regimen sanitatis oder Ordnung der Gesundheit genannt.* Aug. Vind. 1481. fol. TREW. Ulm 1482. fol. VOIGT. Colon. 1494. 4. Augspurg 1499. THOMASIVS. An forte MAGNINUS. Sed lego ALBICI phyfici R. Bohemiæ *Regimen sanitatis & pestilentie* Lips. 1487. prodiisse in GESNER Bibl. quo potius putem id regimen referri, de quo nunc dixi.

Est etiam ejus ævi FRIDERICI KREUSSER *regimen sanitatis, von der Ordnung der Gesundheit* Nurnberg 1493. 8. MAITT.

In PETRI MARTYRIS epistola data a. 1489. de morbo agitur, in quo articularum dolor & ulcera atque oris fæditas, & pustulæ fuerint, quæ habentur a nuperis pro mali gallici symptomatis.

ANTONII GALATEI Liciensis (*Lecce*) *de situ Japygiæ* L. Basil. 1576. 8. \*. & in thesauro Italiæ BURMANNI. Primam editionem ignoro, sed auctor vixit ævo ALPHONSI II. post obsidionem Hydruntis, circa 1480. Græcus erat in Galatana civitate natus, vir doctus & eloquens. Huc faciunt, quæ de morbis habet. Neapoli a stangnantibus aquis cælum insalubre reddi. Fabula Brocolacarum; quæ per totum Orientem regnat: Animas scelestorum de sepulchris exire persuadentur, vesci animalibus, pueros necare, in sepulchra reverti. Mederi accolas, dum rescisso cadavere cor exurunt, cineres projiciunt. Hi sunt illi nuperorum Vampiri.

MICHAELIS de CLAMA ROSASTUSI codicem *de febribus in AVICENNAM* lego mi fallor, esse in B. *Taurin.* scriptum a. 1467.

Et codex M. S. a RIPIS de SPILEMBERG *de conferentibus ad sanitatem* a. 1471. ib.

J. ANTONIVS PANTHEVS Veronensis. *Ej. confabulationes de thermis Chaldeianis in agro Veronensi, in quibus etiam de nitri sulfuris natura in medicinam tradit.* Vicent. 1488. fol. LIND. & in collect. Venet.

PETRI de MONTAGNANA *de urinarum judiciis* Patav. 1489. 4. Venet. 1500. fol. TR. GUNZ. Is libellus fuerit, qui in principio ponitur collectionis J. de KATHAM.

*Arzneybuch von allen Geprüften des Menschen wie solchen zu helfen* Augspurg 1488. 4. TR.

BENEDICTVS *de conservatione sanitatis* Rom. 1490. 4. LIND.

Unica vocula repeto, a. 1483. prodiisse *herbarium*, deinde *Ortum sanitatis* dictum, sæpe repetitum, cujus editiones suo loco dixi (a), & quo l. medicæ stirpium facultates recensentur.

Porro

(a) B. Bot. I. p. 239. p. 240. 241.

Porro primum hoc tempore prodiiſſe collectionem ſcriptorum, quorum pleraque practici ſunt argumenti, & cui titulus eſt ARTICELLA. Venet. 1483. fol. LIND. 1500. fol. TREW. Lion 1515. 8. TR. 1519. 8. B. THOMAS 1507. 4. maj. \*.

In editione 1507. dicitur per HIERONYMUM de SALIIS (a) recognitam & emendatam eſſe *articellam*, additum quartum textum regiminis auctorum HIPPOCRATIS, & textum epidemicorum ex verſione FABII CALVI. Cæterum hac collectione continetur JOHANNITII Introductio: PHILARETUS de pulſibus: THEOPHILUS de urinis; HIPPOCRATIS aphoriſmi ex quadruplici verſione; iidem in ordinem redacti: EJ. HIPPOCRATIS prognostica cum commento GALENI ex duplici verſione: EJUSD. iterum HIPP. de regimine acutorum cum commento GALENI. EJ. liber I. epidemicorum cum ALEXANDRINI commento, & libri de natura fetus, de lege, de humana natura, de aere, aqua & regionibus, de pharmacis, de infomniis. GALENI commentarii in HIPPOCRATIS aphoriſmos cum verſione antiqua, & alia LEONICENI, atque alia iterum LAURENTIANI. GAL. I. quos purgare oporteat, quos neutiquam. L. *techni* cum quadruplici verſione, cumque commento HALY. Libri HIPPOCRATIS, ſecretorum, prognosticorum ſecundum lunam, ex capſula eburnea. GENTILIS de FULGINEO parvus libellus de diſiſione & ordine librorum GALENI, & NIC. LEONICENI de tribus doctrinis ordinariis ſecundum ſententiam GALENI.

Hanc collectionem M. SEGUER PETRO SOMER Valentino Hiſpano tribuit, editionem certe Lugd. 1515. SEG. 1519. 8.

BOEK *van de ghemeyne ſmpel medicines* ex latino verſ. 1484. 4. TR.

DIEGO de TORRES *medicinas preſervativas y curativas de la peſtilentia*. Salamanca 1485. 4. MARCH. N. Ant.

Tr. *de peſtilentia* Bifunt. 1487. 4. MARCH.

MARSILIUS FICINUS medicus, aſtologus, philoſophus Florentinus, ad ſummum ſenium pervenit. EJ. ſunt I. III. *de triplici vita ſana longa & celeſti*. Variæ ſunt editiones, perantiqua in B. B. Florent. 1489. fol. min. \*. Bonon. 1501. 4. B. B. Pariſ. 1510. 8. B. B. 1506. 8. B. B. Argent. 1511. 4. FALC. cum ſchola falernitana Baſil. 1529. 8. B. B. 1532. 8. TR. cum apologia & antidoto 1538. 1549. 8. Lion 1657. 16. Bern. , ut intelligo, 1595. 8. LIND. 1616. 12. TR.

Liber I. & II. Gallice prodit vertente J. BEAUFILS Paris 1541. 8. Libri tres vertente GUI le FEVRE *de la BODERIE*. Paris 1581. 8. B. E. Cum *apologia & antidoto* Lion 1566. 12. TR.

Germanice *das Buch des Lebens* Strasburg 1508. fol. vertente I. ADELPHO, 1538. fol. 1540. fol. HUTH. *Regiment des Lebens* Francof. 1553. fol. B. Tig.

(a) Suſpicio eundem eſſe, qui etiam SURIANUS dicitur.

Liber I. *de studiosorum sanitate tuenda*. L. II. *de vita producenda*. L. III. *de vita cœlitus comparanda*. *Apologia. Epidemice antidotus* Basil. 1529. 8. Liber primus pertinet fere ad diætam eruditorum & ad media, quibus atra bilis aut præcaveatur, aut curetur.

Alter de vita longa & prolonganda.

Tertius fere Astrologicus est, plenus hypothesium.

EJ. *de morbo epidemico* Aug. Vindel. 1518. 4. FALC. Basil. 1529. 8. B. B. Italice *configlio contra la peste* Firenz. 1523. 8. \*. 1522. 8. FALC. 1576. 8. FALC. cum aliis. Venet. 1556. 8. TR. Plenus Astrologiæ, ut etiam pestilentias annorum 1429. & 1008. conjunctionibus planetarum tribuat. Contagium per canes felesque transferri, etiam ipsas sanas. In præservatione RAZEI olera refrigerantia fructusque horæos rejicit; theriacam valde laudat, & composita medicamenta nullius momenti, illitumque oleum scorpionis. Venam fecat, ventosas artubus admovet. Hispanos cucurbitulam sub carbunculo admovere. Non semper tutum esse a lue, qui semel peste laboraverit, & secundo infectum aliquando periisse & tertio. Cûratiõ carbonis, bubonis. Plurima vana.

EJ. *de laudibus medicine*, In operibus Cl. viri LIND.

EJ. *opera omnia* Basil. 1561. fol. 2. vol. 1576. fol. BB. Continentur in collectione II. *de longitudine vite: apologia de medicina astrologica &c. Epidemice antidotus, Oratio de laudibus medicine. Pymander de potestate & sapientia DEI JAMBlichus myster. Egypt.*

B. ANTONIUS Mædiolanensis medicus & chirurgus obiit a. 1482. DUVAL.

CHRISTOPHORI de BARZIZIIS Bergomatis, professoris Patavini, *de febrium cognitione & cura* Papiæ 1494. fol. TREW, Lion 1517. 4. B. B. Basil. 1575. fol. Multiplices methodos absque selectu pro superandis febribus proponit. In variolarum curatione venæ sectionem omni alteri evacuationi præfert.

EJ. *introductionum s. Janua ad omne opus practicum medicine*. Papiæ 1494. fol. Aug. Vind. 1518. 4. RIV.

EJ. *excerpta de balneis* in collectione Venet.

GABRIELIS ZERBI Gerontocomica s. *de senum cura atque victu* Rom. 1489. 4. RIV.

EJ. *de cautelis medicorum* Papiæ 1508. fol. ID. Lion 1525. 4. LIND.

FRANCISCUS CABALLUS Brixienfis. EJ. *tractatus de animali theria* qui fere cum BARTHOLOMÆO DE MONTAGNANA produit Venet. 1497. fol. RIV. 1499. f. HAENEL 1503. f. LIND. 1514. f. \*. 1565. f. LIND, Lion 1525. 4. LIND, Francof. 1604. f. LIND. Noriberg 1652. fol. LIND.

De viperis aliisque serpentibus, doctus auctor, & qui veteres, etiam CELSUM legerat. Scopus est ostendere, terion (Ἐρσιον) non esse proprium animal, aut a vipera diversum. ARISTOTELEM in viperæ historia non recte a PLINO esse intellectum.

BAUERII de BAUERIIIS *consilia medicinalia* Bonon. 1489. fol. TREW. Papiæ 1521. fol. recognita 1524. Venet. 1553. LIND.

*De balneis* in collectione Veneta.

Una cum consiliis BAUERII prodit ANGELI DECEMBRIS *de curatione pestis* Liber.

TERTIUS DAMIANUS, a patria VISENACUS, si nomen recte scribitur, *de victus ratione, medendi modo, purgatione s. malo Anglico* Antwerp. 1490. MAITT.

Ejusd. *theoria medicinae totam rem miro compendio complectens, vel l. περί τα ἰδρωσικὰ* Antwerp. 1540. TREW.

QUIRICUS de AUGUSTIS de TORTHONA (Mediolanensis), *Ej. lumen Apothecariorum* prodit Venet. 1495. f. HAENEL TREW. Venet. 1549. fol. \*. 1556. fol. 1566. fol. TREW. Lion 1503. fol. TREW. 1525. fol. B. B.

A PETRO SUARDO excubatur, a MANLIO a BOSCO sæpissime refutatur, cujus *luminare majus* cum a. 1496. excusum sit, non poterit noster multo posteriori loco poni. Pharmaceutices peritus, meliorem medicamentorum compositionem passim docet, sua medicamenta laudat, & cum antidotarium scriberet, facultates medicas simplicium medicamentorum expendit, ex quibus composita constant. Pharmacopolas vulgares carpit.

JACOBUS MANLIUS de BOSCO, Alexandrinus (v). *Ej. luminare majus omnibus medicis necessarium*, quod modo indicavi, prodit Venet. 1494. fol. MAITT. 1496. fol. TREW. 1501. fol. TREW. 1503. fol. ID. 1517. fol. SEG. 1549. fol. \*. ubi multa a NICOLAO MUTONO medicamenta nuper addita habentur, tum 1551. fol. TREW. 5561. fol. TR. & cum expositione I. M. DURASTANTIS 1563. fol. 1566. f. FALC. TREW. Porro Lion 1525. B. B. absque MUTONO, tum 1536. 4. Lego etiam *Interpretationem simplicium secundum ductum officinarum* Argent. 1531. f. MAZ. Auctor compositiones se ait castigasse, & ex Græcis recensuisse, quos priores neglexerint. Cæterum commentarius est ad MESVES antidotarium, cum simplicium medicamentorum historia & viribus.

#### §. CXCIII. POST A. 1490.

ANTONIUS GAZIUS Placentinus.

*Ejus corona florida medicina de conservatione sanitatis* Venet 1491. SEGUIER in epistola. Lion 1514. 4. TR. 1534. 8. LIND. Patav. 1549. 8. B. THOMAS. Argent. 1546. 8. SEG. B. BOD.

*Ej. quo medicamentorum genere purgationes fieri debeant.* Basil. 1541. fol. B. TIG. GUNZ 1565. 8. LIND. Collectio ex veteribus de ciborum & potuum facultatibus.

*Ej. ararium sanitatis, & de vino & cerevisia tractatus.* Aug. Vind. 1546. 8. LIND. Patav. 1549. 8. LIND.

Ej.

EJ. *de somno* & *vigilia* liber. Basil. 1539. fol. \*. videtur idem quem & ANTONIUM GAIZONUM *de somno* vocari lego Basil. 1539. fol. & cui *de somno ejusque necessitate* liber tribuitur GUNZ.

PETRI RAVENNATIS (de TOMASIIS) *phœnix s. artificiosa memoria*, Venet. 1491. 4. B. Bern. vide in *B. anat.* p. 1. p. 152.

In PETRI DELPHINI *epistolis* Venet. 1524. fol. excusis agitur de malo, ut putatur, venereo, de vulneribus nempe anno 1491. frequentibus, in quibus per crustas ichor malignus manaverit: eas pustulas nuperus auctor ad luem refert, magnus defensor antiquitatis mali venerei.

GUIL. TARDIF auct. *de fauconnerie* & *de droyt des chiens de la chasse* Paris 4. circa a. 1692. Poitiers 1567. 4. Paris 1614. 1628.

JOHANNES KETHAM, quem KARTHAN (GESNER), Itali ALEMANNUM vocant. EJ. *fasciculus medicinae, revisus per GEORGIUM a M. FERRAIO* prodiit Venet. 1491. fol. TREW. 1495. fol. PLATN. 1500. fol. TREW. 1513. fol. \*. 1522. fol. GUNZ. Varia continet anatomica, sed & medica. Tabulam, in qua urinarum varietates cum earum præfagiis reperiuntur. Tabulam venarum cum consiliis, quæ in quoque malo vena debeat aperiri, plenis astrologicæ vanitatis. Ad morbos muliebres consilia, & quæstiones ad organa generationis pertinentes. Curandi rationem ad morbos nonnullos. PETRI de TUSSIGNANO lib. *de peste evitanda* & *curanda*. RASIS tractatum de ægitudinibus puerorum.

FERDINANDI PONZETTI, Cardinalis, *de venenis commentarius* L. III. Venet. 1492. fol. Rom. 1521. 4. Basil. 1562. fol. \*. Venena simplicia, naturalia & arte facta, eorum symptomata & curatio, compilata ex veteribus. Non tamen mera est compilatio, & auctor ad eventus utique passim animum advertit. Ita vidit, pisces in vasis æneis clausis servatos absque noxa fuisse comestos: sensit oleum plus valere ad fragendum cantharidum virus, quam quidem terram sigillatam. Enectum fuisse, qui sesquidrachmam ellebori albi adversus quartanam febrem sumserat. Fumo sulfuris & argenti vivi formicas & alias noxias bestiolas fugari, occidi.

ANTONIUS ZENUS. EJUS L. *de natura hominis* Venet. 1491. vidi citari.

G. HEBERLING Grammundensis, professoris DOLANI, *Lectio declaratoria super epidemico morbo* Dale 1492. 4. LIND. & absque loco & anno 4. vel 8. \*. Arabista. AVICENNAM fere exscribit, & brevissime de febre pestilente dicit.

## LIBER QUARTUS.

## INSTAURATORES.

## §. CXCIV.

**E**t si passim adhuc Arabistæ intercedunt, neque subito ars optima depurari potuit, novam tamen periodum hic ordimur, cum & ALEXANDER BENEDICTUS his annis ceperit eminere, & ad meliorem conditionem artem reformare, & NICOLAUS LEONICENUS Arabum certissimus inimicus, & ad naturam ipsam JACOBUS BERENGARIUS paulo post medicos revocaverit, & ANTONIUS BENIVENIUS rariora a se adnotata descripserit, bonæ etiam artes non in sola Italia nunc effloruerint, sed in reliquas Europæ regiones undiquè se sparserint, quarum cives ad Academias Italas confluebant, medici etiam potissimum. Novi etiam morbi ceperunt grassari his ipsis temporibus, qui medicos ad naturam ipsam observandam pene cogerent. Sudor Anglicus primus a. 1483. in exercitu HENRICI VII. stragem edidit, sævior inde rediit annis 1485. 1506. 1518. peste nunc ipsa crudelior, tum annis 1528. 1529. 1551. Anglis potissimum funestus fuit, rapiditate mali summa, ut intra unicum sæpe diem, & aliquando intra trihorium enecaret. Hæc FREINDIUS. Sed etiam *Lenticule* s. *Petechie*, dirus morbus, in Insula Cypro notissimus, anno 1501. primum in Italia adparuit FRACASTORIO teste, deinde febris hungarica a. 1566.

Deinde morbus, haud paulo sævior, perpetuus, paulatim universum terrarum orbem devastare cepit, qui idem, idoneis testibus, genus humanum extirpasset, nisi ejus furor sponte remisisset. Vestigia aliqua BECKETUS & SANCHEZIUS apud antiquiores scriptores repererunt, neque ii soli, sed universi fere seculi XIV. & XV. scriptores de morbis penis scripserunt, & de ulceribus, quæ homines luxuriosi ex concubitu cum femina immunda contraxerint. Verum topicum id malum erat; lues nova suis in initiis continuo universum corpus humanum adgrediebatur, inque pustulas erumpebat & ulcera, ejusque tanta erat crudelitas, ut nunquam tot medicorum notitiam effugisset, aut absque nomine proprio latuisset, si ante hæc tempora in Europa dominata fuisset. Omnibus computatis, hæc lues



videtur degeneratio esse morbi *Taws* Americæ, & insularum potissimum Antillarum indigenæ, in iis insulis etiam nunc superstitis, qui pariter tubercula per universum corpus exigit. Eum morbum aliud clima, & repetita cum infectis feminis venus exasperavit, & etiam nostro ævo venerea lues eo sævior est, quo regio magis ad septentriones vergit. Hunc morbum classis CHRISTOPHORI COLUMBI a. 1493. ex insulis Americanis retulit, quæ vera hujus mali primum nati epocha esse videtur. Inde in obsidione Neapolitana hoc malum adeo vulgatum est, ut ab exercitu obsidentium *Gallicum*, ab obsessis *Neapolitanum*, ab iis, qui ex America novum malum Hispalin adtulerant, *Hispanicum* dictum sit. Hoc idem malum medicorum animos in se convertit; ut ad novum & detestabilem morbum sollicite explorandum paulatim adsueta, didicerint etiam in aliis occasionibus naturæ gesta sigillatim adnotare, qui prius solebant universalia fere sequi, & in magnam malorum varietatem describendam diffusi, priores fere excerpebant.

Alius morbus, non undique veteribus medicis ignotus, tamen in morborum numerum vix receptus, paulo prius, & a. 1482. dicitur in Germania innotuisse, borealibus regionibus procul dubio ob muriam infestior, scorbutum volo.

#### §. CXCIV. ALEX. BENEDICTUS.

ALEXANDER BENEDETTI, vulgo BENEDICTUS, clinicus, & professor Patavinus, primus nuperiorum medicorum propriis adnotationibus eminuit, seque super nubem collectorum extulit. Castra secutus erat in Candia, & in bello quod Itali fœderati adversus CAROLUM VIII. gesserunt; ubique medicinam fecit, & corpora humana incidit, multa ipsa vidit, & ad naturam adnotavit. Dictione etiam usus est multo nitidiore, quam priores medici. Prope Veronam in pago Legnago natus est.

EJ. I. *de observatione in pestilentia Venetiis 1493. 4.* \* prodiit, recusus Bonon. 1516. fol. \*. Basil. 1538. 8. cum aliis, & cum *operibus omnibus*. Exiguus est liber, non absque propriis adnotationibus. A culcitra, post septimum annum in usum revocata, pestem propagatam fuisse. Pestilentia quam nos ter vidit, symptomata. Venam in peste secat, etiam iterato, etiam largiter, si vires permiserint, alvum leniter ducit. In talo admovet medicamenta exulcerantia. Inguini tumentis cucurbitulam adponit. Morbum nobilis juvenis recenset, quem letho eripuit.

EJ. *collectiones medicinae, s. aphorismi de medici & agri officio* Lugdun. 1506. 8. cum nonnullis CHAMPERII, & Paris. 1514. 4. \* cum *anatomie*. Ad prudentiam medicam in universum spectant, & axiomata ad curandos morbos universalia tradunt & apta quædam medicamenta, aut curandi modos experientia probatos, graviter omnino & HIPPOCRATICA cum dignitate. Inde itur per singula. Ita stomachum fere omnium infirmitatum causam esse. Dari colicum dolorem epidemicum (pictonicum ut puto) & funestum.

EJUSD.

EJUSD. *anatomia, s. historia corporis humani* Venet. 1493. 8. Paris. 1514. 4. \*. Basileæ 1522. 8. Argentor. 1528. 8. & alias excusa, adspersas habet adnotationes morboforum corporum minime inutiles. Primus, ut nunc memini, bilis in calculos conversæ meminit. Pleuriticidem utiliter judicatam fuisse pure per urinam decedente. Ossa a venerea lue undique veris abscessibus fœdata ab ipsa medulla pus fundentibus. Aliquot exempla subito enectorum, quibus in asperam arteriam aliquid incidisset. Opisthotonus lactea urina effusa, castoreo sumto, tandem sanatus. Passim venerei mali meminit, novi mali, & gonorrhœam jam eo ævo vidit, quam vulgo tanto nuperiorem faciunt. In cadaveribus siphilicorum incisis ossa sub periosteo integro tumentia, & ad medullam usque suppurata inveniunt. Adversus cepheam medicos salivam movisse, inuncto hydrargyro.

EJ. *de omnium a capite ad calcem morborum causis, signis, differentiis, indicationibus, & remediis* L. XXX. &c. Venet. 1533. fol. B. THOMAS, Basil. 1549. fol. \*. 1572. fol. LIND., quo volumine priora etiam omnia continentur. Vere respiravi, cum post tædiosissimam lectionem Arabistarum, hic primum loco HALY & AVICENNÆ, GALENUM, PAULUM, A. MUSAM, ANDROMACHUM, C. CELSUM citatos legi. Libri XXIX. sunt & morborum omnium per singulas corporis partes breves historiarum, & curationes, utique monente ALEXANDRO collectitæ; sunt etiam admixta superstitionosa, aut alioquin ejusmodi auxilia, quibus fidem adhibere nequeas. Astris multum tribuit, in epilepsia, in peste. Sed pluscula tamen bona & propria adnotavit, quorum aliqua speciminis loco addo. Sanavit feminam, quæ a dæmone obsessa putabatur. Serius ut feminæ sepeliantur, monet. Lethargum pilulis purgantibus superavit, catochum subducta per glandem alvo, ita vermibus expulsis. Maniacorum aliquot curationes, per restitutos menses, per purgantia pharmaca. A paraphrenitide hemiplegia. Qui capillos convolutos excreverunt. Sanguinis de faucibus funestus profluxus. L. XXX. est medicamentorum.

Aliquæ BENEDICTI *observationes* memorantur in DODONÆI *observationibus* Colon. 1581. 8. Hardervic. 158. 8.

Video citari L. *de signis & causis morborum* Basil. 1571. 4. excusum HOTTON.

Vitam viri F. BOERNERUS scripsit Brunswic. 1751. 8. \* repetitam in *noctibus Guelphicis*. Existat etiam ANDRÆ CHIOCCI *elogium*.

#### §. CXCVI. VARIL.

MATTHIÆ de LUCHA *dialogus de diebus criticis* Rom. 1493. 4. RIV.

CASPAR REUCHLEIN von Hagenau *Hippiatrica von Eigenschaften der Pferde* Argent. 1493. fol. TREW.

FRANCISCI MARIE GRAPALDI *de partibus ædium lexicon utilissimum* 1494. 1501. 4. Parmæ 1506. 4. TREW. 1517. 4. BB. & 8. TREW. Jena  
Ooo 2 1516.

1516. TR. Basil. 1533. 4. BB. 1541. 4. TR. & alias excusum, continet collectionem ex Græcis & latinis, de omnibus ad rem cibariam potumque pertinentibus, frumentis, oleribus, fructibus, animalium partibus &c.

HIERONYMUS BALDINUS. Ejus medicamenta ad pestem, & ex fulfure parata, libello a. 1494. descripta recensentur in collectione 1611. 8.

*Instruction oder Unterweisung wieder die Pestilenz* Memming. 1494. 4. TR.

HIERONYMUS BRUNSWICH, a patria dictus, longævus senex, ex gente SALERN vel SAULERN, alibi laudatus, circa hæc tempora libros scribere cepit. Inter medicos Brunswicenses recensetur HIERONYMUS SALER (a).

EJ. *Handwirkung der Wundarzney* Strasburg 1497. 4. \* continet etiam antidotarium & catalogum alphabeticum graduum facultatum medicatarum.

EJ. l. *de arte destillandi, von der Kunst der Destillirung* prodiit Strasburg 1500. f. (b). *Medicinarius das Buch der Gesundheit l. de arte destillandi simplicia & composita, das neue Buch der rechten Kunst zu distilliren* 1505. folio & alias, *Materia medica, cum viribus medicamentorum simplicium & rudibus figuris: deinde infinitus catalogus aquarum medicatarum.*

EJ. *thesaurus pauperum s. Hausapotheke guter gebräuchlicher Arzney* Strasburg 1512. fol. 1532. TREW. Aug. Vind. 1545. 4. Francof. 1576. 8. 1585. 8. TREW. 1591. 8. TREW. 1594. 8. 1598. 8. TR.

IDEM fuerit *Hausarzneybüchlein von allerhand Gebrechen des ganzen menschlichen Leibes mit einem Tractat von gebrannten Wassern* Lips. 1591. 8. HÆNEL. Idem *nützlich Büchlein von vielen guten bewährten Mittlen der Arzney wieder mancherley Gebrechen und Krankheiten* recus. 1601. 8. \*. cum SEITZIO. *Medicamenta simplicia & composita, & formulæ ad morbos, plurimæ aquæ destillatæ & alia ex genio seculi.*

EJ. l. *pestilentialis de venenis epidemice d. i. Buch der Vergift der Pestilenz das da genannt ist der Gemeinsterbent der Trüßenblattern* Germanice Strasburg 1500. fol. MEAD. TR.

TR. *de pestilentia* Aug. Vindel. 1494. 4. TR. an IDEM.

BERNARDINUS de LANDRIANO *additiones in practica* PETRI de FERRARIIS dedit Venet. 1496. LIND.

THEODORUS ULSENIUS *de pharmacandi comprobata ratione carmen* Noriberg 1496. 8.

PAULI SUARDI *Thesaurus aromatariorum* (c) Mediolan. 1512. f. TR. Venet. 1515. fol. 1517. fol. TR. 1549. fol. \* cum *luminari majori*, tum 1551. f. 1556. f. 1566. fol. TR. Lion 1568. fol. GUNZ. 1575. f. BB. 1536. f. RAST. *Verbotenus*, etiam adlocutiones ad fratrem J. FRANCISCUM ex QUIRICO exscribit.

(a) *Hamb. Magaz.* VI. p. 888.

(b) *B. Bot.* I. p. 242. 243.

(c) Male in *B. Bot.* PETRUS dicitur.

scribit. Cæterum opus simile est QUIRICIANI, & easdem citationes repetit. Hujus fuerit ævi, qui medicamentum ab uxore PHILIPPI ducis Sabaudiaë adhibitum feliciter adhibuerit. Is enim dux a. 1497. obiit.

MARCELLUS CUMANUS, parum cætera notus, PETRI de ARGELATA discipulus, vixit exeunte seculo, & a. 1495. in castris Novarraë fuit.

EJ. *observationes medicas* ex codice MS. edidit G. HIERONYMUS WELSCH. Multa hic non contemnenda reperias. Pustulæ epidemicaë in exercitu, in ulcera depascentia transeuntes. Eas WELSCHIUS habet pro primis indiciis luis venereaë. Bubones equidem etiam venereos noster videtur, & frequenter, curandos accepisse, & ulcera virgæ ex simili causa nata. Morbillos venæ sectione, alvo laxata, clysteribus curabat. Multum nimiarum laudationum. Pleraque chirurgica.

#### §. CXCVII. SEB. BRAND. GRUNSPERK.

SEBASTIANUS BRAND, poëta satyricus non inficetus, qui Argentinaë natus, Basileaë vixit. EJUS est *Eulogium de scorra pestilentiali s. malo die Franzos* latinis versiculis scriptum ad J. REUCHLIN a. 1496. etsi scribitur 69. Nomen morbi a Gallis habet, qui *Gorra* dixerunt, vox certe *Scorra* nihil habet Germanici, ut quidem ASTRUCIUS suspicabatur. Verrucas per corpus ægrotorum dicit, efflorescere nempe tubercula; inunctionum etiam meminit.

In hunc librum eodem anno commentatus est JOSEPHUS GRUNSPERK, Presbyter & medicus (a), ex oppido Burkhausen, puto Bavariaë. Titulum fecit, *Tractatus de pestilentiali scorra s. malo die Franzos, originem remediaque ejus complectens, compilatus super carmina quadam SEBASTIANI BRAND, expresso anno 1496.* 4. ASTRUC. TR. Venet. 1503. 4. LIND. Ex genio seculi mali originem tribuit conjunctioni Saturni cum Jove. Inter remedia disertè unguentum mercuriale habet.

#### §. CXCVIII. NICOLAUS LEONICENUS.

Vicentinus, ex pago Lunigo, professor Patavinus, inde Ferrariensis, longævus, qui 96. annum adtigerit, cælebs & sobrius. Vir inter doctissimos sui seculi, ex primis qui critica face errores veterum & Arabum excusserunt.

EJ. *L. de epidemia, quam Itali morbum Gallicum, Galli vero Neapolitanum vocant* Venet. apud ALD. MANUT. 1497. 4. ASTRUC. 1503. 4. TREW. Papiæ 1506. fol. LIND. BONON. 1516. fol. \*. Lion 1529. 8. ID. Basil. 1536. 4. ID. & in *collectione* A. LUISINI. Editionem antiquam 4. absque loco & anno habent PLATNER & BOEHMER.

Primus, aut inter primos, Itatorum de hoc morbo scripsit. Ostendit veteribus

O o o 3

ribus

(2) ASTRUC. p. 547.

ribus non dictum esse malum. Accusat inundationes frequentiores. Curationem Galenicam proponit; de argento vivo nihil addit. Ex theoria omnia; ut a docto viro eum morbum unquam curatum fuisse FREINDIUS neget.

EJ. de PLINII & plurium aliorum medicorum in medicina erroribus. EJ. epistola ad H. BARBARUM in primi operis defensionem. EJ. de PLINII aliorumque medicorum erroribus novum opus ad FRANC. TITUM. EJUSD. epistola de multis simplicibus medicamentis Ferrar. 1509. 4. \*. Basil. 1529. 4. \*. 1532. fol.

Hic, nisi fallor omnium primus, NICOLAUS noster Arabibus bellum indixit (b), ostendit male veterum libros legisse, intellexisse. Pleraque equidem botanici sunt argumenti, spectant tamen ad materiam medicam adque formulas & scriptiones. Colicum morbum ante TIBERIUM utique exstitisse. De strumis, de argemate. PLINIUM negligentius sæpe Græcos legisse.

EJ. in libros GALENI a se translatos ad artem medicinalem præfatio (tum liber ipse emendatus). EJ. de tribus doctrinis ordinatis secundum GALENI sententiam præfatio & opus ipsum. EJ. GALENI in HIPPOCRATIS aphorismos commentarius Ferrar. 1509. fol. \*.

In illa communi præfatione multa veterum loca emendat, AVICENNAM & barbaros Græcorum commentatores refutat.

Questio de tribus doctrinis GALENO in proæmio dictis, synthetica, analytica, definitiva. Theoria, recusa etiam Venet. 1527. fol. cum TURRISANO.

EJ. de dipsade & pluribus aliis serpentibus Basil. 1529. 4. \*. Ad historiam naturalem pertinet. Medicamenta tamen tradit quæ ex vipera repetuntur, ad nos faciunt, theriaca, sal theriacalis, antidoti.

EJ. Opuscula Basil. 1532. fol. BB. Continent I. de tribus doctrinis; de serpentibus; apologiam contra suarum translationum detractores. Anatomica aliqua Carpenfis carpserat, MAINARDUS aliqua in translatione HIPPOCRATIS, quem CELSUM HIPPOCRATEM non semper recte intellexisse monet, & aliquando ad codices suos provocat, qui aliter legant. Iterum, etiam ob HIPPOCRATIS versionem, PETRUS VERNATIUS chirurgus & ANTONIUS COLA, in LEONICENIUM animadverterunt. Noster se mascule tuetur, LAURENTIANI versionem carpit. Demum medici Romani, quam dicemus, una prodiit apologia.

Plura etiam alia GALENI opera latine reddidit; de puero epileptico, de arte curandi ad GLAUCONEM, de crisi, de differentiis februm, de differentiis & causis morborum, de motu musculorum.

(b) In ultima epistola.

## §. CXCIX. VARII.

THEODORUS GAZA circa hæc tempora THEOPHRASTUM & ARISTOTELEM latine reddidit, tum HIPPOCRATIS *aphorismos* Papiæ 1512. fol.

CORADINUS GILINUS ad SIGISMUNDUM ESTENSEM scripsit a. 1497. *opusculum de morbo Gallico*, in collectione LUISINI recusum. De conjunctione etiam planetarum repetit, quæ novum morbum produxerit. Balnea suadet & unguentum, quod & vivum hydrargyrum recipit, & sublimatum, demum funestam illam inuersionem ad futuram coronalem.

*Tractatus descriptionum morborum in corpore humano existentium cum tractatulo de viribus Benedictæ* 1496. 8.

JOHANNES WIDMANN, qui nonnunquam ex genio seculi J. de SALICETO, alias a patrio pago Wirtembergico, MECHINGER se vocavit, a bibliographis ideo pro tribus diversis viris recensens, J. MARLIANI discipulus (a).

EJ. tr. *de pustulis, quæ vulgato nomine dicuntur mal die Franzos.* 1497, 4. Tubingæ datus est l.: morbum Arabibus putat notum fuisse. Eo tempore, qui hoc malo infecti erant, ab hominum consortio excludebantur. Unguentum habet mercuriale.

EJ. (J. SALICETI dicti MECHINGER) physici Wirtembergensis, *de pestilentia, cum adjecta questione de fuga pestis.* Tubing. 1501. 4. GUNZ. TR. HEIST. De variolis, de morbillis, aliqua etiam de malo venereo.

EJ. (famosi artium & medicinæ doctoris J. WIDMANN dicti MECHINGER) tr. *de balneis, thermarum ferinarum, vulgo Wildbaden.* Tubing. 1513. 4. \*. quem libellum ASTRUCIO non contigit videre. Calculi dolores hujus balnei usu mitigatos fuisse.

Ejus unguentum ad marcescentes artus habet HANS a GERSDORF, quo ipse usus sit.

GASPAR TORELLA Hispanus, Valentinus, medicus ALEXANDRI VI. prelati domesticus, & episcopus, scripsit tractatum *cum consiliis contra pudendagram, s. morbum Gallicum.* Rom. 1497. 4. ASTR. & alias Romæ 4. editum absque anno. Historias ægrotorum recenset, qui ex coitu cum impura muliere morbum contraxerunt. Ulcuscula, maculæ, pustulæ malignæ, dolores universi corporis. Theoria ex Arabibus, libellus brevissimus.

EJ. *dialogus de dolore cum tractatu de ulceribus in pudendagra evenire solitis* Blesis scriptus l. a. 1499. editus a. 1500. Innumeros se ægrotos curandos accepisse & sanasse. Id malum extirpari posse, si impuræ feminæ relegarentur in proprium locum, sumtuque publico curarentur. Unguento mercuriali salivam cieri, eam

(a) ASTRUC. p. 556. 557.

vero curationem se improbare, qua illustres viri interemti fuerint. Virgæ ulcera fuctu per vilem personam facto posse mundari.

In C. de V. Catal. Hispanico lego, C. TORELLAM de morbo Gallico, de pudendagra, de ulceribus in pudendagra, de dolore in pudendagra & consilia adversus pudendam prodiisse Paviæ 1521. fol.

EJ. de regimine s. præservatione sanitatis deque esculentis & potulentis Rom. 1506. 4.

EJ. de ægritudine pestifera & contagiosa omnibus cognominata & nuper cognita, quam Hispani modo Villa (puto ovilla) nominant. Rom. 1505. LIND. 1521. fol. Argent. 1540. 4.

PETRUS PINTOR medicus ALEXANDRI VI. Ejus aggregator sententiarum de curatione, & præservatione pestilentie Rom. 1499. fol. 1494. fol. L.

EJUS de morbo fardo his temporibus adfligente Rom. 1500. 4. liber, cujus unicum est exemplum apud COTUNNUM, qui ejus notitiam dedit in l. de variolis. Nomen inposuit alia inhumata: grassatum esse ab a. 1494. ad 1499. pustulas membris adfixisse cum doloribus, quibus perinde unguentum medici mercuriale cum plumbo conjuncta opposuerunt. Id unguentum Portuguesum quendam adhibuisse. Conjunctioni planetarum ortum morbi tribuit, neque tamen ignorat, contagio contrahi, etiam potissimum cum muliere hoc morbo infecta, Romæ a. 1493. multos mortales invalisse.

BENEDICTI GRAPHEI de oculorum affectibus Venet. 1497. fol.

LAURENTII MAIOLI de gradibus medicamentorum Venet. 1497. 4. ANDERSON.

Le compost & calendrier des bergers avec leur regiment de santé. Paris 1497. fol.; idem puto qui *Shepherds calendar*, sæpe recusus.

#### §. CC. VARII.

NATALIS MONTESAURUS, Veronenfis. EJ. lib. de epidemia quam vulgares mal Franzoso appellat 1497. vel 1498., cum anno 1498. adversus eum SGANAROLUS scripserit. Contra LEONICENUM, non esse novum morbum, & Arabibus utique notum, a mala temperie aeris nuper exasperatum.

ANTONIUS SGANAROLUS Mutinensis, pro magistro LEONICENO in MONTESAURUM scripsit disputationem utilem de morbo Gallico & opinionis N. LEONICENI confirmationem adversus adversarium NATALEM MONTESAURUM BONON. 1498. ASTRUC. Non esse asphalt aut alium morbum Arabibus notum, sed novum utique malum.

ANDRÆ RENTZII commentarius in HIPPOCRATEM de insomniis Venet. 1497. Vertit etiam HIPPOCRATEM de natura humana.

FRANC. de VILLALOBOS, Toletanus, medicus PHILIPPI, ut puto, Austriaci & CAROLI

CAROLI V., TRATADO de la enfermedad de las bubas. Salamant 1498. fol. ASTRUCIUS non vidit.

EJ. *problemas con otros dialogos de medicina y familiares.* Zamora 1543. fol. N. ANT.

SIMON PISTOR, vel PISTORIUS, Lipsiensis, & in ea Academia professor. EJ. est *disputatio, cui titulus, positio de malo Franco* Lips. 1498. 4. Theoria mera.

EJ. *declaratio defensiva cujusdam positionis de malo Franco per D. S. PISTORIUM nuper disputata* Lips. 1500. FALCONET habet 1503. 4. Contra MARTINUM POLLICH.

EJ. *confutatio constatorum circa positionem quamdam extraneam & puerilem D. MARTINI MELLERSTAD de malo FRANCO nuper ventilatam* Lips. 1501. 4. ASTR. Inania omnia. Adeo virulenta fuit hæc concertatio, ut demum uterque litigantium Lipsiam deseruerit.

EI. *regiment wieder die schwere und erschreckliche Krankheit der Pestilenz.* Lips. 1501. 4. secunda editio.

SEBASTIANUS AQUILANUS, a patria dictus, professor Patavinus, scripsit ad LUDOVICUM de GONZAGA *interpretationem morbi Gallici, & curam, quam a. 1498. excusam fuisse ASTRUCIUS conjicit, quod a TORELLA citetur inter antiquissimos scriptores de lue venerea.* Prodiit etiam Lion 1506. 4. 1525. 8. \*. vel. 4. 1539. 8. Bonon. 1517. 8. Basil. 1537. fol. \*. Paris. 1570. 8. RAST. Inunctionem mercurialem habet, & in debilibus improbat. Esse elephantiasin GALENI. Ex theoria omnia.

EJ. *questio de febre sanguinea* Basil. 1537. fol. \*. Lion 1525. 8. \*. 1538. \*. Francof. 1604. 8. LIND. GALENUM tuetur, sed theoria mera est.

*Questio de causis Periodicationis humorum & de sanguine putrescente* est in B. Taurin.

JACOBUM ROEMERUM & JOHANNEM (a) GOPPINGENSEM chirurgum hic recenset ASTRUC, quod formulas adversus luem veneream dederint, ille quidem unguenti, quod saturnina & mercurium recipiebat, istum quod aliud, in quo auripigmentum est & arsenicum.

JULIANUS GUTIERREZ de TOLEDO, *medici R. Isabella, de la cura de la piedra, dolor de hijada y colica renal* Toledo 1498. N. ANT. quem librum laudari video. Egrum pro mortuo habitum, & FRANCISCANA veste indutum, ad vitam revocavit, teste AMATO.

REGETTARIO *di dottori della arte di medicina nel collegio Fiorentino ad instantia degli SS. Consili della universita della speciali.* Firenze 1498. fol. MONT. Antiquissimum antidotarium inter nupera.

KANUTI

(a) Iste a. 1499.  
Tom. I.



KANUTI episcopi Arosiensis regimen contra pestilentiam s. epidemiam Lion 1498. 4. FALC. MS. codex ejus erat in B. UFFENB.

## §. CCI. A. MID.

BARTHOLOMÆUS MONTAGNANA junior, Patavinus, professor, dedit a. 1499. *Consilium pro Reverendissimo Episcopo Hungariae Vicerege (THOMA BAROCZIO) morbo gallico laborante*, excusum in collectione LUISINI. Morbum antiquis incognitum fuisse. Hydrargyri, Guaiaci, Chinæ, cum non meminerit, ASTRUCIUS conjicit, mature, & sub initia morbi, hoc consilium scriptum fuisse.

POLYDORI VERGILII *de rerum inventoribus* libri VIII. dati sunt a. 1499. Mea editio est Lion 1548. 8. \*. Aliqua ad historiam medicinæ, botanices, originem unguentorum &c.

## §. CCII. A. MD.

MARTINUS POLLICH, a patria dictus de MELLERSTAD, oppido Franconia, medicus FRIDERICI sapientis, quem in Palæstinam peregrinantem comitatus est, & Rhodi balneo eripuit, ex cuius usu sodalis principis Bavariæ morbo acuto correptus interiit. Inde professor Lipsiensis, demum odiorum cum PISTORIO pertæsus, FRIDERICO suavor fuit, ut Academiam Wittenbergensem conderet, in qua procancellarius perpetuus de vita decessit, doctor idem Theologiæ.

EJ. *questio de complexionem, nuper in Lipzensi universitate agitata* 4. absque anno. Theoria ad scholæ saporem. Deinde, cum LEONICENI de lue venerea sententiam publice docuisset, & dissentiret in proprio scripto PISTORIUS, successit EJ. POLLICHII *declaratio defensiva cujusdam positionis de morbo Franco per S. PISTORIUM disputata*. Lips. 1500. 4. ASTR.

Et EJ. *responsam in supradictos errores S. PISTORII de morbo Franco*. Lips. 1501. 4.

Et EJ. *responsio ad confutationem conflatorum circa positionem quamdam extraneam & puerilem per MELLERSTAD nuper ventilatam* Lips. 1501. 4. Tota res in theoriis meris substitit.

J. MANARDUS in opere ad MARTINUM MELLERSTAT *de erroribus SIMONIS PISTORII circa morbum Gallicum* Lipsiæ 1500. 4. excuso & LEONICENUM defendit, & POLLICHIIUM.

POLLICHIIUS ARNOLDI *de VILLANOVA speculum medicinae* Lips. 4. recusum dedit, & MUNDINI anatomen.

J. BISMAR *orationem de vita & rebus gestis MARTINI POLLICHII* dixit anno 1611. excusam cum aliis Hall. 1614. 4. B. B.

CONRAD SCHELLING, Heidelbergensis, medicus PHILIPPI Palatini, dedit consilium ad pustulas malas, morbum quem malum de Francia vulgus appellat quæ sunt de genere formicarum. Heidelberg 4. absque anno. ASTRUCIO videtur sub anno 1500. sine prodisse, Spiræ 1502. 4. TR.

EJ. consilium ad pestem. Germanice Heidelberg 4. ASTRUC.

J. TOLLAT VON VOCHENBERG, professor Vindobonensis. Ejus est *margarita medicinae ein meisterliches auserlesenes Büchlein der Arznei* 1497. 4. TR. 1500. 4. \*. Argent. 1508. 4. 1518. 4. TR. Nurnberg 1517. 4. TR. Medicamenta recensentur secundum morbos, ad empiricorum morem, ex Arabibus fere & Arabistis descripta.

Ob carmen de CAROLO Francorum rege, refert huc PETRUM RICCIUM ASTRUCIUS, in quod de pugna ad Tarum fl. & de novo morbo canit, qui pro lichenibus habitus sit (a).

EJUSDEM, sub nomine PETRI CRINITI notioris, libri XXV. de honesta voluptate prodierunt Paris. 1508. fol. B. B. & alias. Varia huc faciunt ex docta antiquitate repetita, de psyllis & maris, de atra bile & infania, de planetarum in corpus humanum potestate, de hirsuto corde & dissectione ARISTOMENIS, de ASCLEPIADE medico, ejusque lectis pensilibus, de chamæleonte, de rege Nechepso, de elephantiasi, lichene, Gallica scabie, morbis inter se diversis, de fetu bicipite, de venenatorum animalium alimentis, de vini vi aconito adversa, de Hermete ægyptio, de morbo comitali, de manna varia.

AUGUSTINUS NIPHUS, Campanus. Ejus est *de diebus criticis vel decretoriis* L. I. Venet. 1500. fol. Argentor. 1528. 8. Marburg 1614. 4. Ita LIND.

EJUSDEM *de morbo Gallico* l. Neapoli 1534. 4. Negat post NAUDEUM ASTRUCIUS, NIPHI esse, & JOHANNI PASCHALI Sueffano tribuit, quem suo loco dicemus.

EJ. NIPHI *de ratione medendi* L. IV. ASTR.

J. ALCYONII *medicus legatus s. de exilio* L. II. Recus. Lips. 1707. 12.

PHILIPPI BEROALDI, viri docti, *declamatio an orator & philosophus sit medico anteponeendus*. Paris. 1500. 4. LIND. 1508. 4. B. B.

EJ. *de terra motu & pestilentia liber, cum annotationibus Galeni & explicatione in annotationibus Galeni dictionum tabulam*. Argent. 1510. 4. B. B. De vitiosis GALENI lectoribus. De græcis vocibus apud AVICENNAM corruptis.

EJUS vitam scripsit BARTHOLOMÆUS BLANCHINIUS Venet. 1506. fol. Paris. 1512. fol. Lion. 1548. fol. B. Bern.

WYNKYN de WORDE. Ejus scriptum medicum ante a. 1500. Westmon. 4. prodit.

### CCCIII. CODICES MS. EJUS ÆVI.

J. FRUMENTARII vulgo *Withamsfed*, de medicinis simplicibus & compositis MS., cujus codex est in *Eclog. Oxon. Cantabr.*

Ppp 2

J. MAR-

(a) Nihil omnino de lue venerea in eo carmine reperias.

J. MARTINUS, Ferrariensis, cujus codex *de venenis* ad FRANCISCUM SPORZIAM datus, est in B. R. P. n. 6989.

BONAMICI GRAFTON *de ægritudinibus oculorum* B. Bodl. 2063. nonne idem fuerit GRAPHEUS p. 480.

HENRICI de WINTON l. *phlebotomie* in *Bibl. coll. nov. Oxon. n. 1038.*

HECTORIS a. M. Maj. *collectanea medica* in B. R. P. n. 1724.

EJ. *scholium da philosophis & de medicis: & quo tempore singuli vixerint.* Ib. n. 7144

PHILIPPI, clerici Tripolitani, *secreta secretorum* p. ib.

ARISTOTELIS ad ALEXANDRUM *epistola* ib. n. 7031.

PAULUS VENETUS de COMITIBUS EJ. *fasciculus medicinae practicae* in B. R. P. n. 6995.

EJ. *de pulsibus & urinis* l. ib.

SYMPHORIANUS GRIGNANUS *farrago medicamentorum ad morbos internos* est in B. Taurin. II. p. 120.

PERO IAYME ESCHOC *dictionary de las jervas y plantas medicinales & l. de las ephemerides del anno 1477.* scripsit a. 1500. C. de VII.

J. BAPT RAVIZONI *receptae medicinales* scripta seculo XV. & M. FRANCINI *consultatio de regimine vite* sunt in B. Taurin.

ELIAS ex CANDIA judæi l. *del medico* MS. seculi XV. exeuntis WOLF.

#### §. CCIV. INCERTIORIS ÆTATIS.

GOTHOFREDI *flores medicinae cum commentario*, est in B. Norfolk n. 3184. \*

BARTHOLOMÆI *practica medica* ib.

MICH. de MIRAPICE *phlebotomia* in B. ASHMOLE n. 7738.

J. de AQUILA *de phlebotomia* in B. R. P. n. 9884.

L. *Phlebotomie secundum M. MAURUM.*

Huc puto pertinere TURAM de CASTELLO, Bononiensem, cujus *descriptio balnearum de Porecta*, prodiit cum GUIDONE & aliis, Venet. 1519. fol. \*. 1546. fol. & in *collectione de Balneis.*

#### §. CCV. INCERTIORIS ÆVI. SECVLI XV.

Non obcurrit cujus ævi sit PETRUS SODERINUS, patricius & vexillifer Reip. Florentinæ, ad quem J. MARTELLINUS medicus libellum dedit, in quo dubia expendit, an adspæctus cœlestis sit causâ dierum criticorum.

ANGELUS de GYRA *de medicamentorum gradibus* scripsit C. GESNER auctore, hoc, ut puto, seculo.

TH. le FORESTIER *le regime contre epidemie & pestilence* FALC.

PHILIPPUS

PHILIPPUS de SOLDECILLA Catalanus, qui in *techni* commentatus est, & alia etiam scripsit ap. CHAMPIER.

SIMON de LARITI codicem medicum.

Et STEPHANI medici librum lego extare.

BARTHOLOMÆUS de BRUGIS scripsit in *aphorismos* l. unum, in *prognostica* l. I. in *regimen acutorum* l. I. CHAMPIER.

GUILLIERMI angli *tr. astrologico medicus* apud TREWIUM MS. fuit 4.

MAG. STEPHANI de OSNA mediolanensis opus medicum est in B. *Taurinens.*

J. de REMOND *de instituenda curatione morborum fere omnium* etiam incerti est anni Ib.

ALBUCII de medicamentis Ib.

THEOD. de REDO *excerpta super fen 23 libri III. AVICENNÆ & M. POGATI practica.*

GHIRABAT Monspeliensis in L. X. ad ALMANSOREM *de variis infirmitatibus* ex interpretatione LEONIS IOSEPH CAVASSONENSIS, hebraice.

Et *regula ex libro* GHIRABAT ab ABRAHAM AVOGADRO monspeliensis versæ; in eadem Bibliotheca.

Et R. SCHEMUEL SPERELLI de chirurgicis I.

#### §. CCVI. ANONYMI SECULI, ut videtur XV. VEL INCERTI.

APOLLINIS Ep. *de phlebotomia* B. R. P. n. 6837.

*Anonymi medicinalis sententia de temporibus phlebotomia* Ib.

*Anonymi receptæ variæ* Ib.

*Remedia menstruis promovendis idonea* Ib. n. 7028.

Ein fast köstlicher Spruch von der Pestilenz und anfänglich von den Zeichen die eine künftige Pestilenz bedeuten 4. absque loco & anno GUNZ., cum GENTILIS consilio contra pestilentiam.

*Compendium Semejotices, Phlebotomia, & de anno climacterico* est in B. Taurin. II, p. 475.

Anonymus de febribus in eadem Bibliotheca.

#### §. CCVII. INCERTIORIS ÆTATIS.

*De signis prognosticis infirmitatum, f. ad salutem, f. ad mortem adinentibus, De urinis de pulsibus.* B. BODL. n. 2184.

*De curatione morborum juxta quatuor partes humani corporis.* B. CAI. GONY. Cantabr. n. 969.

*Pro fluxu ventris & pro exitu matricis.*

*De lepra ex* GUIDONE in B. BODL. n. 1063.

*Theorie variarum infirmitatum. Signa mortis secundum* GALENUM & secundum HIPPOCRATEM.

*De pulsu. Contra febres.* In B. CAL. GONV. n. 956.

*Quæstiones super antidotarium, vel de cataplasmatibus.* Notulæ super regimen morborum acutorum.

*De prægnantibus. De diebus criticis.* In B. CAL. GONV. n. 958.

In *Taurinensi* B. sunt varii temporis mihi non noti codices. KALONIMUS ex Græco vertit l. de animalibus eorumque viribus & proprietatibus.

Excerpta ex THEOBALDO LOUER Burgundo de peste in B. R. Par 6763.

ABRAHAM medicus seculo XVI. vixit WOLF.

Anonymi de phlebotomia.

De pulsibus.

De febribus.

De virtutibus bestiarum.

De virtutibus simplicibus medicinæ.

De practica equorum, avium & in B. BODL. n. 3541.

De medicinis simplicibus ib. n. 3538. 3560.

De unguentis, pilulis, potionibus ib. n. 3560.

Lexicon medicinarum simplicium ib. n. 2626.

*Virtutes aquarum ex plantis stillantium* B. SLOAN. n. 8930.

*Simplicium medicamentorum enumeratio.* B. TYSON n. 4165.

*De gradibus simplicium* B. S. Bened. Cantabrig. n. 1318.

*Regimen sanitatis ad septimum clima* G. DIBBY n. 1644.

Aliud B. D. PETRI Cantabr. n. 1868. B. Coll. nov. n. 1133.

*De sirupis* B. BODL. n. 2462.

*Composita ex MYREPSO & aliis* B. SLOAN. n. 8876.

*Simplicium medicamentorum facultates* B. SLOAN. n. 8852.

*Antidotarium* B. D. PETRI Cantabr. n. 1871.

*Elements of physik* in B. EDUARDI TYSON n. 4174.

*The mirror of phlebotomy* B. SLOAN. n. 8870.

*Pharmacopœa de medicamentis opiatia* B. BODLEY n. 1060.

*Carmen in quo vinum cum aqua disputat* ib. n. 2159.

*Epistola de sex rebus non naturalibus* ib. n. 2058.

*Antidota* ib. n. 2738.

*Tabule de medicamentis simplicibus* 1761.

*Secretum secretorum de regimine sanitatis.* n. 2081.

*Virtues of simples* in B. SLOANEA. n. 8928.

*De medicamentis simplicibus* in B. ASHMOLE.

*De diata salutis* ib. n. 1397.

*The table of Knowing of simple medicines.* SLOANE n. 8769.

*The receipt of making syrups of Isop for consumptions.* SLOANE n. 8799.

*Anonymus de naturis ciborum.* B. Coll. Magdal. Oxon. n. 2310.

*De rebus naturalibus* ib. n. 2302.

*De medicinis digestivis & laxativis* in B. Coll. Martin. n. 1729.

*De medicamentis simplicibus & compositis* in B. F. BERNARD n. 3654.

*Doses medicinarum evacuantium & digestivarum.* B. CAL. GONV. n. 967.

*De venenis & eorum remediis* B. Magdal. Oxon. n. 2341.

*Alius ejusdem materiei codex* n. 2147. & 2343. & in Coll. SIDNEANO Cantabr. n. 748.

*Antidotarium* ASHMOLE n. 7399.

*Antidotarii majoris meliores receptiones* in B. CAL. GONV. n. n. 275.

*Materia medica enumeratio alphabetica* in B. TYSON n. 4159. & alia n.

4155.

*Ad R. ALEXANDRUM Regimen sanitatis.* B. FR. BERNARD. n. 3633.

*Coquinarii libri* in B. BODL. n. 6235. ASHMOLE n. 8341.

*Pharmacopœa ætatis incertæ, tum anonymi duo consilia* B. Taur. II.

*Virtutes aromatum & alimentorum.* IB.

*De præparatione olearum, de ordine servando in Nosodochiis* L.

*De morbis* ib. p. 119.

*Tractatus medico practicus* ib.

*Arzneybuch für allerley Gefalle.* B. B.

*Recepta anonymi,* ib.

*L. de febris* ib.

### §. CCVIII. SECVLVM XVI.

Novum, nunc quod illuxit, seculum multo prioribus felicius fuit. Literæ una effloruerunt & artes, & anatome, & nova ars in medicinæ subsidium nata est, Chemia, desertisque Arabibus fontes artis apud Græcos vulgo nunc aperti. Fatendum tamen est interim, medicinam clinicam non ea incrementa cepisse, quæ sperari

sperari potuerant. Nova equidem aliqua medicamenta inventa sunt, & doctiores medici extiterunt; cæterum nondum ad naturam per experimenta cognoscendam satis cominus accesserunt. Nimis adhuc vulgo fuit receptum, ut quisque doctor academicus fere immensos libros scribere, totumque artis ambitum suo opere niteretur complecti: inde factum est, ut alii alios exscriberent, nihil quidquam invenirent. Paucissimi pro dignitate morbum aliquem exponere susceperunt. Adnotationes sparsim ceperunt colligi, & cadavera morbosa incidi, in iis subinde veriores morbi causæ cultro detegi, parca tamen omnia & a paucis. Italia paulo minus quam prius sola Europæ universæ magistra fuit: plerique tamen medici in ejus academiis artis elementa hauserunt, folis fere Gallis exceptis.

§. CCIX. LUD. BONACIOLUS.

EJUS *euneas muliebris* primum absque anno & loco f. prodiit, tum Argentinae 1537. \*. & Leid. 1641. 16. \*. cum *Pineo*: Annus quo scriptus est libellus ignoratur; circa hæc tamen tempora prodiit, nam & LUCRETIAE Estensi dicatur, ALEXANDRI VI. filia, & noster a. 1509. LEONICENI magistri sui opera edidit. Faciunt huc capita de morbis gravidarum; alterum de abortu & mola; tertium de prima puerorum cura & dentitione.

Non potest serius poni, quam ALEXANDER VI., post cujus decessum vix quisquam LUCRETIAE librum dicaverit &c. Deinde a. 1506. vel 1507. contra eum PONTICUS VIRUNNUS scripsit.

§. CCX. GEORGIUS VALLA.

Literator & medicus, Placentinus. EJUS sunt *Universe medicina, ex Græcis potissimum, contracta, libri VIII.*, qui efficiunt *libros 24 ad 30. operis expetendorum & fugiendorum* Venet. apud ALDUM 1505. fol. B. B., quæ splendida est editio. Collectio est ex Græcis, etiam ad verbum exscripta. Liber XXIV. qui medicorum primus, generalia quædam habet de auxiliis astrologiæ, de materia medica, de simplicibus ex plantis & fossilibus medicamentis. L. XXV. ex animalibus. In L. XXVI. alia auxilia, frictio ad veterum sensum; venæ sectio, hirudines, medicamenta purgantia. Reliquæ res non naturales, cibus, potus, corporis exercitatio. Venus, temperamenta. L. XXVII. Signa, crises, febres, earum symptomata & curatio, morbi capitis. L. XXVIII. mala oculorum & remedia. L. VI. f. XXIX. morbi faciei, uvulæ, faucium, arteriæ asperæ, pectoris, abdominis; morbi universi corporis. Venena, chirurgica aliqua & miscellanea. L. XXX. problemata ad medicinam pertinentia.

EJ. *de tuenda valetudine per victum, & quæ in victu, secundum cujusque hominis naturam sequi oporteat, aut fugere.* Cum ÆGINNTA *de ciborum facultatibus* Argentor. 8. absque anno sed, ut puto, a. 1529. Cibi omnis generis ad alphabeti ordinem, ex veteribus compilati. Sic vinum aliique potus.

EJ. *de corporis commodis & incommodis, de differentia pulsuum. Aristotelis problemata medica* Argent. 8. M. Julio \*. 1531. 8. LIND.

EJ. *de natura oculorum. Aristotelis problemata eo pertinentia* Argent. 1529. 8. \*. Perinde semper ex veteribus collectio.

EJ. *de simplicium natura l. I.* Argent. 1528. 8. \*. mense Augusto. Alphabetico ordine compilatum opusculum.

EJ. *de universi corporis purgatione, vena sectione, cucurbitulis, cathareticis, corporis exercitatione, alia diætetica & semeiotica* Argent. 1529. 8. M. Aug. \*. Integri veterum & GALENI loci.

EJ. *de urinarum significatione ex HIPPOCRATE, PAULO & THEOPHILO, GALENI quaestiones in HIPPOCRATEM, DIACLIS epistola* Argent. eodem, ut puto, anno.

EJ. *de natura partium animalium, lacte, bile, carnibus, piscibus &c.* ib. 1529. M. Mart. 8. \*.

EJ. *physicæ & medicæ quaestiones ex ARISTOTELE* absque anno M. Martio.

EJ. *de inventa medicina & in quot partes distributa sit. JOHANNITII Isagoge* Argent. 1529. 8. TR. & ALEXANDRI APHRODISEI *de febribus* versio a VALLA facta & NEMESIUS Lion 1506. 8.

HERMOLAUM BARBARUM aliosque PLINII & DIOSCORIDIS instauratores omitto, quos in botanicis diximus.

MAGNI HUNDT Lipzenis, *anthropologicum de juvenentis, nocumentis, accidentibus, vitiis, remediis, physiognomia, excrementis hominum &c.* Lips. 1501. 4. \*. cum anatome. Compilatio ex Arabibus & GALENO.

EJUS *nützliches Regiment samt dem Bericht der Erzeney wider ezliche Krankheit der Brust, sonderlich wider den Husten, Brustseuche: Beschreibung des Adems, dabey ein kurzer Bericht wider die Beschwer des Haupts und Schwindel, und Regiment wider die ungehorsame Krankheit des Podagrams.* Lips. 1529. 8. TR.

EJ. *kurzes Regiment wider die erschrockliche Krankheit der Pestilenz aus bewährten Erzten zusammengetragen samt einem kurzen Bericht von der Schweiskrankheit; mehr ein nützliches Regiment wider die cursierende Krankheit der Franzosen, und Berichte die gebrandt Wasser zu gebrauchen.* Lips. 1519. 8. TR. Non habet ASTRUC.

Anonymus doctor Monspelienis (a) edidit Lugduni 1501. 8. (ASTRUC.) *Regimen sanitatis, (nempe ARNALDI comm. in scholam salernitanam): & una Remede très-utile contre la fièvre pernicieuse & autre maniere d'epidemie. Chapitre pour connoître les urines. Remede très-utile pour ceux qui ont la maladie appelée en Hebreu (sic) Mal franços & en latin Variola grossa, en françois grosse verote.* Regiraffe malum

(a) Choses que j'ai éprouvées à Montpellier.



malum venereum a. 1496. post conjunctionem Saturni cum Marte; adversus eam luum lactis usum commendat, & inunctionem cum terebinthina. Hæc ASTRUC.

HALY RODOHAM *comm. in librum technæ GALENI*. JAC. FOROLIVIENSIS *expositio in novam librorum technæ translationem*, & EJ. *questiones super tribus technæ GALENI libris*, Papiæ 1501. fol. TR.

JACOB F. JUDA ABUCASPEL hebræus medicus, anno 1501. vertit BRUNI chirurgica WOLF.

*De pestilentia tractatus* Tubing. 1501. 4. TR.

#### §. CCXI. ANTONIUS BENIVENIUS. ALII.

BENIVENIUS Florentinus, medicus, & instauratoribus suæ artis adnumerandus. Post ejus demum mortem, quæ in annum cadit 1502, prodiit *de abditis nonnullis ac mirandis morborum & sanationum causis* l. Florent. 1502. 4. ASTR. Paris. 1528. fol. \*. Basil. 1529. 8. \*. cum SCRIBONIO, Hardervic. 1584. 8. cum DODONÆO. Edidit viri frater HIERONYMUS. Hic primus, post aliqua RAZEI conamina, morborum rariorem adnotationes suas selegit, & proprio libro comprehendit. Primum continuo caput est de venerea lue, quod in collectione LUISINI recusum exstat. Pustulas de toto corpore effloruisse; adhiberi unguentum mercuriale, alios decocto ex myrrha, aloe & myrto sanatos fuisse. Porro calculos bilarios ex primis dixit, quos lapides vocat in hepatis tunica genitos. Adgnoscas ex angulosa & quadrata figura, & ex comparata adnotatione 94. Ex sede hepatis de poro cutaneo hæmorrhagia. Cum medici vulnus cervicis vesicæ imprudenter conglutinassent, urina via sua legitima exclusa, per anum exiit. Hydrops sponte sanatus, alias per uterum effluente aqua, & alias lotio per umbilicum erumpente: alius hydropicus curatus pertinaci per annum ab omni potu abstinentia. Lapis de intestino egestus: alius per tussim. Mors ex ulcere mesenterii. Polypus cordis, nempe caro in sinistro ventriculo super arteriam posita. Perpetuus ingestorum vomitus cum ventriculi ima pars occallisset. Pure per urinam fluente pleuritis sanata. Veratrum ob quartanam propinatum post sex horas lethale: iterum mors ex veratro albo dato. Hominem cui in febre medicus sudorem importune exprimebat, noster represso sudore morti eripuit. Funesta gangræna, quæ a pedis digito inceperat. Cor in latrone pilosum. Femina quæ urinam sub pectine supra vulvam reddebat. Vermis de nare ejectus. Durus tumensque lien capparî sanatus, & aqua ferrata. Non absque superstitione.

WENDELINUS HOCK de Brackenu pagus in ducatu Würtembergico, in Italia artem didicit. Ejus *mentagra s. tractatus de causis, preservatione, regimine & cura morbi Gallici vulgo mal françois*, & *de curandis ulceribus hunc morbum ut plurimum consequentibus*. Argentor. 1514. 4. \*. B. B., quæ splendida est editio. Venet. 1502. 4. Lion. 1529. ASTR. & apud LUISINUM hæc truncata Ab a. demum 1494. innotuisse prius ignotum malum, ex conjunctionibus planetarum

planetarum ortum. In cadavere hominis eo malo enecti plurimum glutinis in junctura repertum describit. Dolor nocturnus. Curatio. Farrago medicamentorum. Stufa. Pustularum magnam eruptionem aliquando morbum sanasse. Laudat cauteria. Unguenta mercurialia, quorum cautum usum non improbat, ut per intervalla illinantur, ne præceps fluxus humorum ad superiora fiat, quod malum etiam alvi purgatione cavet. De curandis ulceribus brevissime. Monet ASTRUCIUS, ex C. TORELLA multa sumfisse.

CAMILLI LEONHARDI *speculum lapidum* Pisauri 1502. 4. Aug. Vindel. 1533. 4. Paris. 1610. 8. prodiit.

ALEXANDER ACHILLINUS hujus est ævi. *Ej. de subjecto medicina* l. prodiit cum adnotationibus PAMPHILI MONTII, Venet. 1566. fol.

### §. CCXII. CLEMENTIUS CLEMENTINUS.

Amerinus, medicus, Astrologiæ deditissimus, ut medicinam theoreticam tauro, practicam scorpioni subesse scripserit, inde necessario inter homines utramvis medicinam sectantes odia nasci. Romæ artem exercuit, Patavii educatus.

Ejus *clementia Clementis CLEMENTII CLEMENTINI Amerini* prodiit Rom. 1512. fol. B. B. & alio cum titulo C. CLEMENTINI, *nulli medicorum quos Roma atque Italia habuit, secundi, lucubrationes.* Basil. 1535. fol. \*. ASTRUCIUS putat anteriorem aliquam ante illam 1512. dari editionem, eamque ad annum ponit 1505 cum eo anno noster opera varia se scripsisse ajat (a), & certum est librum datum esse ad AGAPETUM primum medicum ducis Valentiniæ, qui ab anno 1503. cum patris ALEXANDRI vita omnem suam potentiam amiserat. Incipit agere de temperamentis, de humoribus, de pulsu tamquam signo, de urinis, de febris ex GALENO & Arabibus: de peste, de aliis morbis. Antidotarium. Scorpionum causam fuisse morbi gallici.

JACOBUS CATANEUS de *lacu Marcino Gemensis.* Non aliam editionem reperio, quam quæ est in collectione LUISINI: mature vero scriptum fuisse libellum ASTRUCIUS non male autumat, cum nullum auctorem anno 1505. nuperiorem citet, morbum sua ætate novum in Italia existisse testetur, & lignum Guaiaci de quidem nominet. Exortam luem esse anno 1494. cum CAROLUS VIII. Neapolitanum regnum invaderet: veteribus indictum esse, diversum ab elephante, hæc fuisse contra SEBASTIANUM AQUILANUM. Multos cum infectis mulieribus coire, neque lædi. Nutrices tamen a pueris infici, & vicissim eos inficere. Ulcerum in faucibus meminit. Argentum vivum inunctum multos sanasse, malis humoribus per os expullis.

THEODORICUM & alios eo unguento adversus malum mortuum usos fuisse. Encheiresis, formula unctionis, & symptomata inde nascentia. Alios fumo hydrargyri & sulfuris esse levatos, se tamen inunctionem præferre. Syrupum de viperis etiam laudat.

GEORGI SIBUTI *ars memorativa multum utilis & fructuosa* Colon. 1505. 4. *Bibl. Bunan.*

PETRUS TRAPOLINUS, Patavinus professor, obiit a. 1509, & ad eum excusa est epistola ANDREA BRENTII cum CHAMPERIO Lion 1516. 8. edita. Reliqua viri opera perierunt; servatus est *de morbo Gallico* l. in collectione LUISINI excusus, multis tamen locis mutilus, hæcenus B. MONTAGNANÆ consilio auctus. Malum veteribus non fuisse dictum. Tres esse morbos, pustulas, dolores universi corporis, & mistum ex utroque malum. Multum laudat S. PISTORIUM.

§. CCXIII. MDVI. UDALRICUS BINDER.

*Epiphania medicorum. Speculum videndi urinas hominum. Clavis aperiendi portas pulsuum. Berillus discernendi causas & differentias febrium* 1506. 4. \*. loco editionis non addito, spissum & inutile volumen. Verticuli sunt de urinis ÆGIDII Corboliensis, cum perampro commentario, ex genio seculi compilato. De pulsu & cordis palpitatione. Numerat inter alios pulsuum longum: De apostematibus, etiam glandulis, serophulis, & chirurgicis aliqua addidit.

EJ. *regimen sanitatis, s. compendium tuende valetudinis*. L. II. *Speculi phlebotomia* L. I. *De simplicibus medicamentis* L. I. 1510. fol. LIND.

DIDACUS ALVAREZ CHACHON *para curar el dolor de costado* Hispali 1506. 4. C. de V.

PONTICUS VIRUNNIUS, vero nomine LUDOVICUS Tarvisinus, sed patre Mendriensi helveto transalpino natus, literarum peritus & historicus, medica varia scripsit anno 1506. *Contra il BONACIOLI & contra il PANDULFO COLLENTIO difesas di LEONICENO*. Vertit PAULUM ÆGINETAM, AETIUM, MAGNUM, MELAMPUM, THEOPHILUM, alios. Vide vitam viri in *giorn. di letter d'Ital.* T. XXIV.

§. CCXIV. MDVII.

ANGELUS BOLOGNINUS. ANTONIUS RUSTICUS.

ANGELUS Med. Bononiæ D. chirurgiam docuit, prope Patavium natus.

EJ. *de cura ulcerum interiorum* l. II, prodierunt Bonon. 1514. 4. ASTR. Papiæ 1516. fol. B. B. Venet. 1535. 8. Lion 1536. Basil. 1536. fol. In collectione chirurgica GESNERI exstant Tiguri 1555. fol. \*. tum in UFFENBACHII collectione.

Ante

Ante annum 1508. scriptum fuisse opus MORGAGNI conjectura est (a), quod Venetiis auctor idem absolverit, ut tamen a. 1508. mortem obierit. Mihi videtur, aliquanto serius scriptum esse, quam Bononiam venerit; cum assiduis scholasticorum suorum precibus exoratum se *de unguentis* scripsisse ipse dicat. Unguentorum mercurialium formulas dat, & encheireses, eaque mirifice laudat. Dari ægrotos, in quibus ab usu argenti vivi saliva non fluat, eventu non eo minus salutari, Ad objectiones etiam respondet.

JOHANNES VOCHS, Colonienfis, sed ut in Italia artem didicerit, & chirurgiam sua manu exercuerit, inque patriam redierit, & pestem Coloniae a. 1506. & 1507. grassantem viderit. EJUS est *de pestilentia anni praesentis ejusque cura* l. Magdeburg 1507. 4. ASTR. 1507. 12. FALC. Non ab astris epidemias esse. Morbum Gallicum s. carbunculum Franciae natum esse a frugibus immaturis. Theriacae in peste, mercurialium medicamentorum in Gallica lue usum vituperat. Haec ASTRUC.

PETRUS de BAYRO, Taurinensis, magnus clinicus. EJUS *de pestilentia ejusque preservatione & curationum regimine*. Taurin. 1507. 4. Paris. 1513. 8. Basil. 1563. Lion 1578. 12. Francof. 1612. 12. TREW. Historiam narrat carbunculi in femina orthostadia nati.

EJ. posthumum opus *de medendis corporis humani malis encheiridion vulgo vademecum* Basil. 1562. 8. (TREW.) Leid. 1578. 8. LIND. Francofurt. 1612. 12. Pilulas habet Barbarossae ex argento vivo, rheo, diagridio mistas, & ad luem veneream laudatas, tum absurda aliqua medicamenta. Codex est in B, Taurin.

EJ. *lexipyretica perpetuae questionis & annexarum solutio de nobilitate facultatis medicae. Utrum medicina & philosophia sint nobiliores utroque jure earumque facultatum doctores nobiliores &c.* Turin. 1512 fol. LIND.

PETRUS ANTONIUS RUSTICUS, Placentinus, professor Ticinensis, edidit Venetiis 1507. 8. *collectionem*, in qua ISAGOGE JOHANNITHI, PHILARETI l. *de pulsibus*, THEOPHILI *de urinis*. HIPPOCRATIS *Jusjurandum*. EJ. *aphorismi* cum duplici interpretatione, antiqua & nuperiori THEODORI GAZÆ. *Aphorismorum ad quemque morbum collectio*, J. DAMASCENI *aphorismi*, Flores ex C. CÆLSO, GALENI l. *techni*, cum antiqua versione & nova. *Duae primae seu AVICENNÆ cum theoria, & quarta primi, & prima quarti cum practica*. EJ. AVICENNÆ *cantica*, ALMANZORIS *textus de ægri tudinibus*, JACOBI de PARTIBUS *coll. pro anatomia* SEGUIER. GUNZ.

EJ. *expositiones in AVICENNAM. Tabula de peste, febre pestilenti, igne persico & altogni* Papiæ 1521. fol. LIND. RIV. De igne pestilentiae, anthrace.

EJ. *memoriale medicinam canonice practicantium*. Papiæ 1517. 8. LIND. Ca-

(a) Apud ASTRUC. p. 605. 199.

nonnes pro curatione februm: canones ad usum medicaminum: centum ægritudinum curationes. Quingentarum ægritudinum optima medicamenta.

EJ. *Ordo novus multum prolificus, ad cito inveniendum, ad feliciter intelligendum, ad firmiter memorandum omnes canones IV. Fen Canonis I. AVICENNÆ accedit & I. fen Canonis IV. Ordo novus a RUSTICO medicinæ cultore datus. Papiæ 1517. 8.*

EJ. *oratiuncula ex tempore habita pro SYMPHORIANO CHAMPIER, quæ multa habet ad ejus viri vitam facientia. B. Bunau.*

#### §. CCXV. SYMPHORIANUS CHAMPIER.

Lugdunensis, Archiater Lotharingicus, qui posterioribus suæ vitæ annis se CAMPEGIUM dixit, ipse sibi vero nomen *aggregatoris* imposuit, non indoctus homo, polygraphus & collector, semibarbarus tamen. Prima collectio multorum libellorum secundum LINDENIUM prodiit Lugduni 1506. 8. in editione vero, quæ coram est, nullus annus exprimitur, epistola quidem GONDIALVI de TOLEDO a. 1506. data est, I. libellus hujus collectionis est *de claris medicinæ scriptoribus*. Ab ipso APOLLINE orsus ad MESVEN pergit. Multa miscet aliena. AVICENNAM ab AVERRHOGE veneno esse interfectum, prius vero quam interiret, ab AVICENNA AVERRHOEM occisum, MESVEN & AVICENNAM inter reges numerat.

2. *De philosophis, qui in medicina claruerunt*. Inter eos est HIPPOCATES, & STRABO, vult autem STRATONEM, nempe de medicis, qui reges non fuissent, nullo ordine agit. 3. *De viris ecclesiasticis, qui in medicina claruerunt*, MOSE, ELISEO, ELIA, deinde de fabulosis sanctis, ut URSICINO, qui sub NERONE supplicium passus sit. 4. *De Italis qui in arte claruerunt*, cum annis quibus vixerunt, & operibus. 5. *De claris medicis qui in Gallia, Hispania, Anglia & Germania vixerunt*. 6. *Aphorismorum s. collectionum libellus. De agri & medici officio. Aphorismi ex ARISTOTELE, CELSO, GALENO, deinde ex Arabibus. Miscellanea ad omnes artis medicæ partes*. 7. *De corporum animarumque morbis*. Digestiva medicamenta quatuor humorum vitiatorum; eorundem solutiva: etiam solutiva vitiorum cujusque corporis particulæ. Confortativa. Morbi aliqui corporis, qui ab animi morbis pendent, eosve producent. Reliqua hujus collectionis aliena sunt, HIPPOCRATIS, ALEXANDRI *Aphrodisei*, ALEXANDRI BENEDICTI, tum epistolæ aliquæ A. BRENTII, aliorum.

Alia ejus viri collectio prodiit Lion 1507. fol. min. B. B.

1. *De vita quadruplici*. Primus l. f. *prima vita* argumenti est medici. Causæ morborum, signa, consilia de victus ratione, medicamentorum classes aliquæ morbi que nonnulli. Nusquam quidquam proprii. 4. *Definitiones ASCLEPII* latine redditæ a LUDOVICO LAZARELLO, vanus libellus, cum SYMPHORIANI commentario, 3. *Silvæ medicinales*; nempe simplicium medicamentorum enumeratio ad alphabeti ordinem, cum viribus medicatis collectitiis. 4. Variorum ad SYMPHORIANUM *epistola*.

EJ. *de triplici disciplina, philosophia naturali, medicina &c.* Continet vocabularium difficiliorum terminorum philosophiæ & medicinæ. Ejus libri III. theologia, orphicæ, Trismegisti alia. L. IVtus ISIDORI cum interpretatione SYMPHORIANI Lugdun. 1508. 8. FALC. TR.

EJ. *epitome GALENI, GALENI incisus quæ in speculo D. SYMPHORIANI continebantur apprehendens* acc. GALENI opera cum argumentis SYMPHORIANI. Ejus propugnaculum medicinæ in speculum medicum Galeni Lion 1512. 8. GUNZ. annus falsus videtur, & liber post Epitomen scriptus.

EJ. *rosa Gallica omnibus sanitatem affectantibus utilis & necessaria, quæ continet præcepta ex HIPPOCRATIS, GALENI, ERASISTRATI, ASCLEPIADIS, DIOSCORIDIS, RHAZIS, HALI ABBATIS, ISAAC, AVICENNÆ, multorum aliorum Cl. virorum libris collecta* Paris. 1514. 8. \*. Iterum plusculi libri conjuncti. Primo de rebus non naturalibus fragmenta veterum collecta, de cibis, de victus salubri ratione, sigillatim de pane, carnibus, edulibus, humoribus animalium, piscibus, oleribus, fructibus, condimentis, vino, aqua, somno, vigilia, animi affectibus, evacuationibus, & peculiariter ad quatuor humores. Hæc libris VII. distribuuntur.

Tum *Margarita pretiosa de medici & agri officio, de consiliis quibusdam universalibus, classibus medicamentorum, præfagiis; hæc breviter.*

*Speculum s. epitome GALENI, ejus vita; epitome II. de elementis, sylvæ februum, de gynæceis, de dynamidiis s. myamir, de oculorum morbis.* CONSTANTINI Africani magna technæ super 1. de ingenio sanitatis GALENI Lion 1516. 8. 1517. 8. LIND.

EJ. *medicinale bellum inter GALENUM & ARISTOTELEM* Lion 1516. 8. RAST.

EJ. *paradoxa in artem parvam GALENI. Epitome. Commentarii GALENI in HIPPOCRATIS aphorismos, prognostica, epidemica, regimen acutorum. Centiloquium isagogicum. Categoriæ medicinales* Lion 1516. 8. LIND.

Scorsim recenset LINDEN *Categoriæ medicinales, in II. demonstrationum GALENI* Lion 1516. 8. si huc facit. FALC.

EJ. *Symphonia PLATONIS cum ARISTOTELE, GALENI cum HIPPOCRATE. HIPPOCRATICA philosophia ejusdem. Platonica medicina de duplici mundo cum ejusdem scholiis. Speculum medicinale Platonicum* Paris. 1516. 8. LIND.

*Cribratio, lima & annotamenta in GALENI, AVICENNÆ & CONCILIATORIS opera* Paris. 1516. 8. RICHT. Venet. 1565. fol. LIND. Diversum opus a cribratione, quam ad a. 1534. dicemus.

EJ. *practica nova in medicinando omnibus morborum generibus ex traditionibus Græcorum, Latinorum, Arabum ac recentiorum auctorum libri V. de febribus*

*bus omnibus* l. I. Lion 1517. 8. \* & 4. FALC., & cum alio titulo, 1525. 8. \* 1522. fol. \*. Basil. 1547. 4. LIND. Compilatio nullo cum selectu, & immensa cum farragine medicamentorum. Id placet, quod Græcorum consilia separet ab Arabum placitis, horum a nuperis.

EJ. *mirabilium divinorum humanorumque* vol. IV. Lion 1517. 4. TREW.

Vita ARNALDI de VILLANOVA cum ejus operibus Lion 1520. fol. BB.

EJUS *catalogus præceptorum patronorum familiarium & discipulorum* SYMPHORIANI & *illustrium virorum epistole* Lion 1519. 8. B. Bern.

*Adnotamenta, errata & castigata in AVICENNÆ opera* Lion 1522. 4. LIND.

Vita MESVÆ Lion 1523. 8. cum ejus operibus LIND.

*Symphonia GALENI ad HIPPOCRATEM, CELSI ad AVICENNAM cum Clysteriorum campis* (sic). *Contra Arabum doctrinam pro GALENO, cum sectis antiquorum medicorum* Lion 1528. 8. FALC. 1531. 8. LIND.

*De corporum animorumque morbis & horum remediis, opusculum in duos ll. divisum* Lion 1528. 8. LIND.

*De claris medicis scriptoribus veteribus & recentioribus* l. Lion 1531. 8. idem, ut puto, qui p. 494.

*Castigationes s. emendationes pharmacopolarum s. apothecariorum, atque Arabum medicorum, MESVÆ, SERAPIONIS, RAZIS, ALPHARABII & aliorum juniorum medicorum. In quas quidquid apud Arabes erratum fuerit summa cum diligentia congestum est.* L. I. *de simplicibus medicamentis.* L. II. *castigationes in Antidotarium MESVÆ, NICOLAI, SERAPIONIS & aliorum recentiorum medicorum.* L. III. *de ingenio curandorum corporum per medicinas laxativas.* L. IV. *curaciones ac remedia ægritudinum principalium corporis humani; adjungitur officina apothecariorum & juniorum medicorum. De phlebotomia, præsertim in pleuritide, ex opinionibus Græcorum, quorum dicta in plerisque non intellexerunt Arabes. De vinis febricitantium ex traditionibus Græcorum, Arabum, Pænorum* Lion 1532. 8. LIND.

CLAUDII GALENI Pergameni *historiales campi in quatuor libros congesti, & commentariis illustrati. Clysteriorum campi secundum GALENI mentem.* EJ. *de phlebotomia libri II.* Basil. 1532. fol. TREW.

Alia collectio prodiit Lion 1533. 8. \*. Hic CAMPEGIUM se vocat. Reperitur in hac collectione, I. *Hortus Gallicus* L. VII. *Landes Gallix & Gallorum.* Arabes suis Arabibus scripsisse, non nobis. Plantæ salutares, quæ in Gallia proveniunt Manna. Purgantia. Medicamenta purgantia, quæ non sint absque veneno, per singulas plantas. Plantæ Gallix aromaticæ, & arbores utiles. Liquores edules & odorati. Parisinos venæ sectioni nimis indulgere, Montpessulanos peregrinis medicamentis Gallorum naturæ minus convenientibus. Arabes & Avicennam hic vehementer deprimunt. Lapidem lazuli damnat, & confectionem Alkermes. Peregrina medicamina fere corrupta esse.

EJ. analogia medicinarum Indicarum & Gallicarum, in qua Gallos omnes medicinas Gallis necessarias domi reperire docet, nec medicaminibus egere peregrinis. Mercurialem Cassiæ substituit, Agaricum Rheo, Sambucum pro Aloe, Polypodium pro Myrobalanis, Pruna pro Tamarindis &c.

*Campus Elysius Gallie amoenitate refertus: in quo sunt medicinae compositae, herbae & plantae virentes, in quo quidquid apud medicos Arabes & Pænos reperitur, apud Gallos reperiri posse demonstratur. Accedit apologetica disp., in qua docetur an sanguis mitti debeat in cane & sub cane, aut prope canem; & an pharmaca fortia sint danda in principijs febrium. Speculum medici Christiani. Theriaca Gallica cum Mithridatio Gallico. Periarchon utriusque medicinae* Lion 1533. 8. BB.

II. De temperamentis, de medicamentis ad quamque GALENI classem pertinentibus. Lugduni in febre epidemica a. 1532. multos repetitis, etiam sexies, alvi purgationibus, esse pessumdatos. Formulæ medicamentorum cardiacorum, refrigerantium &c. De lapidibus, metallis & gemmis Gallie, de margaritis Lotharingicis, de aliis pretiosis lapidibus.

In apologetica disputatione, de eadem febre Lugdunensi agitur. Plurimum convitium facit AVICENNÆ, ipse Galenicus, neque sanguinem in causo mitti vult, neque pharmaca in principio febris dari.

*Speculum medici Christiani de instituendo sapientie cultu ac de variis & salutaribus animi & corporis remediis, ad filium ANTONIUM: de virtutibus quæ medicum decent, de magnis divitiis, quas nonnulli medici adquisiverint.*

EJ. de theriaca Gallica. Reprobatur theriacam vulgo notam, quæ sit incondita farrago, substituit plantas, quæ suam theriacam ingredientur. Opium vile vocat & perniciosum. Multum in Arabes declamat. Habet etiam Mithridatium Gallicum.

*Epistola physica CAMPEGII, MANARDI & CORONÆI de transmutatione metallorum. LAURENTII FRISII defensio AVICENNÆ. Epistola responsoria CAMPEGII in L. FRISIUM* Lion 1533. 8.

*Gallicum pentapharmacum, rhabarbaro, agarico, mamma, terebinthina & senna Gallicis constans, cum DONATI a MUTIIS epistola de terebinthina resinæ facultatibus* Lion 1534. 8. LIND.

*Cribratio medicamentorum fere omnium, digesta in sex libros. Acc. questio de exhibitione medicinarum venenosarum. (De Apologia in Academiam novam Hetruscorum contra AVICENNAM & MESVEN LIND. sed exemplum meum non habet). Catalogus librorum GALENI. Medulla philosophiæ naturalis & medicinæ* Lion 1534. 8. \*. Senilis fermocinatio. L. I. ostenditur, veram medicinam ex HIPPOCRATE, GALENO, ORIBASIO, PAULO &c. fumendam esse. Christianos non debere medicamentis peregrinis uti, & cuique medicamento certissimas vires in sua esse nativa regione. Aliqua de



colophonio, scammonio ab arabico diverso, rheo, manna. SOCRATIS & ARISTOTELIS ævo medicinam ob drastica medicamenta forduisse, cum leniora nondum innotuissent. L. II. contra medicamenta adulterata, hæc inter contra scammonium & tamarindos. Scordium veterum nobis ignotum esse; Myrobalanos Arabibus. Laudat mammam Brigantinam, agaricum Allobrogicum album. L. III. contra medicamenta drastica; sic L. IV. ubi *benedictas* (mites) compositiones purgantes laudat. L. V. de curatione febrium per mitia medicamenta. L. VI. denuo contra venenosa drastica pharmaca. Gallis Gallica remedia convenire, scammonio, turbitio & similibus omnino debere abstineri.

In *catalogo librorum* GALENI docet, quo ordine eos legere oporteat.

In *medulla* P. I. de simplicibus medicamentorum facultatibus agit. In L. II. brevissima est physiologia.

Medulla sola in B. ENGELII edita exstabat 4.

Libri septem, cum reliqui alterius scopi sunt, & *unicus de medicina* ex ARISTOTELIS & PLATONIS *sententia* Basil. 1537. 8. LIND.

*Neotericorum medicorum catalogus, qui nostro seculo vixerunt* Paris. 1542. 8.

EJ. *ιατρικὴ πρᾶξις de omnibus morborum generibus, ex traditionibus Græcorum, Latinorum, Arabum, Pænorum, recentiorum* L. V. EJ. 1. *de omnibus febrium generibus* Basil. 1547. 8. TR.

*Addimenta, errata & castigationes in PETRI APONENSIS opera* Venet. 1548. fol. \*, sic LIND. sed noster de *conciliationibus* folis agit. Contra carminum vim medicam, contra efficaciam imaginum astronomicarum, contra astrologorum præfagia & stellarum influxum. Brevis libellus & subito scriptus.

#### §. CCXVI. ANN. MDVIII. MDXIV.

PANTALEONIS *de Confluentia Pilularium*. EJUSD. *summa lacticianorum completa* Papiæ 1508. fol. MENZ. FALC. Lion 1525. 4. FALC. 1538. 8. TR. *Summa lacticianorum* sola Turin. 1538. 4. FALC.

Una prodierunt GABRIEL a ZERBIS *cautela medicorum* Lion 1528. 8.

MICHAELIS de CAPELLA *stores* AVICENNÆ Lion 1508. 8. LIND.

LAURENTIUS LAURENTIANUS. EJ. *Comm. in artem parvam GALENI & de differentiis febrium* Venet. 1508. f. Paris. 1539. f. Lion 1550. 12. LIND.

EJ. *Commentaria in prognostica* HIPPI. Lion 1550. 12. Paris. 1556. 4. FALC. cum priori.

IDEM melancholia abreptus se in puteum præcipitem dedit.

In PANDULPHI COLLENUTII *Pliniana defensione* contra NIC. LEONICENUM Ferrariæ

Ferrariæ a. 1509. vel 10. 4. \* edita, & 1511, aliqua huc faciunt, de theriacâ, de vipera.

EJ. 1. *de vipera* Venet. 1506. 4. L.

SCHEM TOR BEN JOSEPH BEN PALKEIRA anno 1509. Florentiæ scripsit *epistolam de regimine corporis & animi* WOLF.

J. SALII, anonymi, *de pestilentia præservatione & cura* Viran. 151. 4. TR.

JOHANNES BENEDICTUS Germanus M. D., qui in Italia artis præcepta hauferat. EJ. 1. *de morbo Gallico* est in collectione LUISINI. Ponitur ab ASTRUCIO ad a. 1510, quod a JOHANNES ALMENAR jam a. 1512. exscribi videatur, quod Guaiaci non meminerit &c. NOVUM esse malum, contrahi ab infectis, mitius esse quam olim, nocturnos tamen dolores cum eo conjungi. Emollientia dat medicamenta, alvum ducit, lavare jubet, dat quæ *cor confortant*, demum laudat linimentum mercuriale tamquam medicamentum secretissimum: conjungit balneum. Sudatoria etiam laudat.

EJ. *libellus novus de causis & curatione pestilentia ad præservationem & curam hujus mali optime utilis* Cracau 1521. 4. 1530. ASTR. 1552. 8. LIND., ubi in titulo dicitur, cum voluntate auctoris auctum esse, quem longævum fuisse oportet, qui & a. 1510. & iterum a. 1552. librum scripserit.

GERHARDUS NOCITO. EJUS *expositio super l. simplicium medicinarum* Neapoli 1511. 4. LIND.

JEAN de FRANCIERES, eques melitenensis, scripsit *de l'art de fauconnerie* Paris. 1511. 4. ut putatur, Poitiers 1567. 4. cum aliis 1614. Paris. cum FOUILLOUX ib. 1621. 4. 1628. 4.

JOHANNES ALMENAR, Hispanus. EJUS *de morbo gallico* l. Papiæ in collectione prodiit 1516. fol. \* tum Lion 1528. 8. FALC. Basil. 1536. 4. LIND. Lion 1539. 8. inque LUISINI collectione. Ad annum 1512. ponit ASTRUCIUS, & monet, videri ab eo J. BENEDICTUM exscribi, ut omnia tamen ab ALMENARIO nitidius dicantur, aliqua adjiciantur: neque præter rem hæc est accusatio, si septem indicationes legeris, quæ cum ipsis medicamentis nihil differant. Veram spem esse in unguento mercuriali, & in balneo, salivam ab hydrargyro cieri. Ulcera virgæ dicit, pustulas universi corporis, & artuum dolores. Interpolat unctiones mercuriales cum syrupo alterante, hunc ex WENDELINO HÖCK, ASTRUC. Argento vivo salivam cieri non ignorat, sed eum effectum ad partes inferiores derivat.

JOHANNIS DROYN, Ambiani, legum baccalaurei, poetæ, *la nef des fols du monde* Lion 1438. fol. pro 1483. (a), & carmen de variola crassa Lion 1512. 12. habet ASTRUC.

R r r 2

DAN.

(a) SEBASTIANI forte BRANDII *narvenschij*.

DANIEL HALBACH von der PORTEN *de judiciis in genere*. Basil. 1513. 4. L. *de cognoscendis & curandis animi morbis ex Galeni sententia* Regiomont. 1515. 4. L.

HIERONYMUS TORELLA, qui a. 1512. obiisse putatur, scripsit in l. primi AVICENNÆ, *expositionem trium librorum technæ GALENI C. de V. anno non addito, quo prodierit.*

FRANCISCI della TURRE *prognosticum medicinale secundum temporum constitutiones, in quo HIPPOCRATIS aliorumque veterum aphorismi collecti sunt & interpretati.* Ancone 1512. 4.

PETRI LEONIS, alterius puto, quam ejus, qui medicus fuit LAURENTII de MEDICIS, & qui eo principe extincto se in puteum dedit præcipitem; *de urinis* Venet. 1514. f. LIND.

LAURENTII CALVINI *de eucrasia conservanda enchiridion* Papiæ 1514. 4. LIND.

INNOCENTII CALVINUS *de eucrasia conservanda* Papiæ 1514. 4. LIND. Nonne idem.

ABRAHAM a PORTA LEONIS Mantuani, *de auro dialogi tres; de auri in re medica facultate, de specifica ejus forma &c.* Venet. 1514. 4. L. 1554. 4. Vereor ne sit alchemista.

Certum annum ignoro, hinc incertus recenseo, EJ. *methodum docendi medicinam* ex SCHENKIO in *enchiridio* B. BUN.

#### §. CCXVII. JACOBUS BERENGARIUS.

Carpensis, medicus, qui male vulgo CARPUS dicitur, professor Ticinensis, inde Bononiensis, magnus incisor, & qui chirurgiam etiam suis manibus exercuit, magnus pariter clinicus, etiam in peste & in lue venerea curanda exercitatus (a), non quidem inventor unguentorum mercurialium, sed laudator. In suis *commentariis amplissimis super anatomiam MUNDINI* BONON. 1521. 4. \*. excussis, passim variorum morborum meminit, quorum vestigia in cadaveribus incisus vidit.

In l. *de cranii fractura* BONON. 1518. 4. \*. multa medicamenta, & nimis fere multa, recenset.

ASTRUCIUS Carpensum ad annum 1512. recenset, ex arbitrio.

JOHANNES de VIGO, Rapalli in ditone GENUENSIS natus, medicus JULII II. EJUS *chirurgiæ* prima editio est Romana 1514. fol. \*. sæpissime recusa, etiam Lion 1521. 4. \*. (b).

Ejus *chirurgiæ*, cujus IX. sunt libri, quatuor omnino libros huc referas. L. VII. de natura simplicium, librum VIII. in quo census medicamentorum compositorum. L. IX. de diæta, de purgatione, de febribus, de vomitu, de tingendis capillis

(a) CELLINUS ap. ASTRUC. p. 616.

(b) Vide B. *Cbir.* l. p. 176.

capillis, de nimia pinguedine, molesto sudore, struma, spina ventosa. Denique librum quintum, cujus magna pars est de morbo gallico, de quo mihi plenius & rectius scripsisse videtur, quam priorum quemquam. Contagium potissimum per concubitum concipi, partes genitales primas inficere, inde longa serie producere pustulas pertinaces, dolores nocturnos, exostofin & cariem, tubercula mori similia, demum in carbunculos, gangrænas, omnis generis ulcera, quæcunque descripta sint, scabiem, febriculam hecticam, ophthalmias pervicaces transiturum. Inde curatio, digestiva, laxantia, balnea, unguenta (nimis composita) cum euphorbio & mercurio in saliva extincto: similia cerata, lotiones, pilulæ valde compositæ. Solò unguento mercuriali intra octavam diem morbum funditus sanari. Quæ bona de morbo gallico nota sunt, apud THEODORICUM reperiri & ARNALDUM. Porro malum mortuum, scabies, podagra.

Pars altera a. 1517. scripta, liber nempe quartus & quintus, compositiones formulasque ad varios morbos continet.

§. CCXVIII. VARIL. a. 1515.

GEORGII VELLA, qui hic dicitur Brixienfis, *consilium pro ALOYSIO MANTUANO*, in collectione ALOYSII LUISINI reperitur. Venere sola malum Neapolitanum contrahi; nonnunquam tamen sanas feminas coivisse cum infecto, neque infectas fuisse, sed infectionem in alium virum propagasse. Eandem de phlegmate grosso in junctura genuum reperto repetit adnotationem, quam ex WENDELINI HOCK p. 491. diximus. Unctiones mercuriales suadet adhiberi. Ad hanc ætatem cæterum ASTRUCIUS nostrum rejicit, quod de ligno Guaiaci sileat. Verum, cum in B. RIVINI diserte citetur G. VELLA &c. Mantuæ 1515. 4. eo librum referre necesse est.

LUDOVICUS CHARENSIUS TOSETTUS Patavinus. *Ejus introductio in artem medicam practicam* citatur a LINDENIO, excusa Venet. 1515. fol.

EJUSD. *questio de tribus doctrinis ordinatis in universali secundum GALENI sententiam.* Venet 1517. fol. LIND.

GABRIEL BIEL *contra pestem sermo medicinalis, & de fuga pestis questio.* Hagenau 1515. 4. LIND. Multo antiquior, ut puto, auctor.

J. FOINISECA *Physica medicina subalterna.* Aug. Vind 1515. 4. L.

BAPTISTA FIERA Mantuanus, seculi prioris. *Ejus commentarius in artem medicalem; in definitiones Galeni. Ej. questio de phlegmatico & bilioso aequaliter febricitibus. Ej. tr. de intensione & remissione.* Mantuæ 1515. fol. Venet. 1548.

EJ. *l. de attractione medicinarum solutivarum.* Venet. 1524. fol. L.

EJ. *coena, de medica artis parte, quæ in victus ratione consistit* Francof 1564. 8. Patav. 1649. 4. \*. In HENNINGERI collectione Strasburg 1712. 8. \*.

RAPHAEL MAFFÆUS VOLATERRANUS in *commentariorum urbanorum* libris XXXVIII, Paris. 1515. fol. TR. 1526. fol. SEG. Basil. 1530. fol. 1544. fol.

Lion 1552. fol. B. B. multa habentur huc facientia. In Anthropologia & ll. XIII. ad XXIII. viros illustres recenset, medicos negligit. In Philologia & libro XXIV. partes animalium & earum morbos dicit. L. XXV. animalia. L. XXVI. plantas, cum earum medicatis viribus describit.

## §. CCXIX. VARI. A. MDXVI.

HENRICUS STRÖMER misnicus, Auerbachii natus, amicus ERASMI, *saluberimas adversus pestilentiam observationes* edidit 1516. 4. GUNZ. 1519. 4. TR. 1530. 4. TR. Germanice, *regimen wie sich wider die Pestilenz zu verwalten, auch denen die damit begriffen Hülfe zu reichen.* Lips. 1516. 4. \*. Riv. Mogunt 1513. 4. TR. *Unterweisung wie sich der Mensch wider die Pestilenz bewahren u. Hülfe reichen mag aus dem regimen H. STROEMERS* Lips. 1542. 4. GUNZ. Ut guaiaco uteretur UL-DARICO de HUTTEN nostro auctor fuit.

EJ. *decreta aliquot medica* 1537. 4. TR.

*Warnung wider die Trunkenheit* Lips. 1532. 4.

EJ. *decreta medica de senectute* Noriberg 1517. 4. LIND.

EJ. *decreta medica de ebrietate* Lips. 1517. 4. TR. 1531. 4. LIND.

EJ. *de morte Hominis* absque anno.

CONRADI STÖKLIN l. *introductorius in artem parvam GALENI, de principiis universalibus medicinae, tam theoretica quam practica ex doctrina AVICENNÆ* Lion 1516. 8.

J. de ZANTVLIET *dieta totius anni* Lion 1517. 4. LIND.

HENRICUS AFINEUS. EJ. *questiones medicae & naturales* Antwerp, 1517 4. LIND.

THEODORICI ANGUILBERTI, hebraei, *mensa philosophica, s. tractatus inquires, quid in convivio pro cibo & potu sumendum sit.* Paris. 1517. 8. LIND.

DOMINICUS MASSERIUS Vicentinus, *de ponderibus & mensuris medicinalibus* Papiae 1516. fol \*. *Pondera & mensuras Arabum, Græcorum & Arabum, alphabetico ordine exposita, & cum Venetis comparata. Peculiariora CELSI pondera. Arabum drachmam interpretes sæpe aureum interpretari. Mensuræ eodem modo.*

Cæterum DOMINICI opus in collectione prodiit, & una excusi sunt PLINII VALERIANUS, J. ALMENAR, N. LEONICENUS *de morbo gallico*, ANGELI BOLOGNINI *de cura ulcerum* l. & ALEXANDRI BENEDICTI *de peste*.

## §. CCXX. VARI. A. MDXVII.

CÆSAR OPTATUS Neapolitanus. EJ. *opus tripartitum de crisi, de diebus criticis, de causis criticorum.* Venet. 1517. fol. PLATN.

EJ. *de hectica febre* Venet. 1517. fol. \*. 1552. fol. \* cum SAVANAROLA Basil. 1536. fol. \*. Lion 1560. 8. LIND. Disputatio inanis cum vetustis, nunc oblivione sepultis, interpretibus & medicis. Venam secabat in latere adfecto.

LUDOVICUS CÆLIUS, a patria RHODIGINUS dictus, cujus nomen gentile fuit RICHERUS, in libris XVI. *lectionum antiquarum*, & Basileæ 1517. fol. 1599. fol. B. B. & alias editis, pluscula medici argumenti admiscuit. In libro II. III. IV. partes corporis humani describuntur, earum etiam adfectiones hinc inde tractantur. In l. IX. de deliriis, melancholia, animi morbis agitur. In l. XIII. & XIV. de bulimo, de ciborum salubritate. Veterum cæterum hic collectos locos solos quæras. Vitam viri THOMASINUS dedit.

NICOLAUS POLL CAROLI V. medicus, *de cura morbi gallici per lignum Guaiacanam* Venet. 1535. 4. Basil. 1536. 4. in *collectione*, tum in *collectione* ALOY-SII LUISINI. Epistola dedicatoria est anni 1517. Desperatum malum guaiaci ligno superatum fuisse, ejusque libra una decocta cum aquæ unciis duodecim: diætam tamen Germanis minus severam debere imperari, quam Hispanis & Italis. Usus hujus ligni accurate docet, unus ni fallor, de antiquissimis. Alemannos etiam argenti vivi usum male tolerare. Hispanos usum decocti guaiaci interpolare, adque idem post intervallum iterum recedere.

MARINUS BROCARDUS, medicus Venetus, Arabum defensor, scripsit *de morbo gallico libellum*, qui in *collectione* LUISINI reperitur. Nomen morbi nondum penitus erat constitutum; noster ait, nonnullos causam ad astra referre, adque conjunctionem luminum. Gonorrhœæ, & bubonum, & ligni guaiaci non meminit. Diætâ & potionibus ait se malum curasse, inunctionem tamen mercurialem adhibet, & balneum. Menses suppressis acribus pessariis revocabat WELSCH.

HANS a GERSDORF *genannt SCHIELHANS*, chirurgi Argentoratensis, *Feldbuch der Wundarzneey* Argentor. 1517. fol. \* sæpe alias excus. Multa medica admiscet, medicamenta secundum classes suas, formulas passim interspersas, composita etiam medicamenta, purgantia, alterantia. Ad lepram, ad morbos cutaneos: Vocabularium herbarum & medicamentorum simplicium.

LAURENTIUS PHRYSIUS, (puto FRIES), medicus Metensis, Arabum acris defensor. EJ. *Spiegel der Arzney* Strasburg 1517. fol. 1518. fol. TR. 1519. f. \*. 1526. f. 1537. f. & alias.

L. I. est de alimentis ex genio seculi. De reliquis rebus non naturalibus, ubi de juvene narrat, qui cum subito ex nimis repetita venere periisset, absque cerebro repertus sit. De signis morborum. De venæ sectione & evacuatione varia.

L. II. de curatione morborum secundum qualitatum vitia, & census medicamentorum simplicium secundum gradus. Inde composita medicamenta & antidotarium.

dotarium. Hinc morbi a capite ad calcem, cum plurima medicamentorum farragine, de febris etiam & venenis. Facetias male adfectat.

EJ. *kurze Schirmred der Kunst Astrologie wider unverständige Richter und Antwort auf die Anreden und Fragen in Luthers so er unförmlich wider diese Kunst gethan hat* Strasburg 1520. 4. TR.

EJ. *synonyma und gerechte Auslegung der Wörter so man in der Arzney braucht* Nürnberg 1519. (Strasburg TR.) fol. 1531. fol. RIV. Strasburg 1535. 4. TR. Gallice *les synonymes latins grecs & hebreux &c.* 1519.

EJ. *fudoris Anglici, exitialis, pestiferi morbi causa, preservatio & cura* Argent. 1529. 4.

EJUSD. *epitome opusculi de curandis pustulis, ulceribus & doloribus morbi Gallici alias Frantzoz appellati* Basil. 1532. 4. PL. Venet. 1535. 4., & in collectione LUISINI. Levis auctor repudiat mercurialia medicamenta, alia inutilia & absurda substituit, quibus ducentos homines se fanasse gloriatur. Planetarum conjunctiones ex aliis exscribit, quæ hunc morbum præcesserint.

EJ. *Tractat, Eigenschaft und Wirkung der wunderbaren Natur aller Wildbäder samt Unterweisung wie man sich zur Badenfahrt richten soll* Strasburg 1519. 4. 1538. 4. EJ. *neue Badefahrt* Strasburg.

EJ. *Beschreibung von allerley Speisen zur menschlichen Nahrung* Mühlhauf. 1554. B. THOMAS.

EJ. *defensio AVICENNÆ ad Germania medicos* Argentor. 1530. 4. Lion 1533. 8. \* cum epistolis CAMPEGII.

#### §. CCXXI. VARI. A. MDXVIII.

LEONHARDI SCHMAUSII, (non SCHMAI), medici Salzburgerensis, *lucubratiuncula de morbo Gallico & cura ejus noviter reperta cum ligno Indico*, datus a. 1518. excusus Aug. Vindel. 1518. 4. ASTRUC. & in collectione LUISINI, parvus libellus.

Hic Guaiaci arbor describitur, scriptio datur, ut decocta cum ligno aqua sit utendum. Hispanos medicos etiam pulverem dare.

An idem forte libellus fuerit, *Recept wie man das Holz Guaiacum für die Franzosen gebrauchen soll* 1518. 4. BOEHMER.

PETRUS MAYNARDUS Veronenfis, diversus a JOHANNE MANARDO Ferrariensi, Professor Patavinus. Ejus duo tractatus de morbo gallico putantur a. 1518. scripti esse, recusi in collectione LUISINI. GALENICAM curationem proponit, unguentum mercuriale ad solos articulorum dolores laudat. Ulcera narium, uvulæ & asperæ arteriæ recenset.

ANTONII de CALAXARANA de OIO, vulgo ANTONIUS NEBRISSENSIS, edidit

dit a. 1518. cum Dioscoride Compluti 1518. *lexicon artis medicamentaria* CAP. de VII.

ANTONII D'AVIGNON I. *de la phlebotomie* 1518. 8. Hispanice vertente LAURENTIO CARNIZER 1533. fol. GOULIN.

*Arzneybuch für allerley des ganzen Leibes Gebrechlichkeit* Nürnberg 1518. 4. 1549. 4. TR.

J. ENGEL *Tractat von der Pestilenz aus der Lehr der Doctor der Arzney und Astronomy gezogen* Augspurg 1518. 4. TR. 1530. 4. TR.

*Versorgung beyder Seele und Leibes des Menschen durch geistliche und leibliche Arzney* Strasburg 1518. 4.

§. CCXXII. MDXIX. ULRICUS de HUTTEN. ALII.

Eques nobilissima familia natus, acris ingenii homo, qui ad superstitionem avertendam, ad querelas nationis Germanicæ adversus corruptissimum clerum exponendas, multum contulerit. EJUS *de Guaiaci medicina & morbo gallico liber* prodiit Moguntia 1519. 4. 1524. \* 1531. 8. LIND. Bonon. 1521. 4. FALC. & in collectione LUISINI. Gallice vertente J. CHIRADAME Lion 1530. 4. Anglice, vertente THOMA PAYNELL Lond. 1541. 8. 1546. 8. Bonus libellus, etsi non est medici opus. Morbum in obsidione Neapolitana a. 1493. ortum esse: ab eo tempore mitiorem factum; scabiem tamen & pustulas superesse. Germanis incumbere sæviorem, vix nisi per coitum communicari. Acerbissimam curationem esse, quæ per inunctionem obtineatur, dentes corrumpat, guttur obstruat, aeris defectu & æstu ægros enecet. Meliora se expertum esse ab Huajaci usu: lignum rasum in octuplo aquæ per noctem macerari, tunc lente ad dimidias decoqui; sapore esse subacido. A STROEMERO persuasum se decoctum bibisse. Clausum tamen cubiculum requiri; aerem excludi debere, cibum ad quartam partem diminui, tepidæ decoctæ duas libris bibi per 30 dies: eas ne sibi quidem ad claudenda ulcera suffecisse. Decimo die famem sibi molestam fuisse. Se perfectam valetudinem recuperasse. Solam sobrietatem non sufficere. Sudorem non requiri. Sibi pedem inutilem fuisse; tuberculum induratum cum immenso dolore, aliud tuberculum incipiens, in costa aliud, in tibia ulcera, aliud in brachio. Alibi tamen legimus, ULRICUM non sanatum ex eo ipso morbo interiisse. Verum cum, quinto post primam editionem anno, librum suum recusum dederit, non videtur lætum eventum medicationi tributurum fuisse, quam inutilem expertus fuisset. Novam enim editionem auctorem cum WOLFGANGO AUGUSTO præparasse, ex ejus viri epistola apparet.

EJUS *febris prima & secunda dialogi* Mogunt. absque anno 8. PL. Annuna facit 1520. LINDENIUS. Amberg 1619. 4. TR.

*Medici Romani*, NICOLAI LEONICENI *discipuli, antisophista* Bonon. 1519. 4. \*.  
Tom. I. Sff Contra



Contra LEONICENI l. *de tribus doctrinis*, & contra ejus aliquas a TRUSIANO dissentientes interpretationes GALENI, sophista quidam Romanus (an B. a PISIS) scripserat. In eum acriter hic anonymus LEONICENI discipulus, Arabum adversarius, insurgit.

*Librorum GALENI de differentiis febrium trium translatio digressionibus THADDÆI, DYNII & THOMÆ de GARBO illustrata a RUSTICO ordinata & cura ejus impressa Papiæ 1519. 4. GUNZ.*

JOH. DIURII, Bellovacii, *scrinium medicinae, s. aphorismi & collectiones medicinales* Bordeaux 1519. 4. THOMAS. Paris. 1536. 8. LIND. Argentorati 1542. 12. TREW., ubi titulum facit G. H. RYFF *Encheiridion medicinae theoreticæ & practicæ.*

BARTHOLOMÆUS de PISIS Archiater pontificius. EJ. *Apologia quorundam a se dictorum & ab HIERONYMO de EUGUBIO impugnatorum, cum clara declaratione illorum AVICENNÆ verborum quorum fuit contentio* Rom. 1519. 4. MANDOS.

*Epitome medicæ curationis* in membrana impressa erat in MEADII Bibliotheca.

JOACHIMI VADIANI medici, polyhistoris, consulis Sangallensis *kurz und trüwlich Unterricht wider die sorglick Krankheit der Pestilenz* Basil. 1519. 4. 1546. 8. TREW.

J. LOTZERS *regimen und Ueberweisung welchermassen den Menschen mit dem Gift der Pestilenz beladen mit Hülf einer Arzneey zu helfen sey* Hagenau 1519. 4. TREW.

SIXTI KOLBENSCHLAG *Regiment wider die Pestilenz dem Rahte zu Zwittau beschriben* Nürnberg 1519. 4. TR. Zwickau 1525. 4. TR.

*Ein neu geordnet Regiment wider den tödtlichen Gebresten der Pestilenz in Reimen zusammengesetzt* Oppenheim 1519. 4. BOEHMER.

*Ein Receipt von einem Holz zu brauchen für die Krankheit der Franzosen aus dem hispanischen ins deutsche gebracht; dazu das Regiment wie man sich darinn halten soll* Basil. 1519. 4. \*. *Ufus decocti ligni Guaiaci, cum severa victus ratione conjunctus. Quis Hispanus sit auctor, non adparet.*

GIOV. de ROSSELLI *epulario opera nuova* Venet. 1519. 8. TR.

#### §. CCXXIII. VARII.

Circa annum 1520. oportet disponere LEONELLI FAVENTINI de VICTORIIIS, Practici Bononiensis, opera. EJ. *de agitudine infantum tractatus* prodiit Ingolst. cura KUEFNERI 1544. 8. LIND. Lion 1546. 8. ID. 1547. 16. ID. 1574. 16. Venet. 1557. 8. \* 1558. WACHENDORF. *Mera congeries est medicamentorum.*

EJ. *practica medicinalis s. de medendis morbis membrorum omnium corporis humani*

*mani cum scholiis* J. KUFNERI Lion 1541. 12. 1561. 12. 1574. 12. TR. Ferecūm priori libro prodiit, & ejusdem est indolis.

EJ. codex MS. *de retentione menſtruum & cura februm* est in B. Vindob. LAMBECC. II. p. 841.

GAB. de CATEGUA *ſumma diverſarum queſtionum medicinalium* Burdigalæ 1520. fol. FALC.

ALMARICI BLONDELLI *libellus adverſus BOTALLISTAS* Rhemis 1520. 8. malus annus, eo enim tempore BOTALLUS nihil ſcripſerat.

ANT. ROMERY *additions ſur l'antidotaire de GUIDON* Lion 1520. VERDIER.

JOHANNIS le MAIRE, ex oppido Bani, *les trois contes de Cupido & d'Atropos* Pariſ. 1525. 8. ſed ad a. 1520. refert Cl. ASTRUC. Descriptio poetica morbi venerei.

MARTINI STEINPEIS *de modo ſtudenti ſ. legendi in medicina* L. VII. Wien 1517. 4. 1520. 4. L.

EJ. *Antidotale præſervationis cum add. in epidemicum malum* Wien 1520. 4.

J. B. FELICIANUS Venetus, vertit GALENUM de HIPPOCRATIS & PLATONIS *decretis* a. 1520.

Sic hoc ſeculo ab AUGUSTINO GADALDINO, aliisque eruditis viris, pleraque GALENI opera rectius converſa ſunt. Aliqua jam CASSIODORI temporibus latine proſtabant.

J. STOCKER *Regiment für den Gepreſſen der Peſtilenz* Nürnberg 1520. 4. TR. Idem forte l. qui *Regiment wie man ſich mit aller Speis, Getrank und Früchten halten ſoll* Argent. 1538. 4. B. THOMAS.

EJ. *empirica ſ. medicamenta varia diuturna experientia comprobata contra omnes corporis humani morbos internos & externos* opera & ſtudio THOMÆ DORNKREIL Francof. 1601. B. B.

EJ. *praxis aurea ad corporis humani morbos tum internos tum externos cura* ADR. TOLL. Leid. 1657. 12. 1634. 12. 1654. 16. 1659. 12. Formulæ antiquiſſimi ſaporis.

#### §. CCXXIV. ANN. 1521. M. CURTIUS.

MATTHÆUS CURTIUS, Ticinenſis, inde Patavinus, denique Bononiensis Academiæ Profeſſor, vir longævus. EJ. l. *de curandis febris* prodiit Patav. 1521. 4. ſi recte LINDENIUS, neque enim puto eo tempore MEIETTUM libros impreſſiſſe, tum Venet. 1561. 8. \*. Patav. 1590. 8. B. Tig. Collectio ex veteribus, nullo cum veſtigio proprii experimenti.

EJ. l. *de venæ ſectione, tum in aliis adfectibus, tum vel maxime in pleuritide*  
SFF 2 Lion

Lion 1532. 8. 1538. 8. TR. Hagenau 1534. 4. \* edente L. FUCHSIO, qui stylum correctiorem reddidit, tum Venet. 1534. 8. 1539. 8. \* cum aliis ejusdem argumenti libellis. Habet etiam LINDENIUS editionem Bonon. 1539. 4. Mera ex HIPPOCRATE & GALENO per auctoritates disceptatio, qua putat se ostendere, venam jugularem ejusdem lateris, & quam proximam, incidi debere, & contrariam opinionem ex veterum locis refellit, multum laborans, ut adversa sibi loca conciliet; deinde ut doceat, venæ sectionem ex directo factam etiam revellere. Cæterum ex OETHÆO legas apud MORÆUM, CURTIUM, cum ipse pleuritide laboraret, contra suam theoriam in alterno latere venam sibi fecari jussisse.

EJUS *ad tyrunculos dosandi methodus* Patav. 1579. 8. \*. Patav. 1556. 8. TREW. cum MONTAGNANA B. VICTORIO, RONDELETIO. Paucæ formulæ, potissimum purgantium medicamentorum.

EJUSD. *de prandii & cœnæ modo* Rom. 1566. 8. TREW.

EJ. *consilia aliqua medica, cum L. SCHOLZII consiliis edita* Francof. 1598. &c.

In B. R. P. exstant ejus MS. *lectiones in secundam aphorismorum HIPPOCRATIS particulam.*

Et EJ. *in primum fen IV. Canonis AVICENNÆ elucidatio.*

EJ. *canones universales de morborum curatione.*

ANTONIUS AQUILERA Hispanus. *Ejus rudimentorum medicinae* L. VIII. prodierunt Complut. 1521. fol. C. de V.

EJ. *exposicion sobre las preparaciones de Mesueo* Alcala de Complut. 1569. 8. C. de V.

STEPHANI NIGRI *de nimia obsoniorum appetentia* Mediolan. 1521. 4. B. B. Librum MUSONIO quarti seculi philosopho tribuit, sed posterioris ævi est, ex ATHENÆO etiam potissimum decerptus. Agit de eduliis, oleribus &c. (\*).

*Ein Regiment zur Zeit der Pestilenz wie und durch was Zeichen du die erkennen und an welchem End du dafür aderlassen sollt* Augspurg 1521. 4. TR.

AMBROSII JUNGEN'S *Unterrichtung wie man sich in Läuften der Pestilenz halten soll* Augspurg 1521. 4. 1534. 4. 1539. 4. TR.

§. CCXXV. A. 1522.

PETRUS CARTAGENA medicus Saguntinus, *sermon en medicina para preservarfe en tiempo dannado* 1522. 4. C. de V.

FRANCISCI de S. NAZARIO dicti de RIPA *de peste II. tres* Lion 1522. 4. FALC. Jos.

(\*) B. Bot. I. p. 259.

JOS. CZIMMERMANN *conservatio sanitatis immatura editio in immortalem candorem* MATTHÆI de MYCCHOW Cracau 1522. 4.

ACTEUS PHILIPPUS PELLINIGERINUS, Trojanus, *contradictiones Avicennæ* scripsit Venet. 1522. 8. L. 1552. 8. TR.

ANONYMI *metaphora medicinæ: adjungitur alius liber hoc cum titulo, modus faciendi &c.* Auctor addit se usum opera NONII D. medicinæ Hispalensis, & RODERICI a MALACATA, medicinæ studiosi, Hispali 1522. fol. C. de V.

## §. CCXXVI. A. 1523.

LEONHARDUS LEGHIUS Papiensis. *Ejus propositiones, s. flosculi ex GALENI libris collecti.*

EJ. *introductionum medicorum ex expositione capituli aurei AVICENNÆ.*

EJ. *summa medicamentorum simplicium & compositorum, secundum literas alphabeti:* Hæc omnia prodierunt Venet. 1523. fol. Simplicia medicamenta secundum qualitates disposita: & cuique addita expositio medicamentorum compositorum, cui id simplex medicamentum admisceatur GESNER. Bibl. (\*)

LUDOVICUS LUCENA, Hispanus, *de tuenda præsertim a peste integra valetudine, deque hujus morbi remediis* Tolos. 1523. 4. C. de V.

AMBROSII LEONIS, Nolani, *opus questionum tum aliis plerumque in rebus humanis tum vero maxime in philosophia & medicina* Venet. 1523. 4.

EJ. *castigationes adversus Averrhoem cum eo auctore editæ* Venet. 1532. f. B. B. Potissimum philosophicæ, paucissimæ medicæ.

Vertit ACTUARIUM libros VII. *de urinis:* vid. p. 321. editos Venet. 1519. 4. Basil. 1529. 8. &c.

ANTONII FAVENTINI *de materie febrium* Venet. 1523. fol. Ita lego.

ANTONII CITTADINI *auscultationes in parvam artem GALENI* Faventiæ 1523. fol. B. B. Ex genio seculi. Peripateticus homo & acer disputator (†).

Florentiæ a. 1523. 8. \* prodiit collectio nonnullorum librorum *contro alla peste*, MARSIGLI FICINI, THOMÆ de GARBO, MINI de FAENZA. Quare hoc loco recensemus MENGNUM BLANCHELLUM Faventinum, cujus *de morbis particularibus a capite ad pedes & de omnium febrium genere* opus Venetiis 1536. fol. prodiit GUNZ.

EJ. *de balneis tr. tres & consilium de balneo Villæ ad Dominos Lucenses*, in collectione *de balneis* Veneta excusi sunt.

CASPARI LINDEMANN *de victu medico disp.* Lips. 1523.

Sff 3

§. CCXXVII.

(\*) B. Bot. I. p. 246.

(†) B. Anat. I. p. 157. 158.

§. CCXXVII. A. 1524.

Hoc anno obiit THOMAS LINACER, vir literatissimus, qui plurima GALENI opera eleganter latine convertit, *de methodo medendi, de inequali temperie, de sanitate tuenda, de symptomatum differentiis & causis, de naturalibus facultatibus, de pulsuum usu, de temperamentis*, quorum editiones suo loco vide: idem quatuor prælectiones medicas dotavit, in quaque Academia Anglica duas: idem collegii medici Londinensis auctor fuit primusque præfes.

Ejus elogium dedit MICHAEL BARTH in oratione de THOMA LLNACRO Brit. Lips. 1560. 8. B. BUN.

Alterum adjungemus virum, pariter utriusque linguæ peritissimum, non utique medicum, DESIDERIUM ERASMUM, cujus *encomium medicinæ* sæpe excusum, est & Noriberg 1525. 8. cum ÆGINETA MAITT. Paris. 1533. 8. cum HESSO & STRABO. Lion 1536. 8. cum H. MONTUO; Rotterdam 1644. 8. 1665. 8. Eo sinceriores laudes sunt, quo frequentius imbecilli corpusculi homo eam artem beneficam expertus est.

In *αγαπω γαμω* f. conjugio impare ULRICUM de HUTTEN visus est deridere anno 1524. ASTRUC.

ALEXANDRI SEITZ von Marpach *declamatio in laudem artis medicæ*. Basil. 1524. 4.

EJ. *Tractat von der Aderlaß, wenn es gut sey, und wenn es diene, auch von den Ventosen oder Köpfen* Erfurt. 1529. 8. GUNZ. Nurnberg 1529. 12. anno TR. 1601. 8. \*. absque loco. Lego etiam *Rüstkammer für diejenigen Personen so Aderlassen und Schrepfen bedürftig* Angsp. 1605. 8. \*. Pro venæ sectione etiam in puerperis dixit, egit de hora venæ secandæ, de venæ selectu, de symptomatibus. Cephalicæ sectionem defendit: Venas etiam minores, nasi, oculi, fecat.

EJ. *tabule due curationum morborum, stomachi & hepatis* Argentor. 1533. fol. LIND.

*De thermis Badensibus in Ergovia* 1576. 4.

*Vom saturnischen Geschoß der Pestilenz* 1521. 4. TR.

GABRIEL de TORREGA edidit Burdigalæ 1524. fol. *textum Avicennæ per ordinem alphabeticum dispositum, cum additionibus & concordantiis GALENI. Compendium eorum, quæ super techni GALENI & aphorismos HIPPOCRATIS scripta sunt. Figuram amplissimam rerum naturalium, non naturalium & contra naturalium.* N. ANT.

EOBANUS HESSUS, Poeta minime malus. Ejus est libellus *de tuenda bona valetudine* (a) sæpissime excusus Erford 1524. 8. TR. Paris. 1533. 8. B. B. Francof.

(a) Conf. B. Bot. I. p. 26e.

ëof. 1551. 8. TR. & Lipf. 1551. 8. alia editio cum *Encomio medicorum* & *choro illustrium medicorum* tum 1556. 8. \*. 1564. 8. 1568. 8. \*. 1582. 8. \*. & in HENNIN-GERI collectione Argent. 1712. 8. Vulgatas utique opiniones sequitur.

J. CAMERARII de eo Viro narratio & EOBANI *epistole* Norib. 1553. 8. WILL. Lipf. 1696. 8. de ejus *ortu* & *nomine* Giesfæ 1539. & de EJ. *nomine* & *conjugio* *dissertatio* CHRISTOPHORI FRID. AYERMAN Giesfæ 1740. 8. EJUS vita est in BRUCKERI *Ehrentempel*. Augspurg. 1747. 4. \*.

HENRICI GRAMMATICI *tabula cognoscendorum humorum secundum motum planetarum* 1524. 4. TR.

§. CCXXVIII. J. A PRATIS.

JASON a PRATIS, f. *Pratenfis*, Zirikezeus Seelandus. EJUS de *uteris l. duo* prodierunt Antwerp. 1524. 4. LIND. Amsterdam 1657. 16. \*. Pleraque physiologici sunt argumenti, sed liber secundus huc pertinet, qui sit de victu a gravidis observando, de tussi feminis prægnantibus molesta. Caput pueri follicite velari vetat. Contra edacitatem & ingluviem. Cibi gravidis feminis salubres, & integra fere de facultatibus alimentorum disputatio. Noxæ vasorum æneorum in culinis adhibitorum SERAPIONI, jam notata. Reliquæ res non naturales. Cæterum ubique amat a præcipuo fine divagari.

EJ. de *pariente* & *partu l. obstetricibus, puerperis nutriticibusque utilissimus*. Antwerp. 1527. 8. LLND. Amsterdam 1657. 16. \*. Victus parturienti opportunus. Vomitus in partu nocere. Non debere puerum frigida lavari. Regimen, ut vocat, puerperæ, & varii morbi. Puerorum aliqui morbi. De pharmacopolis querela.

EJ. *l. de arcenda sterilitate & progignendis liberis* Antwerp. 1531. 4. \*. Amsterdam 1657. 16. LIND. Senilis confabulatio, non absque jocis parum castis, & bona fruge castis. Ipse 15 liberos genuerat, sperabat plures. Consilia parum fida, multa aliena de vitiis utriusque sexus. Vampyrorum habet historiam, qui reviviscant, cum uxoribus coeant, ut necesse sit cor palo transfigere, cadaver comburere.

Ejusd. de *tuenda sanitate* libri IV. Antwerp. 1538. 4. \*. Victus ratio a primis vitæ initiis per omnes ætates. Alimentorum facultates, quales eo ævo vulgo adgnoscebantur. Iterum monet, ne æneis in vasis cibi coquantur.

EJ. de *cerebri morbis hoc est fere omnibus curandis liber, secundum Græcorum, latinorum necnon recentium præcepta conscriptus*. Basil. 1549. 8. LIND.

§. CCXXIX. A. 1525. P. BRISSOT. ALII.

PETRUS BRISSOT medicus Parisinus, qui in Lusitania artem exercuit, acriter in Arabes invectus, medicos ad veram Græciam auscultandam revocavit. In  
pleuritide

pleuritide venam lateris adfecti secari iussit, multo largius quam AVICENNA suaserat, contra DIONYSII, archiatri Regii, potissimum sententiam. Eo conatu tantum tumultum excitavit, ut novatorem, nam id vitium BRISOTTO imputabant, perinde fere ut LUTHERUM, omnibus poenis dignum Arabum sectatores judicarent. Per venæ sectionem diversivam, s. alterius lateris, uno anno ducenties factum esse, ut pleuritis ab uno latere in alterum migraret. Discipulos suos, alios etiam, qui pro latere alterno pugnaverant, incisa ejusdem lateris vena ægrotos servasse, cum ii interum perirent, quibus ex Arabum theoria sanguis de alterno brachio mittebatur. Cæterum & Græcorum auctoritate nititur, & ratiocinio mechanico. Titulum fecit *de vena secanda tum in pleuritide, tum in aliis viscerum inflammationibus libellus apologeticus* Paris. 1525. 4. TREW. 1538. 8. LIND. Basil. 1529. 8. TREW. Venet. 1539. 8. \*. Novam editionem curavit RENATUS MOREAU, quam proprio *de missione sanguinis* libello auxit.

Vitam viri idem dedit R. MOREAU.

GUILIELMUS COPUS (KOCH), qui in Gallia medicinam fructuose fecit, Noribergæ 1525. 8. MAITT. edidit, PAULI ÆGINETÆ *præcepta salutaria de victus ratione*, Argentor. 1531. 8. \*. recusa. Vertit etiam HIPPOCRATIS *præfagia*, GALENUM *de locis adfectis, & de morborum atque symptomatum causis & differentiis*.

BARTOLOMÆI SILEBER *præcautio luis venereæ* Wienn. 1525. 4. ASTR.

*Dictionarium medicum Græco latinum* 1525. fol. Absque alio titulo in *Catalogo Lipsiensi* legitur.

J. VALVERDE *epistole duæ ad MICHAELEM REYNOSUM* J. C. datæ a. 1525. cum ejus viri operibus editæ.

EJ. *de anima & corporis sanitate tuenda* Paris. 1552. 8. Venet. 1551. 8. C. de V. 1552. 8. RAST. Idem, qui anatomen scripsit.

*The seign of urins of all colours that urin beer of with medycynes anned: an wri-  
nal* London 1525. 4. AMES.

LEONE TOSCANO *de insomni vertente* TRICASSO Venet. 1525. 8. TR.

#### §. CCXXX. JANUS CORNARIUS.

Proprio nomine *Hagenbut*, quæ vox cynosbati fructum exprimit; noster autem maluit a corno nomen deducere: vir doctus, qui in Italia artis principia hausit, idem primus inter Germanos HIPPOCRATICÆ scholæ græcæque lectionis restitutor (a), in medicina facienda simplicitatem divi senis imitatus, multum laborem in vertendis veterum scriptis posuit, doctorum virorum, etiam sui ævi, laudes meritus (b). Tandem sæpius mutata sede, Jenam vocatus, in ea academia obiit.

HIPPO-

(a) Ab a. 1529. in præf. ad PAULUM.

(b) EURICH CORDI *bozanolog* p. 168.

HIPPOCRATEM primo *Græcum* in editione 1538. f. Basileæ edita castigavit. Deinde latine reddidit excusum. Basil. 1543. f. Venet. 1537. fol. 1544. 8. Basil. 1546. f. 1553. fol. 1556. 8. 1558. fol. Lion 1546. 8. 1555. 8.

*Jusjurandum, Legem, l. de Arte, de veteri medicina, de medico, de decenti ornatu, præceptiones, a se conversos seorsim edidit* Basil. 1543. 4. \*. Porro *Epistolas HIPPOCRATIS* Basil. 1542. 8. \*.

GALENI vertit *l. de usu respirationis, causis respirationis, compositione medicamentorum, de uteri dissectione, fetus formatione, semine.*

Vertit etiam AETIUM, PAULUM, DIOSCORIDEM.

Edidit etiam MARCELLUM, GEOPONICOS, MACRUM.

Ipse scripsit *universæ rei medicæ περιεχθην s. enumerationem* Basil. 1529. 8. \*. 1534. 4. B. B. 1551. 8. LIND. Totius medicinæ perbreve compendium.

EJ. *medicina s. medicus l. I.* Basil. 1543. 4. \* 1556. 8. 1568. 8.

EJ. HIPPOCRATES *doctor verus*, qui etiam cum editione HIPPOCRATIS anni 1543. prodiit, & *de rectis medicinæ studiis amplectendis* seorsim Marburg 1543. 8. excusus LIND. tum Basil. 1543. 4. \*. Contra Arabes Græcorum lectionem commendat. Aliqua de secta methodica & rationali.

EJ. *De peste l. duo* Basil. 1551. 8. FALC.

EJ. *De utriusque alimenti receptaculis contra quam Plutarchus* Basil. 1544. 8. cum ADAMANTIO.

EJ. *De podagræ laudibus* Patav. 1553. 8.

EJ. *Vulpecula excoriata s. refutatio historię* LEONHARDI FUCHSII Francof. 1543. 4.

*Nitrum ac Brabyla pro vulpecula excoriata.* Ib. 1545.

Et collectas eas diss. addita *vulpecula catastrophe s. Fuchsiados* L. III. recudi fecit ib. 1546. 8.

EJ. *Orationes due* Basil. 1556. 8. TR.

*Oratio in dictum HIPPOCRATIS vita brevis, ars longa.* Jen. 1557. 8.

EJUS ad PAULUM *Dolabellæ* Basileæ a. 1529. scriptæ, sunt emendationes, natæ ex comparatione PAULI cum aliis Græcis, eo fine factæ, ut vera lectio restituatur.

Doctas fere ad auctores quos edidit, præfationes scripsit.

EJUS *l. de conviviis veterum græcorum* Basil. 1547. 12. B. BUN.

Laudes viri dedit vir ILL. E. GOTTFRIED BALDINGER tribus programmatis Jenæ 1769. 4. \*. editis, & JACOBUS BRUCKER im *deutschen Ehrentempel* Augspurg. 1547. 4.



## CCXXXI. VARI. MDXXVII.

ALPHONSIUS QUIRINO l. *de la sanida i medicina* Tolet. 1526. C. de V.

PHILIP. ULSTAD *de epidemia* Basil 1526. 8. B. Tig.

EJ. *von Heimlichkeiten der Natur* Francof. 1551. fol. B. Tig.

*Opera nuova nelle quale si contengono tre utilissimi ricettari* Venet. 1526. 4. B. THOMAS.

JOHANNES LEO Afer, Christianam fidem amplexus, ad Mahometanam rediit, EJUS *Africae descriptio* Romæ 1526. prodiit, recusa Amsterd. 1632. 16. \*. Idem *de viris quibusdam illustribus apud Arabes libellum* etiam dedit, ab HOTTINGERO primum latine versum, in *Bibliotheca quadripartita* Tiguri & 1665. 4. excusum, deinde a J. ALBERTO FABRICIO in sua *bibliotheca Græca* in volumine XIII. redditum Hamburg 1726. 4. \*. Vitas continet medicorum primum orientalium, qui vel Arabes fuerunt, vel inter Arabes vixerunt, ut senioris MESVEI, RAZEI, AVICENNÆ, inde MESVEI junioris, quem fere solus & recte a prisco illo distinxit. Tum hispanorum medicorum elogia, IBN ZOHAR utriusque patris & filii, AVERRHOIS, BAITARIDÆ. Porro Hebræorum nonnullorum, ut ISAAC fil. EMRAM, MAIMONIDIS. Plenioris historiæ medicorum MEIBOMIUS meminit, quæ Florentiæ lateat (a).

AUGUSTIN SCHURF S. Gallensis, anatomicus, scripsit *disputationem de peste* & *de prima materie quæ in arte medica traduntur* M. ADAMI. Consilium ejus est in L. VII. collectionis SCHOLZIANÆ.

## §. CCXXXII. VARI. A. MDXXVII.

JACOB a BETHENCOURT, medicus Rothomagensis, scripsit *novam penitentialem Quadragesimam necnon purgatorium in morbum Gallicum s. venereum, una cum dialogo aquæ, argenti vivi, ac ligni guaiaci, collectantium super dicti morbi curationis prælatura, opus fructiferum* Paris. 1527. 8. ASTR. Morbum venereum novum esse, a. 1495. primum adnotatum, vario contagio inficere, longe plerumque tamen per venerem. Inunctionem jubet sexto die, aut septimo, leni laxante medicamento interrumpere, tum aliquot diebus quiescere; scirrhos duros & ulcera æthiomena longiorem inunctionem requirere. Gonorrhœam ipse in juvene vidit; monuit ne injectionibus uteretur. Guaiacum humidis & pituitosis ægris convenire: aquam argenti præstare reliquis auxiliis; ita hydrargyrum vocat. Non reperitur in collectione LUISINI.

J REUSCHII *præservanda & curanda pestilitatis methodus* Lips. 1527. 8.

BALTHASAR PYSSLINGER *Regiment wider die schnelle Krankheit der Pestilenz zum Unterrichts wie man sein Trank und Arzneyen brauchen soll. Unterrichts wie man sich vor der Pestilenz mit haushalten, essen, trinken u. anderem halten soll.* 1527. 4. TR.

(a) Epist. de scrib. hist. med.

## §. CCXXXIII.

## §. CCXXXIII. A 1528. MANARDUS. THURINUS.

JOHANNES (a) MANARDUS, Ferrariensis medicus, qui aliquamdiu in Hungaria archiatri Regii munere functus, tum in Polonia, in patriam demum reversus est.

EJ. *epistolarum libri sex* prodierunt anno 1520. (b). Paris. 1528. 8. LIND. Argent. 1529. BOEHMER Lion 1549. 8. B. Tig. Deinde tota collectio *XX librorum* Basil. 1549. fol. \*. nitida editio. Hanov. 1611. f. cum tit. *curia medica*. Epistolæ scriptæ sunt ab a. 1502. ad 1535. Semiarabista, semigalenicus, passim veterum lectionem emendat. Omnis generis argumenta tractat. LEONICENUM contra PISTORIUM tuctur, recte vero ostendit, luem veneream novum morbum esse, ex Americanis insulis, ubi frequens sit, in Europam translatum anno 1494. Guaiaci usum præscribit, inunctionem, spumam decocti, vel oleum ejus ligni. Ad varios cæterum morbos consilia sua impertit, ex veteribus quidem potissimum collecta, ut tamen sua etiam experimenta citet; in univèrsum nimia farragine auxiliorum usus, ut eo seculo plerique. Paraphrenitidem negat se vidisse. Integer liber inest emendationum in DIOSCORIDEM, castigationum in MARCELLUM. Acriter hic in præceptorem suum LEONICENUM, a quo equidem falsarius dictus fuerat. In partem I. I. GALENI *de pulsuum differentiis*. Aloen tuctur, negat venarum oscula aperire. Senna tamen ad alvum ducendam plerumque utebatur. In pleuritide sanguinem de latere adfecto emittit, alias tamen etiam de opposito. In pestilentium morborum initio ducendam alvum putat. De alimentis aliqua, Epilepticos se multos sanasse, sed ante annum ætatis 21. In hydrargyri ad luem veneream usu carpit, quod cerebro noceat. Decocto ligni sancti in arthritide utitur: idem ad luem veneream valde laudat, modumque præscribit, ut debeat adhiberi.

EJUSDEM *epistole de sectione vene lateris patientis* seorsim excusæ sunt cum THURINI libellis Lion 1537. 4. B. B. quibus in BRISSEOTI sententiam opinionem dicit, & ad primum THURINI libellum respondet. Prior editio est anni 1531.

Denique *adnotationes* ad MESVE, quæ eadem totidem fere sunt castigationes.

*Epistola de morbo Gallico* exstant in collectione LUISINI.

EJUSD. *luculenta expositio in artem parvam GALENI . . .*, Basil. 1529. \*. 1536. 4. LIND. Olim a. 1515. hunc librum scripserat. De tribus doctrinis quærit, quænam sint disquirat, eos refutat, qui aiebant esse divisionem, compositionem, & compositionem eorum, quæ post divisionem inventa sunt.

Aliquæ epistolæ cum MUNDELLÆ THEODOSII alior. epistolis prodierunt.

ANDREAS THURINUS Pisciensis, medicus Florentinus, CLEMENTIS VII. & PAULI III. archiater.

EJUS *de curatione pleuritidis per vene sectionem* Lion 1537. 4. \*. Integra est libellorum collectio a S. CAMPEGIO edita. Primum revulsionem laudat; deriva-

Ttt 2

tionem

(a) Verius JOHANNES JACOBUS.

(b) Ep. 6. L. XVIII.

(c) MANARD, præf. ad L. VII.

tionem non simul posse revulsivam esse contendit. Contra BRISSOTUM, qui id fieri posse putaverat, quem a principio ad finem refutat. Ommino in principio morbi secandam esse venam lateris oppositi, per auctoritates omnia. Tempus derivationis esse, quando non ipsa sedes morbi, sed propinquæ partes humore morbifico repletæ sunt, quas oporteat evacuare: tum quando in pleuritide dolor adscendit ad furculas usque, suoque in vigore est. Hæc fusissime.

EJ. *responsio ad BRISSOTUM*. Eo semper redit, ut in corpore pleno oporteat revellere, ne sanguis ad locum inflammatum confluat.

*Responsoria* ad duas MANARDI epistolas una insertæ sunt. Revulsionem non fieri per sectionem venæ in latere adfecto; una etiam cum aliis 1543. 4. prodierunt BOEHM.

EJ. ad M. CURTIUM *epistola de vena in pleuritide secanda*. Data est a. 1526. edita Paris. 1528. 4. hic a. 1537. recusa. Eadem novi libelli doctrina est quæ prioris. Debere revulsionem præcedere derivationem. In principio pleuritidis debere venam secari lateris oppositi, non in eodem latere, ut fusc CURTIUM refutat.

Porro *de embrocha nova s. ducchia artificiali, qua utuntur Florentini ad varios morbos* Lion 1537. 4. LIND. Bonon. 1543. 4. \*. Has embrochas parat ex decocto herbarum aromaticarum cum alumine & sulfure. Fatetur tamen artem naturam neque imitari posse, neque parem aquis efficaciam impertire. MATTHÆUM BATTIFERRUM in AM. VESPUCCIO frustra embrochis usum, neque fere nunc solere adhiberi. Id vix credas, lecto BENEDICTO VICTORIO.

EJ. *medica disceptatiuncula adversus M. CURTII opinionem de cœne & prandii ratione* Paris. 1535. 8. LIND. Lion 1537. 4. B. B. Cœna Romanorum incipiebat hora nona, & erat trium horarum, neque ut nunc nocturna, qualis Arabum cœna & nostra est. Male CURTIUM, ejusque discipulum ODDUM, rationes cibationum mutare. Male eos cœnam prandio præferre.

EJ. *de bonitate aquarum fontana & cisterna* Bonon. 1541. 4. LIND.

EJ. HIPPOCRATIS & GALENI *defensio de causis dierum criticorum adversus H. FRACASTORIUM* Bononiæ 1543. 4. \*. FRACASTORIUM non in communem crislum causam inquisivisse, sed contingentem causam proposuisse, quæ a crisi abesse possit.

EJ. *defensio contra M. ANTONIUM MONTISIANUM, quod non in omni febre putrida conveniat missio sanguinis* Rom. 1549. fol.

JOH. SCHOENER *von Carlstad*, Mathematicus civ. Nürnberg. Ejus est ein nutzliches Büchlein vieler bewahrter Erzney lange Zeit versuchet vor allerley Krankheiten Nürnberg. 1528. 4. \*. GUNZ annum habet 1529. 4. & 1542. 8. Plurimum astrorum influxui tribuit. Deinde medicamenta empirico more recenset, quæ cuique corporis humani parti convenient.

EJ. *nothwendige Regel welche Zeit man ein göttliche Arzeney bereyten und brauchen soll* Nürnberg 1543. 4. TR.

EUCHARIUS RÖSLIN. EJ. celebre suo ævo opus est & pene classicum, *der schwangern Frauen u. Hebammen Rosengarten*, parvus libellus, frequentissime recusus. Dedicatio data est anno 1513. Non reperio tamen editionem antiquiorem, quam Aug. Vind. 1522.4. TR. deinde 1528.4. Sed etiam coram habeo aliam pariter Augustæ Vindel. excusam 1532. 4. \*. Inde 1544. 8. TR. cum CUBA BONACIOLO & ALBERTO. Latine *de partu hominis, & qua circa eum accidunt* Francof. 1544. 8. \*. 1563. 8. \* & alias. Gallice *des divers travaux des femmes* &c. vertente PAULO BIENASSIS Paris. 1536. 8. & alias. Anglice *the byrth of mankind* Lond. 1654. 4. &c. Belgice 1559. 12. Amst. 1667. 8. Vide plures editiones in B. Chir. I. p. 186.

Pars clinica formulas continet ad morbos feminarum gravidarum, puerperarum, lactantium, & puerorum; ad vitandum abortum &c. Omnia omnino ad empiricorum saporem.

JOH. ANTONIUS Campensis. EJ. *directorium summa summarum medicinarum* Argent. 1528. fol. 1630. 12. Lion 1553. 16. 1557. 16. & cum ULSTEDII cælo. Nisi est alchemisticum opusculum.

FEDERICUS CHRYSOGONUS, Tudertinus, scripsit *de modo collegiandi, prognosticandi & curandi febres lucubrationes* Venet. 1528. fol. LIND.

J. CÆSARII (Keyser) *castigationes in CELSUM* prodierunt Colon. 1528. &c.

#### §. CCXXXIV. J. GUINThER.

J. GUINThERUS (WINTER) Andernacensis, per multos annos professor Parisinus, Argentoratum ob religionem se contulit, ibique obiit, vir græce & latine doctus (\*).

Primum multa GALENI opera latine reddidit: *Introductionem, s. de sectis* Paris. 1528. 8. Basil. 1537. fol. 1593. f. Gr. & lat. Basil. 1537. 8. HERISSANT. EJ. *de facultatum naturalium substantia ll. quod animi mores corporis temperaturam sequantur: de propriorum animi cujusque affectuum adgnitione & remedio* Paris. 1528. 8. HER. 1534. f. 1547. 12. HER. *De diebus decretoriis & morborum temporibus* Paris. 1529. 8. Lion 1533. 12. Paris. 1534. f. Basil. 1537. f. 1593. HER. *De atra bile & tumoribus præter naturam* Paris. 1529. 8. 1574. f. HER. *De compositione medicamentorum κατά γυναικων* cum A. ALCIATI l. *de ponderibus* Basil. 1530. fol. l. VII. Paris. 1530. fol. Basil. 1537. fol. 1593. fol. HERISS. *De theriaca ad Pisonem* Paris. 1531. 4. 1534. fol. Basil. 1531. fol. HERISS. *De plenitudine* Paris. 1531. 8. 1528. fol. \*. Basileæ 1531. fol. Paris. 1534. fol. HERISS. *De antidotis* libros II. Paris. 1537. fol. *De HIPPOCRATIS & PLATONIS placitis* Paris. 1534. fol. HERISS. EJUS GALENI *varia opera nunc recens edita aut recognita* Paris. 1534. fol. *De compositione*

Ttt 3

(\*) SCHOEFFLIN apud HERISSANT.

*compositioe medicamentorum secundum locos* L. X. nuuc primum latinitate donatos Parif. 1535. fol. Basil. 1537. fol. 1593. fol. HER. *De ratione medendi ad GLAUCONEM* L. II. gr. lat. Parif. 1546. 8. EJ. *opera diversa de tremore, formis morborum, prestantissima secta, ratione medendi per venæ sectionem, sanguinis missione ad ERASISTRATUM, facultate purgantium medicamentorum, quot & qualiter & quando purgare necesse sit* Parif. 1536. fol. HER. *De elementis ex HIPPOCRATIS sententia* Parif. 1541. 8. 1534. fol. HER. *De ratione victus privatorum commentarium; de constitutione artis medicæ; de pulsibus* Basil. 1531. fol. 1534. f. HER. *Libellus de ratione victus* prodiit etiam solus Argentor. 1530. 8. HER. Francof. 1554. Antwerp. 1562. 18. HERISS. IDEM vertit *Commentarium in HIPPOCRATIS de natura humana, de tremore, palpitatione, convulsione & rigore* Parif. 1577. f. 1597. f. POLYBI *de diæta salubri libellum* Parif. 1528. fol. \*.

IDEM PAULI ÆGINETÆ *opera latine reddidit* Parif. 1532. f. Colon. 1534. fol. Argentor. 1547. fol. Lion 1551. 8. 1563. 8. 1589. 8. HER. *Libera versio.*

Tum ORIBASII *commentaria in aphorismos Hippocratis latine non visa* Parif. 1537. 8. Spurium opus. Vide p. 48.

IDEM CÆLII AURELIANI L. III. *de acutis passionibus* primum edidit Parif. 1523. 8. HER.

Et RHAZE *de pestilentia* l. Argent. 1549. 8.

Et ALEXANDRI TRALLIANI *libros medicinales* XII. Argent. 1549. 8. Basil. 1556. 8. \*. Lion 1560. 12. in STEPHANI *principibus*, & Lion 1575. 12.

EJ. *de victus & medendi ratione, tum alio, tum pestilentia maxime tempore observanda* Argent. 1542. 8. FALC. TR. Parif. 1549. 8. 1577. 16. HER Gallice Strasbourg 1547. 8. cum tit. *Instruction très-utile par laquelle chacun pourra se maintenir en santé, tant au tems de peste comme en autres tems.* Venam fecabat, alvum ducebat, dabat oxymel, balneum imperabat temperatum. Ita HERISSANT, neque enim legi.

EJ. *Bericht, Regiment u. Ordnung wie die Pestilenz u. die pestilenzialische Fieber zu erkennen u. zu curiren* Strasburg 1564. 4. TREW. 1610. 8. TR. *Diversum a priori opus.*

EJ. *kurzer Auszug des Büchleins von der Pestilenz* Strasburg 1564. 8. Esse novam tantum editionem ejusdem libelli HER. Id vis vocis non videtur admittere.

EJ. *de pestilentia commentarius in IV. dialogos distinctus* Argent. 1565. 8. MEAD. *Diversum a priori de victus ratione &c. opusculum.*

EJ. *commentarius de balneis & de aquis medicatis in tres dialogos distinctus* Argentor.

Argentor. 1565. 8. Male hic Cl. HERISSANT, medicos nihil hactenus dixisse de acidulis: dixerat & ampliter FUCHSIUS. Levis in univcrsum, ante chemiam cognitam, labor.

EJ. *de veteri & nova medicina tum cognoscenda tum facienda l. duo* Basil. 1571. fol. 2. vol. B. B. Vastum opus, quo univcrsus artis ambitus traditur. In Tomi I. Dialogo I. generalia aliqua continentur. In D. II. historia medicinae, caeterum ad usque VI. physiologica & anatomica habet. D. VI. tamen pulsus fusc & respiratio dicitur. D. VII. initium fit tractationis morborum, morborumque recensio, causae, generalia aliqua enumerantur. Urina tamquam signum. D. VIII. febres, lues venerea, morbi a capite ad calcem.

T. II. Dialogus I. diætetica continet, II. curationem morborum. Hic ostendit se non mediocriter in PARACELSI sectam inclinare; antimonium laudat, aliaque chemica. D. III. auxilia, evacuationes variae. In pleuritide meticuloſe venam fecat. Purgatio. D. V. materies medica. D. VI. medicamenta composita, formulæ variae & medicamenta officinalia. Balnea, quibus impense favet. Propria caeterum, aut nova, ne exspectes.

EJ. *gynæciorum commentarius, de gravidarum, parturientium, puerperarum & infantum cura acc. elenchns auctorum in re medica cluentium qui gynæcica scriptis illustraverunt* excusus a J. GEORGIO SCHENCKIO Argentor. 1606. 8. posthumus & imperfectus labor.

Laudes ejus viri cecinit GEORGIUS CALAMINUS Argent. 1575. 4. \* & integro libello, ex quo fere editiones decerpsi, LUDOVICUS ANTONIUS PROSPER HERISSANT, brevis ævi juvenis Paris. 1765. 12. \*.

#### §. CCXXXV. MICHAEL ANGELUS BLONDUS.

EJ. *de origine morbi gallici deque ligni Indici aſcipiti proprietate* Rom. 1542. 8. FALC. Venet. 1542. 8. ASTR. & in collectione GESNERI Tigur. 1555. fol. \*. Antiquum morbum esse, neque ex India advenisse. Guaiaco curatos fere omnes relapsos esse. Pilulas ex mercurio crudo, cum scammonio, aliasque ex hermodactylis describit: uunguenta demum mercurialia.

EJ. *de medicamentis, quæ apud pharmacopolas reperiuntur* Rom. 1544. . . . 1554. . . HEISTER.

EJ. *de diebus decretoriis & crisi contra neotericos. Novus in via GALENI contra neotericos libellus* Rom, ut puto 1544. 4. LIND. Lion 1550. 8. cum ABEN-ESRÆ libro *de criticis diebus* ab ipso BLONDO recognito. Nimium astrologis tribuit.

EJ. *epitome ex HIPPOCRATIS libris de nova & prisca arte medendi deque diebus decretoriis* Rom. 1545. 8. TR. 1528. 8. LIND.

EJ.

EJ. *L. de memoria &c.* Venet. 1545. 8. LIND.

EJ. *de adfectionibus infantum & puerorum* Venet. 1537. 8. LIND.

EJ. *de canum cura & venatione* Rom. 1544. 4. TREW.

EJ. *de maculis corporis* Rom. 1544. 4. LIND.

§. CCXXXVI. ANNUS 1529.

HERMANNUS, Comes de Neuenaar. EJ. *de febre sudatoria* l. Colon. 1529. 8. FALC. & cum P. de ABANO *de venenis &c.* a GUIL. GRATAROLO editus sine loco & anno.

ID. OCTAVIUM HORATIANUM edidit. Conf. p. 293. Eum ALDUS secutus est REINES.

FRANC. DELGADO Presbyter. EJ. *est del modo de adoprare il legno de India occidentale, salutifero remedio ad ogni mal incurabile* Venet. 1549. 4. Ita C. de V. Nam paulo alius est titulus ASTRUCII, *del modo de adoperare el legno santo di India occidentale salutifero remedio ad ogni piaga* Venet. 1529. 4. Ipse per 20 annos malo venereo laboravit, & plurima in nosodochio mala passus, demum a. 1526. usu decocti ligno sancti convaluit. Malum omnino ortum esse in obsidione Neapolitana. Inde, cum in insula Hispaniola aliqui Hispani usu L. Guaiaci perfecte curati fuissent, id remedium in Hispania ab anno 1501. innotuisse, in Italia anno demum 1517. Ipse electuarium ex eo ligno parabat & vendebat, quod arcanum sibi servat. Hæc ex ASTRUCIO, neque enim in collectione LUISINI reperitur.

JACOBI CASTRII ep. *de sudore epidemico quem Anglicum vocant* Antwerp. 1529. 8. LIND.

SIMONIS RICHINI (\*) de ἰδρωπυρετω, (pro ἰδρωπυρετω) f. *sudatoria curatione* Colon. 1529. 4.

ANTONII CARTAGENA, professoris Complutensis, FRANCISCI I. in Madritensi carcere medici, *de signis februm & diebus criticis* l. Complut. 1529. f. C. de V.

EJ. *de fascinatione & febre pestilenti* ibid. 1530. fol.

CASPAR KEPLER v. *nützlichen Regiment wider die Pestilenz und giftige Pestilenz-Fieber die Schweysfucht genannt* Lipf. 1529. 8. TR. *Vermehrt durch seinen Sohn MELCHIOR* Leipz. 1566. 4. TR. 1598. 4. ubi lego KEGELER.

WENCESLAI BAYER von Ellbogen CUBITO genennet *richtige Rabtschlag und Bericht der jetzregierenden Pestilenz so man den englischen Schweiß nennet* Lipf. 1529. 8. TREW.

EJ. *Bericht wie man sich in der Zeit der Pestilenz hütten, auch was man für Arzney brauchen soll* Nürnberg 1547. 4.

EJ.

(\*) RIQUINUS LIND.

EJ. 1. *de thermis Caroli* Lipsf. 1522. 4. Lipsf. 1614. 4. & 8.

FRANCISCI MARTINEZ *de la complexion de las mugeres* Madrit. 1529. 8. si huc facit.

J. NIDEMONTANUS *de sudore anglico* Argentorat. 1529. 4. L.

SEBASTIANI ROT *conclusa ARISTOTELIS & GALENI gravissimam pugnam discutientia* Lipsf. 1529. 4.

EJ. *de salubritate lotionum capitis & balneorum aque dulcis* Lipsf. 1550. 4.

EJ. *questiones & problemata* ibid. 1553. 4. BOERNER.

VINCENTIO de BURGOS *historia natural de se tratan des propiedades de todas las cosas* Toled. 1529. fol. SEG. Nonne BELOVACENSIS p. 434.

EURICIUS CORDUS, vero nomine HENRICUS URBANUS, Simmershusa Hassus, professor Marburgensis, inde medicus Bremensis, LEONICENI discipulus & MARNARDI.

EJ. *Regiment wie man sich von der neuen Plage der englische Schweiß genant bewahren soll* Nürnberg 1529. 4. TREW.

ID. NICANDRI *theriaca & alexipharmaca* versibus latinis reddidit Colon. 1532. 8.

In *botanologico* Colon. 1534. 8. \*. Francof. 1549. aliqua ad materiam medicam ex mineris & animalibus spectantia reperias.

EJ. *de urinis l. übersetzt durch J. DRYANDER*, editus Francof. 1543. 8.

EJ. *von der Tugend des Theriak*s Marpurg 1532. 8. TR.

EJ. *de abusu iroscopia conclusiones adversus . . . medicastro*s ibid. 1546. 8. LIND.

EJUS *von etlichen bewährten Arzneyen für den Stein edente* FRISIO Argent. 4.

*Vitam viri dedit* WIGANDUS KAHLER Rinteln 1744. 4. \*.

MICHAEL SCHRICK scripsit *nützlich Büchlein von Kunst u. Tugend der gebrannten Wassern* Nürnberg 1529. 4. recusum 1601. 8. \* cum SEIZIO. Farrago formularum & nimia encomia.

*Apothek für den gemeinen Mann ex Brunsvic & Schrikio* Witteberg 1529. 4. TR. cum priori Lipsf. 1532. 8. HUTH.

ANT. BERLOCH's *Unterrichtung einer Seuchen so von vielen der englische Schweiß, von denen Alten das pestilenzisch Fieber genant* Nürnberg 1529. 4. TR.



HIERONYMUS FRACASTORIUS Veronenſis, medicus, poëta, philoſophus, Aſtologus, archiater PAULI III, vir nobilis & illuſtris, & ſuo ævo inter principes doctorum virorum habitus, etiam ſtatuum meritis, ſibi in patria dedicatam.

Inter antiquiſſima ejus opera eſt poema *ſyphilis ſ. morbus gallicus*, ſcriptum, ut ASTRUCIUS monet, haud ſerius quam anno 1521, vivente nempe Leone X, qui eo anno obiit (\*), editum Veronæ 1530. 4. BOEHM. ſæpiſſime recuſum Pariſ. 1531. 8. MENKE. Baſil. 1536. 8. LIND. Pariſ. 1539. 16. MENKE. Lion 1547. 12. MENKE. Antwerp. 1562. 8. TREW. 1611. 8. MENKE. Londin. 1720. 4. 1746. 8. SMITH. Patav. 1744. 4. Gallice verſum a MACQUER & la COMBE cum bonis notis Pariſ. 1753. 8. Italice vertente SEBASTIANO de gli ANTONI Bonon. 1738. 4. SMITH. Vertente ANTONIO TIRABOSCO Veron. 1539. 4. SMITH. Demum a PIETRO BELLI verſum Neapoli 1731. 8. Morbum novum eſſe, ex ſiderum concurſu natum, & per bellum Gallicum in Italiam propagatum. Inunctionem aſperum eſſe auxilium, ut tamen id noſter non rejiciat: ſuffitum ut aſperiores damnet, tum præcipitatum & devoratum hydrargyrum. In poemate tamen potiſſimum Guajacum laudat, tamquam mali antidotum. Diſtictio cæterum humilis, neque vitioſis numeris pura, ut præterea antiquos ſæpe non imitaretur, ſed excrimeret. Chriſtianæ fidei veſtigia cum paganis fabulis non bene commiſcuit.

*Carmina* viri collecta prodierunt Patav. 1728. 8. 1739. 4. 2. vol. SMITH.

EJ. *Sententia de temperatura vini* Venet. 1534. 4., in qua vinum calidum eſſe oſtendit, non humidum, ſed neque ſiccum.

EJ. *de ſympathia & antipathia* L. I. *de contagione & contagioſis morbis eorumque curatione* L. III. Venet. 1546. 4. TREW. Lion 1550. 16. TR. SMITH. & etiam 8. 1554. 16. TR. & l. *de ſympathia & antipathia in Th. ſympathetico* Nürnberg. 1662. 4. \*. Potiſſimum de peſte agit, de ſudore Anglico, de febre petechiali, quæ ex Cypro adlata in Italia annis 1505. & 1518. primum viſa ſit, & de morbo venereo. In morbis malignis venæ ſectionem & purgationem rejicit; ob putredinis metum, ſuſpectosque in febre petechiali adnotatos eventus; utitur hinc quidem abſorbentibus & bolis, atque ſuo diaſcordio, inde tamen etiam acidis liquoribus & limonum ſucco, oxycrato, & ſiccantibus. Omnem contagionem eſſe a putredine. Aliquas lues contagioſas deſcribit, etiam boum horumque *Zungenkrebs*. Poſt locuſtarum ubertatem a putredine morbos fieri contagioſos, & poſt inundationes. Phthiſin contagium habere primus, ut puto, vidit. In principio venam ſecare, movendum ſudorem, putredini reſiſtendum. Malum venereum ab annis retro vigenis puſtulas parcius inducere, gummata frequentiora. Unguentum mercuriale a tonſore in vetuſto libro

(\*) Syphil. L. II.

libro repertum esse. Ossa infecta non sanari. Non ex India adlatum malum esse sed ex vi occulta siderum & maligna conjunctione ortum.

EJ. *Homocentrica & de causis criticorum dierum per ea, quæ in nobis sunt* Venet. 1535. 4. TREW. 1538. 8. TREW. Criticos dies refert ad motus humorum morbosorum, qui cum diversis humoribus conveniunt. Ita quando ad cholera melancholia accedit, septimo die maximam fieri irritationem. Nempe morbos, in quibus unicus humor peccat, criticos dies non habere. Cum vero cholera triduanum faciat paroxysmum, melancholia quartanarium, si uterque humor fuerit in culpa, ex concursu horum humorum paroxysmum in die septimo maximum fieri, & eo die irritationem & crisi consequi, Lunæ efficaciam rejicit.

*Opera omnia philosophica & medica* prodierunt Venet. 1555. 4. \*. 1574. 4. MENKE. 1584. 4. RIV. Lion 1581. 8. LIND. 3. vol. 1591. 2. vol. TR. etiam male ut putò Leida legitur MENKE. Monspel. 1622. 8. 2. vol. Genev. 1627. 8. MENKE. 1637. 8. \*. 1671. 8. LIND.

FRIDERICUS OTTO MENCKEN *de vita, moribus, scriptis, meritisque* HIERONYMI FRACASTORII *commentationem* edidit Lipsiæ 1731. 4. \* qua, justo certe volumine, viri laudes tradit, alienissimis equidem admittis.

#### §. CCXXXVIII. LEONHARDUS FUCHS.

Vir eruditus, polygraphus, non nihil contentiosus, magnus Arabum adversarius, Wembdingæ Bavaricæ natus, Monachii praxin secutus, & alibi, inde Tubingæ medicinam docuit, constans purioris fidei confessor, Pisas cum luculentissimis conditionibus vocatus, eos honores deprecatus est. Primus inter Germanos ad magnam celebritatem apud externos pervenit.

EJ. *errata recentiorum medicorum sexaginta adjectis eorum refutationibus* Hagenau 1530. 4. TR.

EJ. *Cornarius furens* Basil. 1533. 8.

EJ. *tabula castigata sex in sex libros GALENI de morbis & symptomatibus* Lion 1530. fol. TR.

EJ. *apologia contra HIEREMIAM THRIVERIUM BRACHELIUM, qua monstratur, quod in viscerum inflammationibus, pleuritide præsertim, sanguis e directo lateris adfecti mitti debeat* Hagenau 1534. 4. \*. Pro BRISSOTO in Arabes Hippocratis & Galeni locos citat. Venam omnino non unice revellendi causa sed evacuandi fecari, AVERRHOEM detestatur. Accedit CURTII disceptatio.

EJ. *paradoxorum medicinæ libri III. in quibus multa a nemine hæcenus prodita Arabum atatisque nostræ medicorum errata indicantur, confutantur, obiter SEBASTIANO MONTUO respondetur* Basil. 1535. fol. \*. Paris. 1546. 8. \*. 1555. 8. quo anno duæ editiones prodierunt LIND. Frf. 1567. f. TR. *cum solida refutatione ineptarum*

*ineptarum adnotationumcularum* SEB. MONTUI. Potissimum in Arabes invehitur, qui ipsi plantarum ignari Græcos male intellexerint, doses male definiverint. De aloe, ventriculo non nocere, aut hepati. Succinum non esse lacrumam populi. Non abjiciendas alas cantharidum. Mumiam esse pis-fasphaltum merum sagax sensit. Theriacam effectus non præstare, quos veteres laudaverunt.

L. II. ubi utroque auxilio opus est, prius debere venam fecari, deinde alvum duci. Venæ sectionem e directo ad inflammationes utiliore esse (quam sententiam noster in novissimis operibus deseruit). Non debere ante coctionem alvum duci, nisi materies turgida fuerit. Pilulas a jejuno homine sumendas post perfectam concoctionem ciborum. In febribus, & in tertiana potissimum, non debere nimium purgari. Male balneum in febre negligi. Arabes male lenticulam ex aceto in pleuritide dedisse. Dyfentericos omnino non purgandos, sed neque colicos: neque clysteribus in calculo renum unice fidendum. Aliam esse lepram & elephantiasin Græcorum, aliam Arabum. Gallicum morbum novum esse, neque lichenem veterum, & anno 1493. primum innotuisse. Eundem morbum esse carbunculi, anthracis & ignis Persici: eum ab AVICENNA male confundi cum variis morbis cutaneis, male etiam arabem reprimentia ad omnes bubones adhibuisse. Pulverem avenaceam febricitantibus non bene dari.

Liber III. argumenti est anatomici.

EJ. *compendiaria in artem medendi introductio recognita & auctior* (\*), *una consciendorum medicamentorum ratio, itemque de urina & pulsibus præceptio* Argentor. 1535. 8. \*. Parvus libellus, continens potissimum breve dispensatorium & antidotarium. Balnea, Germanica etiam magis, recenset. Deinde generalia quædam ad medicorum res non naturales, morborum summa capita, a vertice ad calcem: ad præfagia, urinam, pulsum. Methodum medendi a solo GALENO disci debere. Gallice *methode ou brieve introduction pour parvenir à la vraie connoissance de la vraie & solide medecine* Lyon 1552. 16. B. B.

EJ. *adversus CHRIST. EGENOLPHI typographi calumnias responsio* Basileæ 1535. 8.

EJ. *apologia adversus GUALTHERUM RYFFIUM* ib. 1536. 8.

EJ. *Hippocratis epidemion liber VI. latinitate donatus & luculentissima commentatione illustratus* ib. 1537. fol.

EJ. *tabulæ aliquot universæ medicinæ summam & divisionem compendio complectentes* ib. 1538. fol. TREW.

EJ. *tabula oculorum morbos comprehendens* Tubing. 1538. fol.

EJ. *de medendi methodo* L. IV. HIPPOCR. COI. *de medicamentis purgantibus libellus jam recens in lucem editus* Paris. 1539. 8.

EJ.

(\*) primam editionem puto esse anni 1532. ita enim dedicatio indicat.

EJ. *de medendis singularum partium corporis humani passionibus & febribus* L. IV. Basil. 1539. 4. TR.

EJ. *Apologiae tres, quarum prima adversus GUIL. PUTEANUM docet, aliorum aperire ora venarum, secunda adversus SEB. MONTUUM, nonnulla paradoxorum capita defendit. Tertia adversus JEREMIAM THRIVERIUM, in internis inflammationibus, pleuritide praesertim, e directo partis affecta sanguinem mittendum esse, item explicationem aliquot paradoxorum continet* Basil. 1540. 4.

EJ. *Libri tres difficultium questionum & hodie passim controversarum explicationem continentes.* Basil. 1540. 4.

EJ. *medendi methodus, s. ratio compendiarum perveniendi ad veram solidamque medicinam, ad Hippocratis & Galeni scripta recte intelligenda mire utilis. Componentium & miscendorum medicamentorum* L. III. Basil. 1541. fol. LIND. 8. TR. Lion 1541. 8. 1556 12. Francof. 1566. f. in operib. LIND. Paris. 1550. 8. TR. quae editio emendata est Suspicio esse librum dictum priori pag. Paris. 1539. 8.

EJ. *de sanandis totius corporis ejusdemque partium tam externis quam internis malis* Basil. 1542. LIND. 8. 1565. 8. LIND. Paris. 1543. 8. TR.

EJ. *Ad quinque priores suos de curandi ratione, s. de sanandis totius corporis ejusdemque partium tam externis quam internis malis appendix recens edita, in qua chirurgica maxime tractantur* Lion 1548. 16. Mæ editioni titulus est, *de curandi ratione libri octo* Lion 1554. 16. \*. L. V. & L. VIII. Basil. 1568. 8. TR. Morborum sunt a capite ad calcem curationes ex Græcis scriptoribus sumptæ. Post V. l. appendix accedit de flatu & emphysemate, & de morbo gallico. Hic manifeste exseribit. Nam Guaiacum dum laudat, ejus decocti spuma jubet uti, & Germanos largius alere. L. VI. ad VIII. argumenti sunt chirurgici.

EJ. *HIPPOCRATIS aphorismorum sectiones VII. latinitate donata, commentariis illustrata: adjectis adnotationibus, in quibus quotquot sunt in GALENI commentariis loci difficiles ad unguem explicantur* Basil. 1544. 4. \*. Paris. 1545. 8. \*. Lion 1558. 8. 1559. 8. TR. LIND. Judicium de prioribus commentatoribus. Lectionem vulgatam noster passim emendat, aut certe fatetur corruptam esse. Loca analogia colligit, cæterum ex seculi genio ratiociniis indulget. Unicæ plagulæ furto ablata substitutus est GALENI commentarius.

EJ. *GUALTERI RYFTII impudentissimum plagium detectum* Lion 1546. 16.

EJ. *De cibo & potu brevis ex FUCHSIO disputatio* Lion 1547. 12. cum GALENO *de bono & malo succo.* GUNZ.

EJ. *CL. GALENI aliquot opera latinitate donata & commentariis illustrata de inequali temperie l. unus. De differentiis & causis morborum symptomatumque libri sex. De Judiciis l. tres. De curatione per sanguinis missionem* L. I. Paris. 1549. f.

L. *de sanguinis missione libellus* GALENI. seorsim Lion 1550. 16.

GALENI *de Temperamentis libri III. De differentiis febrium L. II. latinitate donati & commentariis illustrati* Paris. 1554 fol. f. Tom. II.

Porro FUCHSII *de usitata hujus temporis componendorum miscendorumque medicamentorum ratione* L. IV. Basil. 1555. fol.

*De laborantium locorum notitia libri VI. latinitate donati & commentariis illustrati* Paris. 1554. fol. f. Tomus III.

EJ. *an morbifica aliqua sit, de GALENI sententia, causa continens* Basil. 1557. 8. TREW.

Idem NICOLAI MYREPSI *medicamentorum opus a se conversum & commentationibus luculentissimis illustratum. De componendorum miscendorumque medicamentorum ratione* L. IV. edidit Basil. 1549. fol. \*. Lion 1663. 12. in collectione STEPHANI & Nürnberg. 1658. 8.

EJ. *An cura pestis phlebotomia vel antidoto auspicanda sit.* Tubing. 1554. 4. B. Tig.

EJ. *epistola apologetica ad TH. DUNUM de vena in pleuritide sectione exstat cum DUNI l. de vena sectione* Tiguri, anno, ut puto, 1560. 8. \*.

EJ. *apologia qua criminationibus ac calumniis JACOBI PLACOTOMI respondetur* Francof. 1566. 8. cum opere *de componendis medicamentis*; addito, ut vocant, dispensatorio.

EJ. *institutionum medicinae ad HIPPOCRATIS GALENI aliorumque veterum scripta recte intelligenda mire utilium libri V.* Basil. 1567. 8. 1572. 8. 1583. 8. 1594. 8. 1605. 8. 1618. 8. hæc LIND. Lion 1560. 8. \*. His omnibus antiquior datur editio, nam dedicatio est anni 1553. L. I. continet historiam medicinae, physiologiam, anatomen. GALENUM laudat a Deo ad conservandam medicinam missum. L. II. agitur de rebus non naturalibus. L. III. de præternaturalibus. L. IV. de signis. L. V. breviter de curandi ratione. Ex Græcis collectum opus. Balnearum Germanicæ iterata recensio. Balnea arte confecta.

EJ. *operum didacticorum P. I. II. III. IV. continens Institutiones medicinae, s. methodum ad HIPPOCRATIS, GALENI, aliorumque veterum scripta recte intelligenda III. Medicamentorum omnium preparandi, componendi miscendique rationem &c.*, libros *Omniium membrorum a capite ad calcem usque medelam Paradoxorum medicinae synopsis* Francof. 1566. 1567. 1604. fol.

Aliter video recenferi, neque enim ad manus est, & Tomum I, operum continere *preparandorum medicamentorum rationem, compositiones usitatas, orationem de vita & morte auctoris* Francof. 1566. TR. Tomum II. *de curandis totius humani corporis malis agere* Francof. 1567. fol.

EJ. *Excerpta de balneis* in collectione *Veneta* repetuntur. Loci *de morbo Gallico* in coll. LUISINI.

GEORGIUS HIZLER literarum professor, *orationem de vita & moribus D. L. FUCHSII artis medendi professoris eximii*, habuit & edidit Tubing. 1566. 4. \*

*Botanicum opus & anatomicas institutiones* omitto. Reliquit multos ineditos codices; *paradoxorum libros III.* emendatos & auctos. *Commentarios in aliquot libros GALENI de simplicium medicamentorum facultatibus. Quod jecur sit sanguificandi primum instrumentum. Commentarios in GALENI de methodo medendi libros XIV. Commentarium in VI epid. & in l. I. de medendi ratione. Annotationes in ll. GAL. de compositione medicamentorum localium.*

§. CCXXXIX. OTTO BRUNFELS.

Moguntinus, Poliater aliquamdiu Bernensis, vir laboriosus & diligens collector, quem mors ante diem maturioribus operibus eripuit, & qui præterea in varia se studia diffudit.

Cum I. Tomo *herbarii Argentor.* 1532. fol. \*. prodiit ejus *encomium medicinae*: id nescio an in editione Germanica Tom. I. reperiatur, quæ prodiit ib. 1530. f. TR. In T. III. tabulæ variæ sunt, medicamentorum venenosorum, & cathartorum tres, quæ & seorsim prodierunt, tum evacuantium, confortantium, digestivorum, eorum quæ singulis membris conveniunt, rerum naturalium, non naturalium, contra naturam; de præcognitione quatuor humorum prædominantium, de differentiis morborum, de differentiis pulsuum, de judiciis urinarum tabula.

EJ. *catalogus illustrium medicorum de primis medicinae scriptoribus Argent.* 1530. 4. BOEHMER.

EJ. *theses, s. loci communes totius rei medicæ & de usu pharmacorum, deque artificio suppressam alvum ciendi Argent.* 1532. 8. TREW. Lego etiam *schema pharmacorum, & secundi libri thesium appendicem.*

EJ. *Spiegel der Arzney Argent.* 1532. fol., ut lego.

EJ. *neotericorum aliquot medicorum in medicinam practicam introductiones Argent.* 1533. 12. TREW. BERTRUCII aliorumque libelli.

EJ. *jatrium medicamentorum simplicium, continens remedia omnium morborum Argent.* 1533. 8. \*. 2. vol. Morborum a capite ad calcem recensio, & ad quemque farrago medicamentorum simplicium, potissimum ex PLINIO VALERIANO.

EJUSD. *Onomasticon medicinae omnia nomina herbarum, fruticum, suffruticum, arborum, seminum, florum, radicum, lapidum, metallorum, instrumentorum & definitionum medicinalium Argent.* 1534. fol. B. B. 1543. f. LIND. Sentias properantem auctorem, qui ὑπατιτις scribat pro ἡπατιτιδι, ὑδουχρουν pro ἡδουχρουν. Lexicon cæterum est medicinae universæ, in quo omnia collegit, quæ utcumque ad medicinam pertinent, & ex veteribus compilavit.

EJ. *von Wassern oder Schweisbädern cum FRISII Badenfahrt Strasburg* 4.

EJ.

EJ. *Reformation der Apotheken, von Kräutern, Wurzeln, Saft, Saamen, Blumen, und wie man solche Dinge bekommen, behalten und brauchen soll* Germanice a H. ELER redditum Argent. 1536. 4. TREW. Latinam editionem ignoro.

EJ. *Weiber und Kinder Apothek. 1. Buch von Krankheiten der Weiber vom Haupt bis zu den Füßen. 2. von Racht und Sorg bey Säuglingen und zarten Kindern* Argent 4. \* absque anno. Ex pharmacopolio BRUNFELSII versum esse monetur, Medicamentorum collectitia farrago.

EJ. *epitome medices ex gravissimis auctoribus summam totius medicina complectens* Antwerp. 1540. 8. LIND. Paris. 1540. 8. Osb. Venet. 1542. 8. Lion 1552. 12. TREW.

EJ. *Bericht von allerley Confectionen, Latwergen* Francof. 1552. 4. B. THOMAS.

SERAPIONIS, RAZIS & AVERRHOIS libros de simplicibus edidit, & P. ÆGINETAM de simplicibus medicamentis cum explicatione dictionum Arabicarum Argent. 1531. fol.

#### §. CCXL. VARI.

ETIENNE FAIGUE f. de BEAULIEU, *singulier traité contenant la propriété des tortues, escargots, grenouilles & artichaults* Paris. 1530. 4. BUR. 1550. 8. FALC.

JEAN GOEUROT medecin ordin. du Roi la *conservation de santé pour la commodité de la nature de toutes sortes de pain & autres choses qui sont en commun usage de la vie humaine avec remedes secrets contre toutes maladies* Paris 1549. 16. Lion 1550. 16. 1557. 16. \*. RAST. Ad morbos a capite ad calcem formulæ medicamentorum ad seculi morem.

Una prodiit NICOLAS de HAUSSEMAINE medici Andegovenfis, *régime & traité singulier contre la peste.* Venam fecat, purgat, dat calida, bolos, tamen & acida. De selectu etiam venarum.

Lego etiam apud HOUSSETUM *sommaire très singulier de toute medecine & chirurgie spécialement contre les maladies quotidiennes aprouvé par J. GOEUROT avec un Regime singulier contre la peste* Paris. 1530. 8.

GARCIAS PEREZ de MORALES de *balsamo y de sus utilidades, para las infermidades del cuerpo umano* Hispali 1530. N. ANT.

JACOBUS MANTINUS hebræus. AVICENNÆ *partem fen primi de universali ratione medendi* convertit & edidit Venet. 1530. 8. LIND. Ettelingæ 1531. 8. Hagenau 1532. 8. \*. WOLF.

ID. AVICENNÆ *caput 29. tertii Canonis fen I. tractatus primi de canonibus universalibus curationis dolorum capitis* latine convertit Burgis 1533. f. WOLFII cum priori prodiisse dicit.

*Neue gebrennte und distillirte Wasser* Argent. 1530. 4.

HIERONYMI AURIMONTANI *perhorrendæ pestilentialis ephemeris quam falso sudatorium luem vocant, curandi ratio* Cracau 1530. 8. PLATN.

HENRICUS CORNELIUS AGRIPPA, vir moribus & scriptis ab aliorum virorum moribus & opinionibus diffidens, scripsit *de vanitate scientiarum* Lyon 1530. 4. Leid. 1644. 16. \*. Colon. 1675. 12. & alias *recusam satyram*. In medicos, sed potissimum in eos vehementer invehitur, qui compositis medicamentis indulgent, in eos mitior, qui simplicibus utuntur. Mera cæterum declamatio.

EJ. *contra pestem antidota securissima* Lion 1535. 8. LIND.

ALARDUS HIPPOCRATIS *epistolæ interpretationem dedit & paraphrasin* Salignac. 1530. 8.

Et *Scholia in* MARBODÆUM Colon. 1539. 8. L.

*Kleines Distillirbuch* Strasburg 1530. 4.

§. CCXLI. HIEREMIAS THRIVERIUS.

BRACHELIUS cognominatus, non HIERONYMUS, professor Lovaniensis, multa scripsit. Ejus est *disceptatio de securissimo victu neotericis perperam præscripto* Lovan. 1531. 4. LIND.

EJ. *de missione sanguinis in pleuritide ac aliis phlegmones tam externis quam internis omnibus cum* PETRO BRISSOTO & LEONHARDO FUCHSIO *disceptatio*. EJUSD. *commentarius de victu ab arthriticis morbis vindicante, ubi quam male diris illis cruciatibus a neotericis hætenus sit provisum ostenditur, & alii quamplurimi vivendi errores obiter corriguntur* Lovan. 1532. 4.

EJUS *integri commentarii de temporibus morborum & opportunitate auxiliorum; adjectus est elenchus apologiæ* LEONHARDI FUCHSII *nuper emissæ de missione sanguinis in pleuritide* ib. 1535. 4. LIND. Lion 1547. 12.

EJ. *in tres libros* GALENI *de temperamentis & unum de inequali temperie commentarii quatuor, nequaquam ex aliis ollecti, sed propriis rationibus instructi* Lovan. 1535. Lion 1547. 12. LIND.

EJ. *in l. aphorismorum* HIPPOCRATIS *commentarius* Antwerp. 1538. 4. LIND.

A. C. CELSI *de sanitate tuenda liber I. plurimis locis, antea nemini suspectis, castigatus ac commentariis illustratus* ib. 1539. 8. & cum alio titulo. *In L. I. CELSI commentarii doctissimi* Leid. 1592. 4. \*. Mera fermocinatio, absque ulla emendatione.

EJ. *Corollarium super missione sanguinis in pleuritide* Antwerp. 1541. 8. LIND.

EJ. *Paradoxa de vento, aere, aqua & igne. Censura libelli de flatibus qui hætenus dictus est* HIPPOCRATI (sic) ib. 1542. 8. LIND.



EJ. *ad studiosos medicinae de duabus hodie medicorum sectis, ac de diversa ipsorum methodo* ib. 1544. 8. LIND.

EJ. *in technen GALENI clarissimi commentarii* Lion 1547. 16. TREW.

EJ. *in POLYBUM aut HIPPOCRATEM de ratione victus idiotarum aut privatorum commentarius* Lion 1548. 8. \*. Ejusdem saporis, cujus reliqua.

EJ. *varia apophthegmata* Lion 1549. 12.

EJ. *commentarii in VII. ll. Aphorismorum Hippocratis* ib. 1551. 4. duæ editiones LIND. mea est 4. \* apud JUNTAS. Inutile opus.

EJ. *in Hippocratem de ratione victus in morbis acutis comment.* Lion 1582. 8. LIND.

EJ. *universa medicina brevissima & absolutissima methodus a DIONYSIO filio in publicum collata* Antwerp. 1592. 8. LIND. Leid. 1592. 8. B. B. Queritur de fratre filius, qui optima scripta patris subripuerat. Promittit multos alios codices patris; iste quidem compendium est medicinae.

EJ. *de arthritide consilia quaedam*, in opere, quod HENRICUS GARETIUS editit Francof. 1592. 8. LIND.

#### §. CCXLII. VARI.

JOACHIMI SCHILLER ab HERDEREN *de peste Britannica commentariolus vere aureus* Basil. 1531. 8. TR. HUTH. cum AL. BENEDICTO *de peste*, & cum P. de ABANO atque G. GRATAROLO *de venenis sine loco & anno* 8. RIV.

... TANSTETER *artificium de applicatione astrologiae ad medicinam* Argent. 1538.8.

LUDOVICUS LOBERA de AVILA Castellanus, Caroli V. Archiater. EJ. *libro de las quatro enfermedades cortesanas, che son catarr, gota, mal de piedra, y mal de Bubas* Tolet. 1544. Italice vertente PETRO LAURO Venet. 1558. C. de V. Suffitum gravissimum esse: inunctionem hydrargyri melius alternis diebus ferri, Guaiaci usum reliquis praestare, ASTRUC. Maximi hunc virum facit FREINDIUS. Primum bubones dixisse, & abscessus in periosteo, quos fere offis caries comitatur; curationem quæ fit per inunctionem studiose descripsisse; ut aer excludatur monuisse.

EJ. *regimiento de la salud de la esclavitud de hombres y mugeres, y enfermedades de los rinones* Valladolid. 1551. fol. FALC. Germanice *des gesunden Lebens Regiment.* Francof. 1563. 8. TR.

EJ. *de conviviis nobilium & de valetudine tuenda* Madrit. . . . 8. LIND. Aug. Vind. 1531. 4. MANGET.

EJ. *Banqueto de nobles cavalleros modo de bevir desde que se levantan hasta que se accostan, habla de cada manjar, que complexion y propiedad tiene a que damos y provechos hace, e trata del regimento curativo y preservativo de las fiebres pestilentes y de la pestilentia e otras cosas utilissimas* Aug. Vind. 4. Bibl. Majansian Alia editio

tio est *Vergel de sanidad por otro nomen Banquet de cavalleros* &c. *corregido y anadido por el autor* Complut. 1542. fol. C. de V.

EJ. *antidotario de todas las medicinas usuales, y la manera que si han de hazer seguramente* N. ANT.

CHRISTOPH CLAUSER *Dialogus daß die Betrachtung des Menschenharnes ohn andern Bericht unnützlich, und wie der Harn zu empfangen und zu urtheilen am geschicktesten sey. Die Gestalt der Orten in welchen die Dinge die mit dem Harnen vom Menschen abgehn, beschrieben* von JOH. ACTUARIO Zurich 1531. 4. RIV.

PETRI a NAALDWYCK *philippicorum* L. II. *de equorum natura* L. II. Lion 1531. HEISTER.

THEOBALD FETTICH *wie sich von der Krankheit der Pestilenz zu enthalten, u. denen so damit begriffen zu helfen, mit angehängter Ursach des englischen Schweifes, angesehen was in vorausgegangenem Druck ausgelassen ist nach dem ersten Exemplar zu corrigiren* Nürnberg 1531. 4. TR.

BARTHOLOMÆI VOGTER *Regiment für die so über Land, Meer und Wasser auch durch vergifte Luft fern und lange Reisen thun* Augspurg 1531. 8. TR.

EJ. *wie man alle Gebrechen und Krankheiten des menschlichen Leibes ohne viele Arzneyen vertreiben soll mit ausgebraunten Wassern* Augspurg 1531. 4. Francof. 1550. 4. TR.

EJ. *Arzneybüchlein für die gemeinen Menschen* Augspurg 1531. 4. Dillingæ 1532. 4. TR.

§. CCXLIII. NICOLAUS MASSA.

NIC. MASSA *de morbo Gallico, in quo omnes modi possibiles sanandi continentur* Venet. 1532. Lion 1534. 8. FALC. 1536. 4. cum epistola ad CADAMUSTUM Venet. 1563. 4. FALC. quæ ed. aucta dicitur, tum 1657. ut lego In coll. *Basileensi* 1536. 4. in *Lugdunensi*, & in Veneta LUISINI. Italice Venet. 1566. 8. Et si noster aliquantum barbare scripsit, bonum tamen opus dedit, ut qui plurimum in hoc morbo curando sit versatus & felicissime, teste A. LUISINO, adductis exemplis hominum, quos, cum nemo curare posset, noster sanaverit.

L. I. novum morbum esse, in obsidione Neapolitana anno 1494. natum. Non solo concubitu concipi, se vidisse in impuberibus. Iterum, sæpe in locis dolentibus se gelatinam vidisse, venasque materie pituitosa plenas Prima pars curationis: purgantia, pilulæ indæ, ad ulcera profunda penis efficaces, quibus hominem præ dolore furentem, & pro dæmoniaco habitum, MASSA sanaverit.

L. III. de ligno sancto. In insulis novi orbis neminem fuisse, quem hoc auxilium sanitati non restituerit. Decoctum mane ab uncis sex ad duodecim sumere noster jubet, tum sudare, cum diæta parca & tenui, quæ necessaria sit, sola tamen morbum non tollat. IDEM de *sarsaparillæ aqua*.

L. IV. unctiōnem, quæ hydrargyro fit, certiffimam præftare medelam. Varia unguenta describit, jubet diu continuari ufum, quoad dolores & ulcera integre sublata ſint. Totis 37. diebus ſe unctiōnem uſiſſe, ſic ægros ab aliis dereliſtos ſanaffe; alias, & in debilibus, integris menſibus unctiōnem ſe intermiſiſſe, adque eam iterato rediſſe. Unguento a MESUE ad ſcabiem præſcripto, etiam nodos, podagram, & lepram ſanari.

L. V. ſuffumigia unguentis potentiōra, ſanaffe, quos iſta ſanare non potuerant. Cinnabari ſe uti cum olibano. Graviffimus caſus, in quo profuit.

L. VI. curatio ſymptomatum, Aquæ ſeparationis (acore ex nitro & vitriolo ſtillante) ulcera tangit: oleo vitrioli loco cauterii utitur. Præcipitatum mercurium rubrum valde laudat ad ulcera virgæ & gutturis: id remedium ſibi notum fuiſſe, prius quam JOHANNEM de VIGO legeret. Gargarifmi &c.

EJ. 1. *de febre peſtentiali, petechiis, morbillis, variolis & apoſtematibus peſtentialibus, ac eorundem malorum curatione, nec non de modo, quo corpora a peſte præſervari debeant* Venet. 1540. 4. LIND. & dedicatio eſt anni 1540. tum 1556. 4. \*. 1721. 8. MEAD. *Italice ſopra la peſtilentia &c.* Venet. 1556. 8. MEAD. Plus habet de ſeculi ingenio, non ideo malus aut inanis liber. Petechias dicit, quas malit peſtichias vocari. Eum morbum commiſcet cum vera peſte carbunculacea & bubonacea. Aliquos ſine malo pulſu, aliisve malis ſignis perinde perire. Cui poſt dolores dorſi die decimo petechiæ eruperunt, eum ſcarificatione ſanatum fuiſſe. Eſſe quibus die 14. maculæ eruperint, & qui die quadrageſimo interierint. Alios primum diem non ſuperaffe. Eruptiones a primo die fieri ad undecimum, nulla certa lege. In ore etiam erumpere, anginam facere, & artuum gangrænas. Carbunculos muſculos ipſos corrumpere. Peſtis poſt inundationes orta pauperes potiſſimum ſuſtulit. Ex effoſſione paludis a. 1535. periculofos morbos epidemicos natos. Urinæ in peſte ſæpe limpidx. Cautelæ ad avertendam peſtem. Excludendi, qui a locis infectis adveniunt, ſervandi loco clauſo per quadraginta dies, merces fumigandæ. Veſtes goſſypiaceas, lanam potiſſimum peſtem inferre: non metalla, neque frumenta, neque fructus horæos. Duo debere noſocomia eſſe, unum infectorum, alterum ſanorum, qui cum infectis vixerint. Aceti odorem ſalubrem eſſe. Tota vivendi ratio antiquorum. Electuarium calidum, quod qui ſuſſerit, nemo peſtem ſit paſſus. Ad curationem ſcarificationes laudat. Bene ſibi emeticum medicamentum reſpondiſſe, cum putrida materies in ventriculum decubiſſet. Morbus nonnunquam diuturnus, ut parotides die 40. eruperint. Die 18. ſe venam ſecuiſſe, & criſin die 20. per ſudorem factam eſſe: raro tamen venam ſecuit: clyſteres quotidie repetiit. Anno 1533. apoſtemata pleuritica & ſynanchica facta, ut pleura & diaphragma apoſtemate comprehenderentur. Bubones ſcarifat, amburit. Carbunculos incidit, erodentia admovet. Vidiffe ſe carbunculum buboni inſidentem.

EJ. *de vene ſectione & ſanguinis miſſione in febris ex humorum putredine ortis, ac in aliis præter naturam adfectibus* Venet. 1560. 4. LIND. 1568. 4. TR.

EJ. *epistolæ medicinales & physiologicae* Venet. 1542. 4. TR. 1550. 4. \*, quam editionem oportet pleniorē esse, cum epistolæ plusculæ sint anni 1546, Prodiērent etiam 1558. 4. LIND. Pleræque clinici sunt argumenti. Contra receptam opinionem. sæpe se sub vesperam purgantia medicamenta exhibuisse. Deinde tabulam dat diverforum temporum, quibus sumenda sint, ut & medicina & æger fortis fuerit, debilitave. Victus ad longævitatē tota ratio. De febribus Galenica varia. Consilia pro phthisi, pro tumore in fronte, convulsione colli, atque comitiali morbo post luem gallicam superveniente: hic ligno utitur Indico. Porro consilia in paralyti: pro macie: pro varia morborum syndrome. De balneis Calderianis & de potu aquæ mineralis: monet ne copia sumatur nimia. Multa de morbo gallico. Epistolæ sunt XXXIV.

Pars II. Venet. 1558. 4. \*. Methodus medendi integra ad LAUR. MASSAM nepotem suum, cum multis medicamentorum, quæ laudat, formulis. In febribus malignis putridis, posse, sed cum cautela, sanguinem mitti; interiisse tamen, quibus post diē quartum missus sit: præfert autem scarificationem & clysteres. Iterum consilia pro variis morbis. In morbis pectoris, ejusdem lateris venam aperit. Iterum inunctionem mercurialem in venereo malo pro certissimo auxilio habet; decocto tamen Indico fere utitur. Epistolæ sunt XXIX.

In libro *introductorio anatomie* Venet. 1536. 4. & cum novo titulo 1559. 4. \*. edito, passim morborum in cadaveribus sede & natura dicitur. Ita apostema vidit, cujus pars scirrhusa erat in horizonte, (ut vocat) diaphragmatis, post febrem natum, quam medici pro idiopathica habuerant. Vidit etiam in pleuriticis hominibus passim in pectore & in mediastino apostemata, & auriculam cordis sinistram ulceratam, & pulmonem purulentum, inque eo viscere caveam sanie plenam, & in cerebro inque cerebello apostemata, post paralytin lateris oppositi. Pulmonem etiam comperit pene semper pleuræ adhærere.

*De balneis* fragmentum est in collectione Veneta. *Vita AVICENNÆ* est in editione operum ejus Arabis Venet. 1595. fol.

#### §. CCXL. CONSTITUTIO CRIMINALIS CAROLINA.

Cum hoc anno novam fere medicinæ partem mihi videtur exortam fuisse, quæ potissimum in Germania plurimum excolitur, & perpetuo in usu est, cum frequentissime medici de vulnereum lethalitate, de causa mortis, de veneni dati suspicione, aliisque ad forum pertinentibus quæstionibus interrogarentur. Quare hæc medicinæ pars *forensis* dicta est. Non quod omnino nulla fuerit medicæ artis cum legibus conjunctio. De virginitate Judæi quærebant, cujus absentia matrimonium dirimeret, cujus testimonia nova nupta debuerit producere. Statutum etiam est (a) in MOSIS legibus, si femina, quæ prægnans fuerit, percussa aliquid egresserit, nondum formatum, puniendum esse percussorem, ipsam vero mortem ei

X x x 3

subeundam,

(a) EXODI c. 21. Ita certe PHILO in sua *paraphrasi*.

fubeundam, si formatum fuerit quod de femina exiit. Quæ ad lepram pertinent, pariter & medica sunt, & de iudicium fuerunt officio. Prægnantibus feminis, etiam reis, Ægyptii (b) pepercerunt, & Atheniensium leges. Medicinam diximus ab Ægyptiis multis legibus circumscriptam fuisse. ZALEUCUM (c) mortis pœnam ægro infixisse, qui medico noluerat obtemperare. ARISTODEMUS filiam virginem (d), quam morti ut eriperet, procius ejus & a se vitiatam fuisse, & utero gerere adfirmabat, resecto ventre ostendit neque gravidam, neque indignam esse, quæ victimæ loco pro patria offerretur. In EUMENIS exercitu, cum duæ feminæ inter se certarent (e), & utraque viro vellet commori, ab obstetricibus lustrata altera ad vitam damnata fuit, quod reperta esset utero gerere. Deinde Romæ multæ leges fuerunt, quæ ad medicinam pertinent. Eo regiam legem referas, qua sanciebatur, ut gravis mulier, quæ ante partum jam puerperio proxima mortua esset, aperiretur, & fetus aperto de ventre eximeretur. *Codex Juris civilis Justinianus* multa habet ad medicinam legalem facientia, de vero tempore partus, de custodienda femina ne partum posthumum supponat, de medico honorando & puniendo, tot alia, ut tamen Romani in universum fere HIPPOCRATEM sequerentur. Sed & GALENI l. de deprehendis qui morbum simulant, huc pertinet.

Majora tamen hujus forensis medicinæ incrementa referas ad a. 1532, quo CAROLUS V. constitutionem suam criminalem edidit Ratisbonæ, Germanice, sæpissime recusam. Germanice etiam Tugii prodiit 1743. 4. B. B. Latine, vertente GÖGLER & c. Hæc constitutio sancit de infanticidiis, de homicidiis, de veneno, de abortu & abortivis, in quorum auctores capitalis poena statuitur, de medico male medicante. Hic jubetur iudex chirurgos aliosque rerum peritos de vi vulneris ad mortem inferendam efficaci interrogare: feminas suspectas per obstetrices inspicere. In hanc constitutionem innumerabiles extant commentarii, quorum paucissimos recensero, cum virorum de jure consultorum opera non legerim.

#### §. CCXLV. VARI.

J. PETRI ARLUNI index operis de alimento & de febre quartana & de suppressenda genitura lotio confusa comm. prodiit Mediolan. 1532. fol. MANDOSIUS.

EJUSD. commentatio vinumne mistum an meracum obnoxii juncturarum doloribus magis conveniat Paris. 1574. 8. LIND.

EJ. erat de balneis comm. MAND.

De lotii difficultate ID.

(b) PLUTARCH. *fera deorum vindicta.*

(c) ATHENÆUS L. III.

(d) PAUSANIAS L. IV.

(e) DIODOR. SICULI. *Bibl. Hist.* L. XIX.

*De asthma comm.* ID.

Codex M. S. de peste superstes MANDOSIO dictus.

JOH. HASFURTH, *nova medicinae methodus ex mathematicum ratione morbos curandi tractatus* quatuor Ettelingæ prodierunt 1532. 4. TR. Hagenau 1533. LIND. 1584. 4. Summarium hujus libelli per JOH. SINAPIUM SCHULZE.

H. VIRDUNG *nova medicinae methodus* Etteling 1532. 4.

ROBERTUS SENALES *de liquidorum leguminumque mensuris observationes* Paris. 1532, 4. FALC. utcumque huc revoces.

S. ECK von Wundsdal ein bewärt Regiment des Aderlassens zur Zeit der Pestilenz samt etlichen Recepten Nürnberg. 1532. 8. HUTH.

Collectio prima operum de lue venerea prodiit Venetiis 1532. 8. ASTRUC. Continet MASSAM, ALMENARAM, LEONICENUM, & ANG. BOLOGNINUM.

HUBERTI BARLANDI, Namurcensis, *Velitatio cum ARNOLDO NOOTZ, qua docetur, non paucis nos abuti vulgo medicamentis simplicibus, ut capillo veneris, xylaloe, xylobalsamo, spodio.* Antwerp. 1532. 8. Contra Arabes.

EJ. *epistola medica de aquarum destillatarum facultatibus, de fluxuum ventris & hemorrhoidium generibus, inter quæ enucleatur P. ÆGINETÆ de hemorrhoidibus caput.* Antwerp. 1536. 8. TREW. IDEM vertit Galeni euporista.

Hippiatria s. marecallia LAURENTII RUSII, in qua præter omnium morborum saluberrima remedia &c. Paris. 1531. fol. B. B. & 1532. fol. B. B. quæ editiones non differunt. Italice Venet. 1573. Gallice la nouvelle marechallerie traduite par BERNARD du PUI MONCLARD Paris. 1556. 4. 1563. 4. VITTET. Antiquioris veterinarium mihi opus videtur, cum morbi in urbe Roma meminerit, ex quo intra unum annum 1301. milleni equi perierint, & codicem ex bibliotheca J. a LUGDUNO se habuisse typographus moneat. Propria utcumque medicamenta proponit, non veterum exscriptor; morbos vero a capite ad calcem recenset. Quater in anno equo debere venam secari. Cymorea (Morve) periculosissimum malum esse. Vermis furens. Vermis antecor, (avant cœur) morbus nobis notus, in quo humor putrescat, qui sit in cordis capsula, febris nempe acutissima. Setacea commendat.

In B. Taurinensi T. II. dicitur de JORDANE RUSSI, cujus celebris sit tractatus delle malattie delle cavalli, & cujus codex MS. in ea Bibliotheca fervetur.

PAULI TUCCA de observantia curationis juxta præceptum ejus decreti Neapoli 1532. 8. 1600 8. LIND. In therapeuticis eum exscribi a SEVERINO legas.

LUDOVICUS PANIZA Mantuanus, TRAPOLINI discipulus. EJUS est de vena sectione in inflammationibus per vena sectionem curandis disp. Venet. 1532. 4. \*. 1561. fol. Acriter contra eos, qui nuper inceperant, in latere adfecto venam secare. GALENUM deprimit, eique AVICENNAM longe præfert. Debere secundum Arabes in latere opposito venam secari: id consilium in pleuritide sibi felicissime cessisse. Cum barbitonfor vetulam jugulare vellet, idemque de industria in

in latere opposito ei venam secuisset, miserum eum medicum invitum ægrotam fervasse. Funestos eventus fecisse sectiones in latere adfecto. Curationem a. 1505. factam citat.

EJ. *apologia commentarii olim editi de parca evacuatione in gravium morborum principiis a materia multa & mala non furiosa pendentium* Venet. 1561. f. B. Gott.

EJ. *De minoratione facienda* Venet. 1561. fol. TREW.

PAMPHILI MONTII Bononiensis, medici Patavini, *de subjecto medicinae L. I. De tribus doctrinis ordinariis L. I. De temperamento equali ad pondus L. I. De hominis temperamento ex GALENI intentione.*

EJ. in *TURRISANI proæmium. Quatuor aphorismorum HIPPOCRATIS interpretatio.* Bonon. 1532. fol. LIND. Venet. 1545. 8. LIND.

EJ. *medendi methodus* Aug. Vind. 1540. 8. \*. Venet. 1545. 8. LIND. Materies etiam medica: methodus medendi ex indicationibus, ad veterum saporem omnino. Multæ cum aliis scriptoribus & commentatoribus concertationes.

EJ. in *GALENI l. de febrium differentiis commentarius.* Bonon. 1550. 8. 1565. 8.

MICH. HERO *Schachtafeln der Gesundheit der bewahrung der sechs natürlicher Dinge* Strasburg 1532. fol.

§. CCXLVI. A. 1533.

FRANCISCI BONAFIDES practicæ professoris Patavini, *questio de cura pleuritis per vena sectionem adversus CURTIUM, atque alios ejus hereseos sectatores* Venet. 1533. 4. \*. Sententiam Arabum defendit, in eodem nempe latere saphenam venam debere incidi, cubiti vero basilicam in latere opposito, & fusc in eos i.vehitur, qui in latere adfecto de brachio sanguinem mittunt; quoties plethora adfuerit. Si vero multitudo nullæ fuerit, & morbus profectior, tunc quidem in eodem latere venam incidi posse. Experimenta tamen etiam sua citat. Iconem venarum pectus nutrientium dat, valde improbabilem. De reliqua curatione pleuritis.

Multa opera ejus M. S. recenset in *bibliotheca C. GESNER.* EJUSDEM *epistole & varia* in B. Taurin.

PETRUS BROCARDUS in epistola una cum BONAFIDE excusa, quoties diversio, s. revulso quæritur, saphenam ejusdem lateris jubet in pleuritis & sub initia morbi incidi, basilicam vero lateris oppositi, quoties derivatio quæritur, denique quando ad humores collectos respicitur, venam ejusdem lateris.

NICOLAUS LAVACHER *Hippocratis de victu acutor.* ll. III. & *GALENI commentarium* edidit Florent. 1533. 4. TR.

JORDANI MEMORARIJ l. *de ponderibus* a PETRO APIANO editus Noriberg 1533. 4. Riv. si huc facit.

BASSIANUS LANDUS Placentinus, professor Patavinus. Ejus *dialogus, qui barbaromastix s. medicus* inscribitur Venet. 1533. 4. Lion 1534. 8. \*. absque auctoris nomine. In AVICENNAM nullo modo GALENO comparabilem, & in anatomia medica rudem. Pro uberiori sanguinis missione: contra abusum medicamentorum alvum ducentium in febribus; contra syrupos & aquas stillatitias. Oxymel, quo varios sanaverit, longe omnibus syrups præstare.

EJ. *iatrologia, s. dialogi duo, in quibus de universæ artis medicæ, præcipue vero morborum omnium cognoscendorum & curandorum absolutissima methode differitur* Basil. 1543. 4. \*. Venet. 1557. 4. Generalia, nullius usus. Galenicæ methodi laudes, & adumbratio curationum nonnullorum morborum.

EJ. *præf. in aphorismos Hippocratis de vacuationibus* Patav. 1552. 8. \*. Aliqua ad historiam HIPPOCRATIS. Deinde de vacuatione varia. Pro incisione venæ lateris adfecti. Totus Galenicus.

EJ. *de origine & causa pestis Patavinae anni 1555.* Venet. 1555. 8.

EJUS *consilia aliqua* extant cum WELSCHII *Consil. Cent. IV.* Dyspnœa ex læsa jecinoris parte convexa.

CORNELII PETRI *adnotatiuncule aliquot in quatuor libros DIOSCORIDIS. Experimenta & antidoti contra varios morbos* Antwerp. 1533. 8. \*. Antidoti ad varios morbos collectitiæ, plurimæ varæ: tum medicamenta: inter ea varia JOHANNIS SPIRING, professoris Lovaniensis. Porro de miraculis aliquot naturæ, & de admirandis novitatibus liber III. Nævus statuit, & experimenta producit parum firma.

SEBASTIANI MONTUI, Riveriensis, Galli, *annotatiuncule in errata recentiorum medicorum per L. FUCHSIUM collecta. Apologica epistola pro defensione Arabum a BERNHARDO UNGER composita. SYMPHORIANI CAMPEGII epistola responsiva pro Græcorum defensione in Arabum errata* Lion 1533. 8. 1548. 8. LIND.

EJ. *dialexeon medicinalium l. duo. Adjectus est de iis, quæ ad rationalis medici disciplinam, munus, laudes, consilia & præmia pertinent libellus* Lion 1533. 4. \*. FUCHSIUS in Arabicos medicos invectus fuerat. In eum virum, noster senex, qui sexaginta annis medicinam fecerat asperrime Arabes tenetur. Utique aloen venarum ostiola aperire. Dari cæcas rerum proprietates: qualis sit facultas Regibus Galliæ concessa, qua strumas tactu sanent: ejus prærogativæ plures testes extare. AVICENNAM & MESVEN scientifica medicamentorum simplicium cognitione non fuisse destitutos. Non omnia veteribus nota fuisse. GALENUM hydrargyri salubrem potentiam, & rosarum catharticam vim ignorasse. Male morbum Gallicum a FUCHSIO pro novo morbo haberi, qui sint ipsi veterum lichen ab hepatis vitio orti.

In L. II. magis præctice scribit. In G. PUTEANUM, quem magni facit. In principiis pleuritis venam lateris oppositi debere incidi, neque in eodem morbo sanguinis missionem repeti. Possè etiam alvum cieri, etsi humores non turgent.



Alter 1 *de dignitate medici est* HIERONYMI MONTUI.

LUCIANI BELI *de Rocca Contrada* (qui sit ANTONIUS MARIA BETTUS) *de prandio & cena adversus* ODDUM de ODDIS Mediolan. 4. Annum video citari 1533. & Bononiam. Sed is annus vix probabilis fuerit, si prima editio opusculi ODDI est anni 1538.

PETRUS FRANCISCUS PAULUS, Florentinus. EJ. est *adversus Avicennam de vena sectione tractatus* Venet. 1533. 4. Lion 1534. 8. \*. Pro venæ sectione in univ-  
ersum, adversus timidiorē AVICENNAM.

LEONHARDI GIACCHINI, Emporiensis, medici Florentini, postea Pi-  
fani, libellus, *cujus est scopus, quantum detrimenti bonis literis afferat, omi-  
ssa ratione aliorum scriptis tamen subscribere* Venet. 1533. 4. Lion 1534. 8. \* AVI-  
CENNAM non satis distinxisse, quando confertim, quando interpolate sanguinem  
mittere oporteat. Æstuosissimas febres missionem sanguinis poscere, maleque hic  
sibi AVICENNAM metuere. Non bene eum vinum biliosis dare. Possē & tena-  
ces humores & nondum concretos evacuari.

EJ. *de numero & entitate indicationum* Lion 1534. 8. LIND.

EJ. *acutorum morborum curatio* Lion 1540. 4. LIND.

EJ. GALENI *de præcognitione libellus conversus & explanatus* Lion 1540. 4.  
LIND.

EJ. GALENI *de purgatione libellus in latinum conversus & explanatus* Lion  
1542. 8. LIND.

EJ. *oratio apologi apologetica præcognitionem ex medicina ut plurimum certam  
esse si nihil delinquatur* Lion 1552. 8. LIND.

EJ. *commentaria emendatissima in nonum RAZIS ad ALMANZOREM* Basil. 1564.  
4. TR. GUNZ. 1579. 8. TR. Lion 1577. 8. 1622. 8. acc. lib. *quæstionum na-  
turalium.* Venam semper in latere adfecto secandam esse.

EJ. *opuscula elegantissima. Methodus præcognoscendi. De rationali curandi arte.  
De acutorum morborum curatione. Quæstiones naturales* Basil. 1563. 4. TR. GUNZ.  
1567. 4. LIND. 1579. 8. GUNZ. 1580. 8. TR. 1589. 4. LIND. Lion 1622. 4.

EJ. *methodus curandarum febrium per RODERICUM FONSECAM in lucem edita,  
cui accesserunt FONSECÆ opera quæ ad operis de febribus absolutionem desiderabantur*  
Pisis 1615. 4. Basil. 1625. 8. TR.

Libelli, PAULI, BASSIANI *barbaromastix* & JACCHINI *compendium* Venet.  
1533. 4. Lion 1534. 8. \* conjuncti prodierunt cum titulo, *novæ Academia Flo-  
rentine opuscula adversus Arabes & medicos neotericos qui GALENI disciplina neglecta  
barbaros colunt* &c.

GEORGIUS KRAUT, Hagenauensis. EJ. *libellus introductorius de principiis  
universalibus totius medicine tam theoreticæ quam practicæ ex doctrina AVICENNÆ  
aliorumque congestus & tabulis magna ex parte explicatus* Hagenau 1533. fol.

IDEM

IDEM edidit OCTAVIANUM HORATIANUM; libros HILDEGARDIS; ORIBASTII *simplicium libros V*; THEODORI *diatam*, & ÆSCULAPIUM *de morborum causis* Argentorat. 1544. fol. TREW.

GEORGIUS AGRICOLA, vir in metallicis peritissimus, scripsit *de mensuris* & *ponderibus*, in quibus pleraque a BUDÆO & PORIO parum animadversa diligenter excutuntur Paril. 1533. 8. Basil. 1550. fol.

EJ. *de peste* L. III. Basil. 1540. 8. 1553. 8. FALC. 1554. 8. L. Schweinfurt 1609. 8. Tr. Giesæ 1614. 8. L. 1651. 8. ID.

CAMILLI LEONARDI Pifaurenfis *speculum lapidum* Auguft. Vind. 1533. 4. Tr.

ALBANUS TORINUS, Vitoduranus, multos veterum libros latine reddidit, non ille gnarorum (a) plausum meritis, qui præterea sublestæ fidei sit, ex J. DAMASCENI exemplo p. 343.

IDEM POLYBI l. *de tuenda valetudine*, *de feminis humani natura*, *de morbis* edidit Basil. 1544. 4.

IDEM ALEX. APHROD *de febribus*, GALENI *præfag.* JAN. DAMASC. *de febribus* & *aphorismos*, RUFUM *de pestilent.* Basil. 1542. 8. \*.

DIACLIS CARYSTII l. *de tuenda sanitate* Basil. 1541. f.

*Partem operum* RAZIS ad ALMANZOREM Basil. 1544. fol.

CÆLIUM APICIUM Basil. 1541. 4.

*Paraphrases in libros* ALEXANDRI TRALLIANI Basil. 1541. fol.

In L. I. DAMASCENI *de exquisita februm curatione paraphrasin* Basil. 1542. 8.

THEOPHILUM *de vesicæ recrementis* Basil. 1533. 8. \*.

PHILARETUM *de pulsibus* ib. 1533. 8. \*.

EJ. *est epistola apologetica ad ANDERNACUM*; ipsius *versionem esse mendosam*, ubi simul Græcus contextus ÆGINETÆ emendatur Basil. 1539. 8. LIND.

RUTGER RESCIUS *aphorismos Hippocratis ex diversorum Græcorum codicum recognitione*, *variis lectionibus ad marginem adnotatis* edidit Lovan. 1533. 8. LIND.

SEBAST. PETSCHER *Ordnung wider die Krankheit der Pestilenz wie sich ein Mensch damit beladen halten auch wie er sich dafür bewahren soll* Regenspurg 1533. 4. TREW.

(a) Conf. EURIC. CORD. *botanolog.* p. 168.



THE HISTORY OF THE  
CITY OF BOSTON  
FROM THE FIRST SETTLEMENT  
TO THE PRESENT TIME  
BY NATHANIEL PHIPPS  
VOLUME I  
PUBLISHED BY  
J. B. ALLEN, 1856

1856

THE HISTORY OF THE

